This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

N
ii
250

Confined.

RBS

BOUND BY MALTBY, OXFORD.

SCRIPTORVM REI RVSTICAE VETERVM LATINORVM

TOMVS TERTIVS

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

DE

RE RVSTICA LIBROS XIV

TENENS

EX LIBRORVM SCRIPTORVM ATQVE EDITORVM FIDE ET VIRORVM DOCTORVM CONIECTVRIS CORREXIT, ATQVE INTERPRETVM OMNIVM COLLECTIS ET EXCERPTIS COMMENTARIIS SVISQVE ILLVSTRAVIT

IO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO

LIPSIAE
SVMTIBVS CASP. FRITSCH
MDCCXCV

ANGELL STATE LIBRARY

SCRIPTORUM
REI RUSTICAE
VETERUM LATINORUM
TOMUS TERTIUS
PALLADII RUTILII TAURI
AEMILIANI
DE
RE RUSTICA LIBRI XIV
TEXERUNT

IO. GOTTLIEB SCHNEIDER, SAXO

LIPSIAE
IN OFFICINA TRITSCH
MDCCXCV

VIRO DOCTISSIMO

CAROLO WEIGEL

MEDICINAE DOCTORI LIPSIENSI

FVTVRO AETII MEDICI LIBRORVM

GRAECORVM EDITORI

PROPTER INSIGNE BENEFICIVM

IN VARRONIS ET COLVMELLAE

LECTIONEM EMENDATIOREM

COLLATVM

PALLADIVM

SVIS COMMENTARIIS AVCTVM

GRATO ANIMO

ET REVERENTIAE CAVSA

D. D. D.

EDITOR.

PRAEFATIO
AD
PALLADIVM DE RE RVSTICA.

Palladii aetatem variis coniecturis assequi conati sunt viri docti. Plinio et Quinctiliano non esse aequalem, quod putabat apud Schefferum de Re Vehic. II. 6. p. 116. Chr. Mylaeus, satis apertum esse recte monuit Gesnerus. Neque magis Hadriani tempore viuere potuit, vt visum est Ludouico Vives; nominat enim Apuleium. Quo argumento iam vsum esse C. Barthium ad Rutilii Itiner. I. 207. annotauit idem Gesnerus. Nec, qui Palladii libros rusticos nominaret, antiquior adhuc inuentus est scriptor Isidoro Hispalensi, qui Origin. XVII. 1. *Cornelius*, inquit, *Celsus et Iulius, Atticus Emilianus siue Columella, insignis orator, qui totum corpus eiusdem disciplinae complexus est.* Qui locus ad nostrum Palladium an ad alium Aemilianum referendus esset, non dubitaturus erat Gesnerus, si recordatus esset alterius loci XVII. 10. vbi Palladii locum in Iulio tit. 2. sub nomine Aemiliani posuit Isidorus. Deinde Cassiodorus Diuin. Lect. c. 28. *Aemilianus*, inquit, *explanatos duodecim libros de hortis vel pecoribus aliisque rebus planissima lucidatione disseruit.* vbi numerus librorum vitiosus est etiam Gesnero visus. Tredecim enim Palladii libros prosaica oratione scriptos habemus cum Carmine de insitionibus. Verum olim extitisse quatuordecim licet arguere ex initio Carminis de Insitione, vbi est: *Bis septem paruos, opus agricolare, libellos, quos manus haec scripsit, parte silente pedum.* Quartum et decimum de insitione

oratione videtur conscripsisse prosaica et copiosiore, quam poetae licebat in hac artis subtilitate, aemulatus inprimis Columellam, cuius exstat de re hortensi carmen multo ieiunius, quam est liber eiusdem vndecimus de eodem argumento oratione prosaica scriptus.

Genero, vt antea P. Burmanno, dictionem praesertim et deletum prope romanum genium, *titularum* item diuisionem, ipsamque appellationem adeo consideranti, probabilis visa est sententia Barthii, qui suspicabatur Palladium Rutilii Itiner. I. 208. esse nostrum. Verba Rutilii haec sunt: *Tum discessurus, studiis vrbique* (Romae) *remitto Palladium, generis spemque decusque mei. Facundus iuuenis Gallorum nuper ab aruis missus, romani discere iura fori. Ille meae secum dulcissima vincula curae, filius adfectu, stirpe propinquus habet: Cuius Aremoricas pater Exsuperantius oras nunc postliminium pacis amare docet.* Ad hunc Iulium Exsuperantium data lex Arcadii, Honorii et Theodosii A. C. 404. exstat in Codice Theodosiano Lib. XIV. tit. I. l. 4. de Decuriis Vrbis Romae, eundemque auctorem opusculi ex Sallustii historiis excerpti *De Marii Lepidi ac Sartorii bellis ciuilibus* facit Wernsdorf in Poetar. latin. minor. T. V. P. I. p. 551. qui Palladium a Rutilio adoptatum fuisse suspicatur, ceterum probans Barthii opinionem. Idem tamen in Praefatione Vol. VI p. 20. incerta omnia de Palladii patria et aetate esse postea agnouit, quamuis probabilis illi fuerit visa opinio ea, quae temporibus Valentiniani aut Theodosii facit Palladii aetatem. Gallicae patriae nullum plane vestigium in opere suo signauit Palladius, nisi forte huc trahere velis *ligni Gallici asseres* I. 13. 1. vel messorii vehiculi descriptionem VII. tit. 2. quo pars Galliarum planior vtebatur. De fundis tamen Sardicis suis mentionem iniecit, in mense Martio X. 16. vbi obiter

Nea-

Neapolitanum territorium nominat; quod ad Sardiniam an ad Italiam referendum sit, dubitatur. De Italica Neapoli locum interpretatus, Palladium ibidem libros rusticos scripsisse affirmauit Ant. Sanfelice de Situ et origine Campaniae in Burmanni Thesauro Ital. T. IX. quem locum Gesnero indicauerat Io. Alb. Fabricius. Italicorum fundorum suorum obiter meminit Palladius Mart. X. f. 04.

In Palladio etiam Editionum primarum lectionem primus deseruit variisque modis corrupit et vitiauit Iucundus Aldinae auctor; nec Victorius multum operae Palladio castigando impendit. Itaque Aldina lectio in reliquas Editiones traducta fuit vsque ad Commelinianam anni 1595. (quam enim anni 1591. commemorauit Fabricius, equidem non vidi) cuius auctor Fr. Sylburgius praeter editionem Bruschianam comparauit libros Palladii manuscriptos tum Palatinos nunc Vaticanos, ex quibus loca complura castigauit, alibi verba in Codd. desiderata vncis inclusit, quae quidem signa seruata videbis in Gesneriana Editione. Deinde Casp. Barth vsus Codice manuscripto multa inde ad Palladium annotauit, quae ex vasto Aduersariorum opere excerpta et collecta posuerat Gesnerus. Codicem Bibliothecae Lugd. Batauae comparauerat I. Fr. Gronouius, mense Augusto anni 1637. eiusque lectiones adscripserat margini Editionis Commelinianae Abr. Gronouius, cuius exemplo vsus sum admirandae praeclare doctissimi viri Dav. Ruhnkenii humanitate. Iisdem lectionibus ipse I. Fr. Gronouius antea vsus multa Palladii loca correxerat in Obseruationum libris, vnde collectas annotationes viri egregii posuit Gesnerus. Eundem putabat esse Codicem Gesnerus, Vossianum scilicet, cuius lectiones a Iac. Perizonio excerptas adhibuit Chri. Schoettgen; quod suspicabatur etiam de libro scripto ab Vlitio

comparato. De Gronouiano equidem libro adhuc dubito; pauculas enim lectiones aliquot eius libri a Gesnero annotatas non reperi, quas Codicis Leidensis nomine adscripto distinguendas censui. De libro Vlitiano non habeo, quod affirmem, nisi quod in Catalogo Biblioth. Heinsianae Part. I. p. 179. Lugd. Batav. 1683. Palladium Coloniensem 1936. cum duobus Codicibus collatum per Ioa. Vlitium commemoratum legimus. Politiani lectiones ex Codicibus scriptis excerptas a Brenckmannio transmissas potuit Gesnerus, qui praeterea Editionum primarum lectiones diligenter annotauit; Bruschianam tamen, vt in Catone, Varrone et Columella, ipse demum addidi. Palladium Lipsiensem Bibliothecae Paulinae barbaram esse Epitomen hoc titulo: *Palladii liber breuiatus per Gotfridum tractatus primus de plantationibus arborum* reliq. admonuit Chr. Schoettgen. Wratislauiensem Palladium bibliothecae Rhedingerianae in titulos diuisum, quorum argumenta in rubricae interpositae ipsis titulis sunt, nomine auctoris *Rutilii* et *Emiliani* scripto, obiter commemorauit Gesnerus. Eundem Codicem iam antea Conr. Schwarzius inspexisse videtur; quod coniicere licet ex annotatione eius ad Epistolam Palladii libro XIV. praemissam. De Gotfrido illo, cuius antea mentio est obiter iniecta, suspicionem annotare lubet, num forte hic sit *Galfridus* vel *Gaufridus de Vino salvo*, quem librum eiusmodi oeconomicum scripsisse refert Loescher in Histor. Poetar. medii aeui p. 856. Video etiam Hallerum in Biblioth. botanic. Vol. II. p. 636. hunc titulum libri manuscripti ex bibliotheca Sloanea numero 8786. commemorare: *Of the tilling and grafting of trees after Godfrey upon Palladius de agricultura.*

Pontedera in Palladio emendando adhibuit praeter libros Vaticanos, Hortum P. Cubae, qui Palladium

dium exscripsit, et Palladii interpretationem italicam manuscriptam ex bibliotheca Saluinii Florentini, Petri de Crescentiis Editionem Basileensem anni 1538. duasque versiones Italicas, alteram Venetiis anno 1536, alteram Florentiae 1605. proditam. Huius auctor fuit Bastiani de Rossi cognominato lo Nferigno qui Codices Manuscriptos comparasse se affirmat. Versionem per Nicholaum (Laurentium Alemannum) factam et anno 1478. editam in forma folii integri habet Catalogus Biblioth. Ducis de la Valliere I. p. 451. Aliam Venetiis 1519. in forma quarta, tertiam ibidem 1564. forma folii quadruplicati proditam auctore Franc. Sansovino laudat Catalog. della Libreria Capponi Roma 1747. p. 137. Antiquam Gallicam versionem, qua saepe vsus est Cangius in Glossario latino, ad annum 1372. retulit I. A. Fabricius in Biblioth. latina medii aeui, vsus testimonio scriptoris Gallici. Annum editionis 1486. locum Parisios, formam folii integri edidit Maittaire Annal. typogr. I. p. 198. Germanicam primam anni 1493. descripsit Schwarzius in Indice librorum suorum p. 46. Veterem versionem Gallicam frustra in gaza Goettingensi quaesiui. Verum haec mihi ministrante humanitate Heynii suppeditauit Editionem principem Petri de Crescentiis anni 1471. cum qua vbique consentientem reperi antiquam meam; nulla anni, loci ue nota insignitam, quam antea iam cum Catone et Varrone comparaveram; deinde simul ex eadem gaza vtendam accepi Louaniensem anni 1474. quam Gesnerus per alienos oculos inspexerat. Haec quidem postrema ex peculiari eoque egregio Codice exscripta multas praeclarasque lectiones mihi ab Palladio exhibuit, reliquarumque Editionum vitia pleraque omnia correxit. Editionis principis consensum cum antiqua mea annotare saepissime neglexi, quia vna

 cum

cum Louanienſi fero tandem abſolutis commentariis in manus meas peruenerat.

Poſt Geſnerum in repetita eiuſdem Editione Io. Aug. Erneſti addidit lectiones Codicis manuſcripti, qui Erfurti in Bibliotheca Collegii Amploniani aſſeruatur, a doctiſſimo viro I. Fr. Herelio excerptas. Ipſe demum praeter Creſcentii quatuor Editionum antea memoratarum lectiones, ex Abr. Gronouii exemplo mecum ab egregio Ruhnkenio communicato adhibui varietatem Codicis Lugduno-Batauii manu I. Fr. Gronouii excerptam, deinde etiam ſeparatim ab Abr. Gronouio margini Editionis Commelinianae adſcriptam, quibus accedebant quaedam I. Fr. Gronouii coniecturae atque emendationes. Codicis Cantabrigienſis lectiones paucas et ad priores tantum Palladii libros commemoratas ab Abr. Gronouio reperi, nulla Codicis ipſius notitia adiuncta.

Plurimum auxilii tulit Vincentii Bellouacenſis Speculum naturale itemque doctrinale, vbi totus fere Palladius excerptus legitur. Ex doctrinalis Speculi libro VI. varietatem excerpſi vſus editione Norimbergenſi, eandemque adhibui in excerpenda lectione Speculi naturalis vſque ad librum XVIII. a ſequenti vero libro vſque ad finem adhibere editionem Duacenſem ſub titulo *Bibliothecae Mundi* publicatam coactus fui, quoniam reliqua pars editionis Norimbergenſis deficiebat in publica Vniuerſitatis Viadrinae et regia Berolinenſi Bibliotheca. Interdum tamen in eadem operis parte inſpexi ſimul editionem Duacenſem, eiuſque varietatem iuxta Norimbergenſem apposui. Editionem Venetam anno 1494. in folii forma factam Speculi hiſtorialis et naturalis deſcripſit atque vſum vtriuſque vberem ad emendandos Scriptorum claſſicorum Latinorum libros praeclare demonſtrauit poſt Io. Mich. Hauſin-

gerum Emendat. II. Cap. 4. p. 200 seqq. Io. Frider. Eckhardt in Frid. Eberhard Boysen Allgemeinem historischen Magazin Part. VI. p. 257 seqq. De Vincentio cum Palladio comparando cogitasse iam olim I. Fr. Gronouium, testatur breuis annotatiuncula Editionis Commelinianae exemplo Abr. Gronouii adscripta. Vincentio et Crescentio antiquior et ab vtroque excerptus Albertus, recte a seculo suo Magnus appellatus, libros Palladii diligenter excerpsit, et passim interposito iudicio suo illustrauit. Saepe tamen non verba annumerauit, sed sententiam Palladii lectori reddidit; itaque cautione multa opus erat, quotiescunque in auxilium criticae advocandus erat Albertus, cuius auctoritate et verbis, etiam non nominati, saepe vsus est Petrus Crescentiensis. Quod tamen monere locis in singulis omisi, quia volumen Alberti nactus demum sum vtendum ab egregio Heynio, posteaquam commentarios in Palladium fere absolueram. Comparatio librorum Alberti de Vegetabilibus ex editione Lugdunensi 1651. Tomi quinti Operum tantum mihi vtilitatis ad Palladium interpretandum et corrigendum attulit, vt multos etiam lectores melius in posterum de eruditione viri et vsu librorum Alberti existimaturos esse sperem, qui commentarios meos tractauerint. Maluissem antiquiores Alberti editiones comparare; sed Lugdunensem solam potuit mihi Heynii mei benignitas suppeditare.

Denique ex Editione Wernsdorfiana Carminis de Insitione inserta Voluminis VI. *Poetarum latinorum minorum* quantum profecerim ipsae annotationes nostrae commonstrabunt.

In libris Palladii multo maior varietas scripturae Codicum reperta est quam in Catone, Varrone et Columella; quam diuersitatem inde repetendam esse puto, quod multo frequentius et lectitatum et transscri-

ſcriptum fuit Palladii Compendium, quam exemplaria illa, vnde ſua expreſſerat Aemilianus. Vnuſquiſque igitur ſcriptorum librorum multis in locis ſuas ſibi peculiares lectiones exhibet, etſi in reliquis cum optimo quoque conſentiens. Ita libri IV. tituli XIII. ſectionem 3. ſolus exhibet Codex a Waſſio inſpectus cum Iſidoro, et qui Iſidorum exſcripſit Vincentio. Idem hic Waſſius, vt hoc obiter addam, cum tribus libris ſcriptis Palladium comparauerat. Vide notam ad I. tit. 28. ſect. 2. Bene autem et feliciter accidit, vt ſcriptorum plerorumque exemplaria exſtent hodieque, ad quorum fidem exigenda erat lectio Palladii. Pauca enim a Catone et Varrone mutuatus, plurimum debet Columellae, quem tamen initio operis calumniari voluiſſe videtur. Quantum vero in Palladio interpretando et corrigendo Columellae auctoritati tribuendum eſt, tantum ipſe Palladius contra mutui Columellae libris corrigendis auxilii tulit. Primus hanc operam Critices in vtroque ſcriptore comparando et corrigendo egregie exſecutus eſt Pontedera, cuius exemplum non eſt vbique imitatus Geſnerus. Huius omnino minor in Palladio quam in reliquis ſcriptoribus diligentia conſpicitur. Sic inſigne ſupplementum ex Editionibus principibus ductum I. tit. 6. ſect. 17. omiſit, quod ex Columella tranſlatum docui et Palladio reſtitui, quanquam nullo Codicum recentiorum nec Creſcentio Vincentioue addicente. Quare ſupererant multa loca ex Columellae comparatione interpretanda et corrigenda. Quodſi vitii nihil inerat nec obſcuritatis orationi Palladii, breviter et ſimpliciter fontem indicaui, quem adeant lectores. Sunt tamen adhuc loca aliquot in Palladio, ex Columella quidem illa tranſlata, ſed vitioſa et lacunoſa, quibus redintegrandis nullus librorum ſcriptorum ſuffecit. Exemplum illuſtriſſimum

omnium

omnium ponam locum ex libri II. tit. 3. sect. 3. vbi solus Vincentius vestigia lacunae ex Columella interpolandae seruauit aperta, additis verbis aliquot, quorum nullum est indicium ex reliquis Codicibus annotatum. Alia exempla reperies in libri III. titulo 9. annotata.

Praeter Columellam multa ex Vitruuio capita ad artem architectonicam spectantia Palladius transtulit, sententia Vitruuii plerumque in verborum compendium contracta. Quibus in locis non solum ipsum Vitruuium, sed Italum etiam eius Interpretem, Galiani, qui duobus Vaticanis libris scriptis vsus est, diligenter cum Plinio, qui Vitruuium, et cum Isidoro Vincentioque, qui vtrumque exscripserunt, comparaui. Praeterea Anonymi Compendium Architecturae Vitruuianae, qui eadem fere cum Palladio capita ex Vitruuio transtulit, cum animaduersionibus egregii Poleni in Exercitatione Vitruuiana altera proditis consului, vnde translatum reperies, si quid ad interpretationem Palladii pertinere mihi videbatur. Hispanicam Vitruuii interpretationem, quae librorum scriptorum multorum lectiones adiunctas habere dicitur, consulere non potui. De Anonymi Compendio Architecturae Vitruuianae iterum paulo post dicetur.

Arbustorum hortensiorumque cultum et disciplinam multo diligentius atque accuratius quam Columella, oleam si exceperis, Palladius docuit, vel potius excerpsit ex libris Gargilii Martialis, de cuius aetate et scriptis quae constant inter viros doctos collecta reperies in Praefatione ad fragmentum de cura boum, quod sub nomine Martialis ex Codice Corbeiensi Vegetio subiunctum legitur. Multa eius de cultu hortensiorum praecepta leguntur etiam in libris Plinii, saepe iisdem verbis tradita; ex quo suspicari licet ipsum etiam Martialem antiquiore aliquo

quo scriptore, quem Plinius etiam exscripserit, vsum fuisse. Hanc igitur operis Palladiani partem praestantissimam omnium diligentissima cura atque interpretatione dignam censui; qua quidem in opera egregium mihi auxilium tulit cum Crescentio et Vincentio Alberti librorum de Vegetabilibus comparatio. Quanquam sunt adhuc multa in hortensiorum disciplina Palladiana, quae non intelligo, vel quorum auctoritatem indagare nondum potui.

Rationem pomorum seruandorum, vinorum condituras et oliuarum, varia denique disciplinae hortensiorum artificia multasque Graecorum doctorum argutias transtulit ex Geoponicis, quae multo quidem auctiora atque integriora legerat Palladius, antequam ab inepto homine in illas verborum capitulorumque barbariem et angustias concisa confunderentur, vbi raro hodie scriptorum nomina atque auctoritatem licet agnoscere. Feci tamen, quod omissum nimis saepe dolebam a Gesnero, vt diligenter vbique graecam auctoritatem compararem. Adhibui etiam Codicem scriptum chartaceum Gudianum Bibliothecae Guelferbytanae, qui, quamvis non inutiliter aliis in Geoponicorum locis a me fuerit inspectus, in Palladio tamen emendando parum me adiuuit.

Denique annotabo in Codice Vaticano numero 1286. signato, auctore Poleno in Exercitatione altera Vitruuiana p. 173. exstare initio *Palladii Rutilii Tauri Aemiliani Opus Agriculturae*, ad cuius extremum, pagina 43. Codicis, leguntur haec: *Palladii Rutilii Tauri Aemiliani, Viri Illustris, Opus Agricolturae explicit. Incipit de Architectura, valde vtili Scientia.* Deinde sequebatur Compendium Architecturae Vitruuianae a Vascosano editum Paris. 1540. Ex quo coniicere aliquis poterat fuisse olim, qui Compendii istius auctorem Palladium esse censerent.

Acce-

Accedit, quod, eodem Poleno annotante, in codicis perantiqui Vaticani numero 1504. signati, qui Vitruuium cum eodem Compendio scriptum habet, dorso inscriptum est, quanquam manu recentiori: *Vitruuius et Palladius.* Verum egregius Polenus animaduertit auctorem Compendii ex Isidoro, qui sub finem seculi septimi vixit, multa transtulisse, alia ex ipso Palladio, pauca ex Vitruuio. Praestat igitur Petrum Diaconum auctorem Compendii habere, cui Vitruuium abbreuiatum tribuunt Chronicorum Casinensium Scriptores, quamuis nomen auctoris in nullo Codicum a Poleno comparatorum fuerit repertum. De auctoritate disciplinae ex Palladio ductae dubitare me coegit Caput 30. vbi malthae formulae variae traduntur, quorum pars in Palladii l. c. 41. exstat, reliquae ex scriptore aliquo translatae sunt, quem hodie ignoramus. Sunt etiam alii loci Compendii, quos non recte Polenus a Palladio translatos esse censuit.

Haec ipsa dum scripta cum Palladio Lipsiam transmittere cogitabam, ecce Vindobona benigne mihi humanitas doctissimi viri, *Weigelii*, Medicinae Doctoris Lipsiensis, cui Aetium graecum ex Codicum plurimorum fide editum atque redintegratum debebimus, specimen submittit variarum lectionum ex Codice chartaceo Bibliothecae Caesareae numero 210. signato descriptum, cuius hic in Catalogo scripto edebatur titulus: *Palladii liber de arborum insitione XVIII Epigrammatibus constans.* Insertus legitur Volumini scripto in forma paginarum quarta a folio 183. vsque ad 186. Reliquorum librorum argumenta annotare omisit amicissimus Weigelius, qui mox me lectoresque meos varietate lectionis ex Codice Varronis et Columellae excerpta beabit. Ceterum Codex incipit a versu 35. vnde suspicor reliquos versus cum Epistola ad Pasiphilum scripta

in

in vetere exemplo, vnde Codex fuit transcriptus, locum suum ante prosaicos Palladii libros tenuisse exemplo libri Wratislauiensis de quo testatur Schwarzius ad initium Epistolae.

Non possum egregiae humanitatis et beneuolentiae *Io. Bern. Koeleri* Lubecensis, antea in Vniuersitate literaria Regiomontana Professoris, de literis graecis latinisque multis modis meriti, extremae huic Praefationi laudem non includere. Is vltro mihi suas in Palladii libros rusticos annotationes obtulit, quas ea cum conditione accipere non dubitaui, vt quicquid vel vere vel verosimiliter vel omnino ingeniose annotatum, correctum vel coniectum reperissem in schedis viri doctissimi, id omne in Annotationes meas referrem et suo quamque loco animaduersionem redderem, ne lector iterum varietate lectionis ex pluribus locis repetendae, vt factum in Gesneriana Editione ipse antea questus eram, distraheretur magis atque obrueretur. Verum ipsarum schedarum partem tandem priorem excerptam in Commentarios potui referre; altera multo demum post tempore ad me perlata est, quam Palladio insudare operae typothetae coeperant. Igitur reliquas viri docti annotationes cum Corrigendis et Addendis loco non satis honesto post Commentarios collocare fui coactus. Cui dum hic publice gratias quas possum maximas ago, vtinam hoc simul votis meis assequi possim, vt benignior sors amico subito et graui casu a statu suo deiecto arrideat, pristinam animi tranquillitatem reddat eiusque eruditionem iterum eo in loco collocet, vbi a pluribus conspici et meritis praemiis condecorari possit!

Scrib. a. d. III. Calendas Martias MDCCXCV.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

DE

RE RVSTICA

LIBRI XIV. ETC.

CAPITA
REI RVSTICAE
EX RHEGIENSI EDITIONE
ANNI CIↃ CCCC LXXXII

(Cum varietate ex Brusch. excerpta et lunulis inclusa. Erfurt. Codicem plane consentire cum lectione vulgari, annotauit Ernesti.)

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

TITVLI LIBRI I.

Ex membranis MSS.

1 De praeceptis rei rusticae.
2 De quatuor rebus quibus agricultura consistit.
3 De aëris probatione.
4 De aqua probanda.
5 De qualitate terrarum.
6 De industria, et necessariis ad rura sententiis.
7 De agri electione vel (et) situ.
8 De aedificio.
9 De hibernis et aestiuis mansionibus, et pauimentis.
10 De calce et arena.
11 De latericiis parietibus.
12 De lumine et altitudine.
13 De cameris et canniciis.
14 De opere albario.
15 De tectoriis.
16 De vitanda valle quae propter aquas diligi solet.
17 De cisternis et maltha frigidaria.
18 De cella vinaria.
19 De horreo.
20 De olei factorio.
21 De stabulis equorum et boum.
22 De curte. (corte).
23 De aluiariis.
24 De columbario. (columbariis.)
25 De turturario.
26 De turdis.
27 De gallinis.
28 De pauonibus.
29 De fasianis. (phasianis.)
30 De anseribus.
31 De piscinis.
32 De foeníli, paleario, et lignario.
33 De sterquilinio.
34 De locis horti, et pomario, (pomarii) et sepibus, et serendo. (serendi tempore.)
(35 de remediis horti vel agri.)
35 De area.
36 De apium castris.
37 De apibus emendis.
38 De balneis.
39 De malthis calidae et frigidae. (calidaria et frigidaria.)
40 De pistrino.
41 De instrumentis agrestium.

Tituli mensis Ianuarii.

1 De ablaqueandis vitibus.

2 De pratis abſtinendis in locis macris.
3 De proſcindendis agris, et iungendis bubus, vel arandi diſciplina.
4 De hordeo Galatico ſerendo.
5 De cicercula ſerenda cum diſciplina ſua.
6 De vicia ſerenda, non ad pabulum ſecandum, ſed ad ſemina redigenda, (reddigenda) cum diſciplina ſua.
7 De ſoeno Graeco ſerendo legendi ſeminis cauſa, cum diſciplina ſua.
8 De herbo ſerendo.
9 De ſariendis frumentis et leguminibus. (cum diſciplinis ſuis.)
10 De paſtinandi generibus et ſcrobibus vitium.
11 De tabulis vinearum.
12 De menſura paſtini Italica.
13 De ſolo et caelo et loco pangendis vineis congruenti, et ea quae illuc pertinet diſciplina.
14 De hortis: in eo (eodem) de lactuca ſerenda cum diſciplina ſua, item naſturcio, ſimiliter et eruca, item caulibus, allio et vlpico.
15 De pomis: in eo de ſorbo, de amygdalo, de nuce iuglandi, (iuglande) cum diſciplinis ſuis; (de pomis tuberum) et de ceteris pomis quorum diſciplina ſuis menſibus continetur.
16 De ſignandis animalibus, de (et) lardi et pernarum confectione, et echinis (echini) et rapis.
17 De oleo myrtino.
18 De vino myrtite.
19 De oleo laurino.
20 De oleo lentiſcino.
21 De gallinarum paſtu. (partu.)
22 De caedenda materie.
23 De horis.

Tituli menſis Februarii.

1 De pratis ſeruandis et laetamine ſaturandis.
2 De proſcindendis collibus.
3 De ſatione trimeſtri.
4 De ſerenda lenticula cum diſciplina ſua; item [de] cicercula.
5 De ſerendo cannabo.
6 De agris medicae parandis.
7 De herbo ſerendo.
8 De curandis vitibus et arboribus, et hordeo Galatico ſerendo. (gallatico.)
9 De ponendis vineis paſtino vel ſcrobibus aut ſulcis, et omnium, (omni B. A.) quae illuc pertinet diſciplina.
10 De arbuſtis, (arbuſtiuis B. A.) vitibus, et plantis arborum vitiferarum.
11 De vineis prouincialibus.
12 De putandis vineis communibus, altis vel humilibus.
13 De putatione arbuſti.
14 De prouincialibus vineis putandis.
15 De nouella putatione. (putanda Br. nouellae vitis A.)

16 De

16 De propaginibus.
17 De insitionibus.
18 De instituendis oliuetis.
19 De pomiferis et spatiis earum generale praeceptum.
20 De fodiendis, palandis et ligandis vineis, vel laetandis arboribus, et plantis circumfodiendis.
21 De rosis, liliis, croco, violis conserendis.
22 De lini semine serendo.
23 De cannetis et asparagis et plantis salicum vel (et Br. A.) genestae, et seminariis myrti et lauri.
24 De hortis: in eo de sepibus, de lacluca, carduo, nasturcio, coliandro, (coriandro Br. A.) papauere, allio, vlpico: de saturea cum [sua] disciplina: item [de] cepullis: similiter de anetho, (aneto Br. A.) sinapi: de caulibus cum disciplina sua: [et] de asparagis, de malva, menta, foeniculo, pastinaca, cunela, cerefolio, (caerofolio) beta, porro, cum disciplina sua: [de] inula et colocasiis (colocaseis) similiter. (cimino et aniso A.)
25 De pomis: in eo (et primo Br. A.) de piro, de melo, (malo Br. A.) cydoneo, siliqua, moro, avellana, myrrha, et de disciplinis suis. (mista cum dis. Br. mixa c. d. A.)
26 De educatione porcorum.
27 De vino myrtite aliter.
28 De vite theriaca. (thyriaca Br. A.
29 De vua sine granis.
30 De vite nimis lacrymosa. (lachrymosa Br. A.
31 Myrtitis (Myrtynis) alia confectio secundum Graecos.
32 Vt propomata sponte nascantur.
33 Vt vitis botriones (botryones) varios ferat.
34 De horis.

Tituli mensis Martii.

1 De putandis vineis et inserendis, et pangendis vitibus.
2 De pratis purgandis in locis frigidis, et proscindendis agris.
3 De panicio (panico) et milio serendo, cum disciplina.
4 De cicere serendo cum ordine suo.
5 De cannabo. (canabo.)
6 De cicera.
7 De nouellis vitibus puluerandis et fodiendis, palandis ac ligandis, et veteranis vineis restituendis, et aegris et laesis.
8 De oleis amurca saginandis, et cetera earum cura: item de seminariis et rosariis faciendis vel colendis, et sariendis (sarriendis) frumentis.
9 De hortis: in eo de carduis cum disciplina: de vlpico, allio, et cepulla, cunela, anetho, (aneto) sinapi, caulibus, maluis, ar-

moracea, origano, lactuca, beta, porro, cappari, colocasiis, (colocaseis) satureia, nasturcio, intibis, rafanis, et (de) melonibus et cucumere cum disciplina sua: item de asparagis et spongiis eorum: similiter et ruta et coliandro (coriandro) cum disciplina sua, et cucurbita similiter et blito: item de aniso et cymino. (cimino.)

10 De pomis: in eo de malo Punico cum disciplina, et vini sui confectione: de citreo: similiter de mespilo, et de fico, cum disciplinis suis, et aliis pomis quorum disciplina suis mensibus continetur.

11 De comparandis bubus, (bobus) tauris, (ac) vaccis.

12 De domandis bubus (bobus.)

13 De equis, equabus, et pullis et aetate eorum.

14 De mulino genere et asinis.

15 De apibus.

16 De horis.

Tituli mensis Aprilis.

1 De Medica serenda et disciplina eius.

2 De inserenda olea vel oleastro, de vineis et seminariis fodiendis, et inserendis vitibus, et agris humidis et pinguibus proscindendis.

3 De hortis: in eo de caulibus, item de apio, de atriplice, de ocimo, cum disciplinis suis: item de melone, cucumere, porro, cappari, serpyllo, (serpillo) colocasio, (colocasia) lactucis, betis, (beta) cepullis, coliandro, (coriandro) intibis, cucurbitis ac menta.

4 De pomis: in eo de zizypha (zizifa) cum disciplina sua, et de aliis pomis, quorum suis mensibus disciplina descripta est.

5 De oleo violacio et vino.

6 De armentis: in eo de vitulis nutriendis, de tonsuris et signaturis.

7 De apibus: in eo de vestigandis apibus, et purgandis aluearis.

8 De horis.

Tituli mensis Maii.

1 De panicio (panico) et milio, de florentibus satis, de recidendo foeno.

2 De nouellae sarmentis relinquendis, et pampinandis vitibus.

3 De proscindendis et aperiendis nouis agris.

4 De occandis vitibus arboribusque, et rude caedenda, fodiendis seminariis, putandis oleis, ac lupino vertendo.

5 De hortis: in eo de spatiis, de apio, coriandro, melone, cucurbita, carduo, radice, ruta.

6 De pomis: de flore mali Punici, persico implastrando, citro inserendo, et

et ficu plantanda vel inserenda: de zyzypha (zizifa) et palma plantanda. (plantandis.)
7 De armentis: in eo de castrandis bubus. (bobus.)
8 De tonsuris ouium.
9 De caseo faciendo.
10 De apibus.
11 De pauimentis et solariis.
12 De lateribus faciendis.
13 De rosato.
14 De oleo liliacio. (liliaceo.)
15 De oleo roseo.
16 De rodomelli.
17 De rosis viridibus seruandis.
18 De horis.

Tituli mensis Iunii.

1 De area paranda.
2 De messibus.
3 De agris proscindendis, de vineis occandis, fodiendis, vicia, foeno Graeco, lenticula, faba, lupino colligendis.
4 De hortis: in eo de brassica, apio, betis, radicibus, lactucis, coriandro.
5 De pomis: in eo de flore Punici, de piro, de melo zyzypho, (zizifo) fico: de emplastratione.
6 De armentis: in eo de castratura, de caseo, (de) tonsuris.
7 De apibus: in eo de legendo et conficiendo melle vel cera, de seruandis examinibus et signis eorum ac (et) regibus, de inopia examinum, (supplendis omissis reliquis) supplendis aluearis.
8 De pauimentis et latere.
9 Qualiter fructuum venturorum experimenta sumantur.
10 De oleo chamaemelo. (camemileo.)
11 De oenanthe. (oenante.)
12 De alfita. (Alphica.)
13 De horis.

Tituli mensis Iulii.

1 De iterandis agris, de messe triticea, de exstirpandis vepribus et filectis, de arboribus operiendis, pulverandis nouellis.
2 De hortis: in eo de cepullis, radicibus, atriplice, ocimo, malua, beta, lactuca, porro, item napis et rapis, cum disciplina sua.
3 De pomis: in eo de implastratione, de piro, malo citreo, ficu, palma.
4 De armentis et gregibus: in eo de admittendis tauris et arietibus.
5 De exstirpando gramine.
6 De vino scillite. (scy[illegible]e.)
7 De hydromelli. (Ydromeli.)
8 De aceto scillitico. (scylliticо.)
9 De sinapi.
10 De horis.

Tituli mensis Augusti.

1 De agris exilibus arandis, de apparanda vindemia, de occatione vinearum locis frigidis.

2 De exili et misera vinea reficienda.
3 De pampinandis et obumbrandis vitibus, et extirpandis carectis atque filectis.
4 De vrendis pascuis.
5 De hortis: in eo de rapa et napo, de radice cum disciplina sua, de pastinaca.
6 De pomis.
7 De apibus.
8 De aqua inuenienda.
9 De puteis.
10 De aqua probanda.
11 De aquaeductibus.
12 De mensuris et ponderibus. (fistulorum Br. et Ald.)
13 De confecto melle. (De Omphaco melli Br. A.)
14 De horis.

Tituli mensis Septembris.

1 De agris pinguibus tertiandis vel implendis exilibus, [et] de stercorando.
2 De serendo tritico et adoreo in locis frigidis et opacis.
3 De remedio salsi humoris, [illegible] seminum mensuris et diuersis remediis, ad sationem pertinentibus.
4 De serendo hordeo canterino.
5 De lupino serendo.
6 De piso serendo.
7 De sisamo serendo, et proscindendis agris ad medicam.
8 De vicia (vt) [et] foeno Graeco et farragine serendis.
9 De lupino serendo, qui natus euertatur et (vt) loca foecundet exilia.
10 De pratis nouellis formandis vel veteribus excolendis.
11 De vindemia celebranda.
12 De panicio (panico) et milio metendis, et faselo ad escam serendo, et apparandis aucupiis.
13 De hortis: in eo (eodem) de papauere, brassica, thymo, origano, cappari, cum disciplinis (suis): item nasturcio, anetho, (aneto) radicibus, pastinacis, cerefolio, (caerofolio) lactuca, betis, coriandro, (coriandris) rapis et napis.
14 De pomis: in eo de tubere.
15 De pauimentis solariorum et lateribus.
16 De diamorum. (Diamoron.)
17 De seruandis vuis.
18 De vite cuius fructus humore putrescit.
19 De horis.

Tituli mensis Octobris.

1 De adoreo et tritico, de hordeo canterino, de (et) herbo (herbo et) lupino, (et) piso, (et) sisamo et faselo serendis.
2 De lini semine [serendo.]
3 De notanda vitium fertilitate, qua prouidebimus panctioni.
4 De ponendis vineis, vel propagandis, reparandis, putandis, et arbustis.
5 De ablaquenda nouella.

6 De

6 De vtilitate propagandae nunc vineae.
7 De inferendis arboribus vel vitibus.
8 De oliuetis instituendis, et colendis, laetandis, et (vel) remediis eorum: de (vel) oliuis condiendis: de (vel) foffis riuisque purgandis.
9 De remedio (Remedium) si vua compluta est.
10 De oleo viridi faciendo et laurino.
11 De hortis: in eo de intibis, (intybis) de carduis, de sinapi, Medica, (malua) cum disciplinis: item de anetho, (aneto) cepulla, (cepula) menta, pastinaca, thymo, origano, cappari, beta, armoracea, porro transferendo et ocimo.
12 De pomis: in eo de palmua, pistaciis, (pistaceis) cerasis, et aliis pomis: quorum per menses suos disciplina digesta est: item de condiendis pomis.
13 De apibus.
14 Quae Graeci vel alii super vina condienda curandaque dixerunt.
15 De rosato sine rosa [fieri.]
16 De vinis pomorum.
17 De hydromelli. (Oenomelli.)
(18 De defruto calueno sapa.)
18 De passo.
19 De cydonite.
20 De fermento musteorum seruando.
(21 De vua passa.)
21 De horis.

Tituli mensis Nouembris.

1 De satione tritici, farris, hordei, fabae, cum disciplina (sua): de lenticula mature serenda, de lini semine.
2 De pratis nouis instituendis, ponendis vitibus et propagandis, et circumfodiendis nouellis, ac recidendis mergis.
3 De vinea veteri in iugo vel pergula reparanda.
4 De putandis vitibus et arboribus locis tepidis, et olivetis et faciendo oleo.
5 De oliuetis ponendis, et curandis aegris arboribus; corbibus, palis, ridicis faciendis; oleo laurino faciendo.
6 De hortis: in eo de allio, vlpico, cum disciplinis: de cepullis, et plantis carduorum: de armoracea et cunela. (cunella.)
7 De pomis: in eo de persico, de pinu, de prunis, de castaneis, cum omni disciplina, et pomis aliorum mensium.
8 De apibus: in eo de mundandis ac muniendis castris earum.
9 Remedium vitibus quae sine fruge luxuriant.
10 Remedium sterili viti.
11 De rosario ex paucis virgulis instituendo.
12 De vua vt (VE vua vsque)

vsque ad ver reseruetur in vite.
13 De gregibus ouili generis et caprini, et pascendi ordine.
14 De glandibus legendis.
15 De materie caedenda.
16 De transferendis arboribus maioris aetatis.
17 De oleo faciendo secundum Graecos et emendando.
18 De oleo vt Liburnico simile fieri possit. (Oleum Lib. simile.)
19 Vt oleum sordidum purges.
20 De oleo odoris horrendi.
21 De oleo rancido curando. (et emendando.)
22 De condiendis oliuis.
23 De horis.

Tituli mensis Decembris.

1 De serendis frumentis et faba et lini semine.
2 De fodiendis pastinis et caedenda materie, palis et ridicis, de (et) oleo laurino, (ac) myrtino, lentiscino, et vino myrtite.
3 De hortis: in eo de lactuca, allio, vlpico, cepulla, sinapi, et cunela.
4 De pomis: in eo de hypomelidibus (ypom.) et aliorum mensium pomis.
5 De rapis condiendis.
6 De echinis et pernis et lardo saliendis, et auium laqueis disponendis.
7 De horis.

TITVLI LIBRI XIV.
(Om. Br. et Ald.)

De insitione, ex impressis libris.

1 Praefatio, prosa.
2 Prooemium carminis.
3 De vite.
4 De oliua.
5 De piro.
6 De malo Punico.
7 De pomo. (De malo. Vindob. Codex.)
8 De Persico.
9 De malo Cydonio. (De cydoneo. Vindob.)
10 De mespilo.
11 De malo citrino. (De citro. Vind.)
12 De prunis. (pruno. Vind.)
13 De siliqua. (om. Vind.)
14 De ficubus. (ficu. Vind.)
15 De moro.
16 De sorbis.
17 De ceraso.
18 De amygdalo.
19 De pistaciis.
20 De castanea.
21 De nuce.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS, DE RE RVSTICA LIBER I.

TIT. I.

Pars est prima prudentiae, ipsam, cui praecepturus sis [a], aestimare personam. Neque enim formator agricolae debet artibus et eloquentia rhetores aemulari [b], quod [c] a plerisque factum est: qui dum diserte loquuntur rusticis, hoc assequuntur [d], vt eorum doctrina nec a peritissimis [e] possit intelligi. Sed nos recidamus praefationis moram, ne, quos reprehendimus, imitemur. Dicendum autem [f] nobis est (si diuina fauerint) de omni a agricultura et pascuis et aedificiis rusticis, secundum fabricandi magistros, et [g] aquae inuentionibus, et omni genere eorum, quae vel facere vel nutrire oportet agricolam

VARIETAS LECTIONIS.

Palladii Rutuli, Codex Barthii, quem vide ad Rutilii I. 208. Codex Erf. *Rutili. Pallady Rutuly Tauri Aimiliani Viri Inlustris Opus Agriculturae Incipit Feliciter* Codex Lugd. Batav. teste I. Fr. Gronovio. *P. Rutili T. Aem. V. Illustris* etc. Cantabr. teste Abr. Gronovio.

Tit. I. a. *es* P. Lugd. Erf. Vincentius S. Doctr. VI. 54.

b. *imitari* Vinc.

c. *quod plerique fecere* Iuntt.

d. Ita ex Vinc. scripsi pro *rusticis, assecuti sunt.*

e. ita recte Vinc. Vulgo *disertissimis.* Iuntt. addunt *quidem vel nec a disertioribus possit int. eorum disciplina* Cantabr.

f. *a nobis* Lugd. *est* om. E.

g. vulgatum *eorumque ex* Cod. Lugd. correxit cum H. Iunio Epist. 201. p. 378. et ex Basileensi Barthii Adv. 37. 3. Gesner.

colam ratione voluptatis et fructus [h], suis tamen temporibus per vniuersa distinctis [i]. Sane in primis [k] hoc seruare constitui, vt eo mense quo ponenda sunt singula cum sua omni exequar disciplina.

II. Primo igitur eligendi et bene [a] colendi agri ratio, quatuor rebus constat, aëre, aqua, terra, industria. Ex his tria naturalia; vnum facultatis et voluntatis [b]. Naturae est quod in primis spectare [c] oportet, vt eis locis quae colere destinabis, aër sit salutaris [d] et clemens, aqua salubris et facilis, vel ibi nascens, vel [e] adducta, vel imbre collecta: terra vero foecunda et situ commoda.

III. Aëris igitur salubritatem declarant, loca ab infimis vallibus libera, et nebularum noctibus absoluta, et habitatorum [a] considerata corpuscula [b], si eis [c] color sanus [d], capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorum, purus auditus, et [e] si fauces commeatum liquidae vocis exercent [f]. Hoc genere [g] benignitas aëris approbatur. His [h] autem contraria noxium caeli illius spiritum confitentur [i].

IV. Aquae vero salubritas sic agnoscitur [a]. Primum ne a lacunis aut a [b] palude ducatur [c]: ne de metallis

h. *vsufunctus* I. B. R. *vsuffructus* Br. A. Iunt. G.
i. punctum om. A. Iunt. G.
k. *ponis* I. B. Br. R. Cantab. et Leid. Inepte probante H. Iunio.
Tit. II. a. *bene* deest P.
b. *est* add. E. I. B. Br. R. *voluptatis.* Cant. a sec. manu.
c. *spectare* Lugd. *natura* Leid.
d. *salubris* P. *naturalis* E.
e. *aliunde* inf. a recent. manu Lugd.
Tit. III. a. *habitantium* Cresc. recte primo et antiq.
b. *corpora* Cr. editiones tres.
c. *si ei* I. B. R. *si enim* Pol. *si enim eis* Cr.
d. *sanus incst* Cr.
e. *et si* om. I. B. Br. R. Lugd. Erf. V. *et* om. Cresc. editiones tres.
f. *exercentes* Vinc. *emittunt* P. *emittant* Cr. Louan. *admittant* antiqua mea, et princ. *exercent* Basileensis.
g. *His signis — comprobatur* Cr.
h. *contraria vero* omisso *his* Cr.
i. *His.— confit.* omitt. Erford.

Tit. IV. a. *cognoscitur* Lugd. *agnoscatur* Vinc. Duac.
b. *a* om. I. B. Br. R. I. I. Vinc. Erf. Lugd.
c. *deducatur* P.

lis originem sumat; sed sit perspicui coloris, neque vllo aut[d] sapore aut odore vitietur, nullus illi[e] limus insidat[f]; frigus tepore[g] suo mulceat, aestatis incendia[h] frigore moderetur. Sed quia solet his omnibus ad speciem[i] custoditis occultiorem noxam tectior[k] seruare natura, ipsam[l] quoque ex incolarum salubritate noscamus[m]. si fauces bibentium purae sunt[n], si saluo[o] capite[p], in pulmonibus ac[q] thorace aut nulla est aut rara causatio. nam plerumque has noxas corporis ad inferiorem partem, quae supra sunt corrupta demittunt: sed si[r] vitiato capite ad pulmones[s] vel stomachum morbi causa decurrat tunc culpandus aër potius inuenitur. Deinde si venter aut viscera vel[t] latera vel renes nullo dolore aut inflatione vexantur[v]; si vitia nulla vesicae sunt[x]. Haec[y] atque his similia si apud incolas pro maiori parte constare videris[z], nec de aëre aliquid nec de fontibus suspiceris.

V. In terris vero quaerenda[a] foecunditas: ne alba et nuda sit gleba, ne macer sabulo sine admistione terreni[b], ne creta sola[c], ne arenae squalentes, ne ieiuna glarea, ne aurosi[d] puluerís lapidosa macies, ne salsa vel amara,

d. *aut* omittit, deinde *vel odore* Vinc.
e. *ibi* I. B. Br. R. E. *et* Vinc.
f. *insideat* Erf. Vinc.
g. *tempore* I. B. Br. R. P. Cresc. Vinc. *tepore tempore* Cantabr.
h. *suo frigore* Pol. Cant. *rigore* habet. *suo rigore* Erf. Iuntr. *frigore* om. I. B. Br. R. et Vinc. bis.
i. *specimen* Lugd. et Asc. *Solet autem quandoque occult.* Cr.
k. *tectorum aquarum infetre* Cresc. Louan. sed nostrae duae editiones habent: *tectior inferre aquarum natura.* Vinc. Br. *rectior.*
l. *Ideoque ipsas* Cr.
m. *cognoscamus* Erf.
n. *sint* Cr.
o. *si saluum caput* Cr. vbi Bas. habet sola *sanum.*
p. *si in* Cr. editt. tres.
q. *aut* Lugd. Cr.
r. *sed vt* I. B. Br. R. *aut vt* Erf. vulgo *vt vitiato.*
s. *pulmonem* I. B. R.
t. *aut latera sive renes* Cr.
v. *vexentur* ante Commel. sed *vexantur* etiam Lugd. et Cr.
x. *sint* Cr.
y. *Haec et similia* P. Cr. *haec atque similia* Erf. Lugd.
z. *videbis* Cr.
Tit. V. a. *est* add. Cant. deinceps *aut nuda* Erf.
b. *terrena* a manu sec. Erf. *terre* Cant. *macrum sabulum* Vinc.
c. *ne cr. f.* om. E.
d. *arenosi* Cr. editt. tres et recentior manus in Lugd. et Cant. *aut aurosi* Er.

amara, ne [e] vliginosa terra, ne tofus [f] arenosus atque
ieiunus, ne vallis nimis opaca et solida [g]: sed gleba pu-
tris et fere nigra, et ad tegendam se graminis sui crate [h]
sufficiens; aut misti coloris, quae etsi rara sit, tamen
2 pinguis [i] soli adiunctione glutinetur. Quae [k] protulerit
nec scabra sint nec [l] retorrida [m], nec succi naturalis
egentia [n]. Ferat [o], quod frumentis dandis vtile signum
est, ebulum, iuncum [p], calamum, gramen, trifolium
non macrum, rubos pingues, pruna siluestria [q]. Color
tamen [r] non magnopere [s] quaerendus est, sed pinguedo
3 atque dulcedo. Pinguem sic agnoscis [t]: Glebam par-
vulam [v] dulci aqua cum spargis [x] et subigis [y], si glutino-
sa est et adhaeret, constat illi inesse [z] pinguedinem. Item
scrobe effossa et repleta, si superauerit terra, pinguis est:
si defuerit, exilis: si conuenerit aequata, mediocris.
Dulcedo autem cognoscitur, si ex ea parte agri quae
magis displicet [a], glebam fictili vase dulci aqua made-
4 factam iudicio saporis explores [b]. Vineis quoque vtilem [c]
per.

e. *vel* Vinc. Duac.

f. *mons* Cr. Basil. sed antiqua mea princ. et Lou. totus.

g. *squalida* Cr. editt. quatuor et recens manus in Lugd. *sed sit gleba* Cr. *sed solida sit gleba* Vinc. sed alibi *sit gleba*.

h. *rauitate* E. *sinceritate* Vinc. sed alibi recte! *tegendum* Cr.

i. *et cretosi* addit Cr.

k. *At quae* Vinc. Duac.

l. *nec* om. P. paulo antea *nec sera* a sec. manu Cant.

m. *retorta* I. B. Br. R. Cr. *torrida* Vinc. bis.

n. *egentia ferat. Quod* ante Commel. *ferat* om. Pol. *feratque* Vinc. Duac.

o. *egentia. Verum quoniam alia terra dandis frumentis vtilis est, quae naturaliter conuenit, et alia magis vineis amica est, sciendum est autem* (antiqua mea *tamen*) *quod frumentis dandis vtilis est, quae naturaliter et sua sponte producit* etc. Cresc.

p. *multum* Vinc. *iuncum gramen pingue, trifol. cal.* Cr. omissis *non macrum*.

q. *lappas, farfana, maluas* add. Cr. vbi Basil. omisit *farfana*.

r. *tamen terrae* Cr. *namque* I. I. G.

s. *magno tempore desideretur* Cr. *magno opere* Lou.

t. *cognosci terram* Cr. *agnoscas* Vinc. Duac.

v. *parum* P. et Cr. *paruam* Vinc.

x. *conspargis* I. B. R. P. Leid. *conspergis* I. I. G. Erf. Cr. *adspergis* Vinc. alibi *conspargis*.

y. *subigas* Vinc. Duac.

z. *ibi esse* Cr.

a. *si eiusdem qualitatis totus ager videtur* add. Cr.

b. *explorabis* Vinc.

c. *vtilem terram* Lugd. a recenti manu. *vtile solum* Vinc. vbi Duac. *vtilia*.

per haec signa cognosces[d]: si coloris[e] et corporis rari aliquatenus atque resoluti[f] est; si[g] virgulta, quae protulit[h], leuia, nitida, procera[i], foecunda sunt, vt piros[k] siluestres, prunos, rubos[l], caeteraque huiusmodi, neque intorta[m], neque sterilia[n], neque macra exilitate[o] languentia. Situs vero terrarum neque[p] planus, vt 5 stagnet; neque praeruptus, vt defluat; neque obrutus[q], vt in imum[r] deiecta[s] valle subsidat; neque arduus, vt tempestates immodice[t] sentiat et calores: sed ex his omnibus vtilis semper est[v] aequata mediocritas[x], et vel campus apertior[y], et humorem pluuium[z] cliuo fallente[a] subducens; vel collis molliter per latera inclinata deductus; vel vallis cum quadam moderatione et aëris laxitate[b] submissa; vel mons alterius culminis[c] defensus obiectu, et a molestioribus ventis liber auxilio[d] aliquo, vel sublimis, asper, sed nemorosus et herbidus[e].

Sed

d. *cognosciis* Erf.

e. *si corporis aliquatenus rari atque resolutum est* Cr. II. 25. vbi Lou. *resoluti.* idem IV. 6. habet *vsilem vineis terram* — et reliqua vt vulgo leguntur: *coloris nigri et corporis* Vinc.

f. *soluti* Vinc. Duac.

g. *si* om. Cr. bis.

h. *profert* Vinc. *profert lini nitida* Cresc. II. 25. vbi Lou. *nitida lenia viridia proctra. lenia* Vinc. *laenia* Iuntt.

i. *procera* om. Vinc. Duac. *pr. et* Cr. IV. 6.

k. *pirus siluestris*, *prunus*, *rubus* Cr. bis et Pol. *piros, silv. pr.* Erf.

l. *tubes* i. e. tuberes Vinc.

m. *torta* Vinc. sed alibi recte. *habent* addit Vinc. Duac.

n. *debilia* Cr. editt. tres II. 25. sed idem IV. 6. *sterilia* habet. Deinceps *neque scabiosa* addit Cr. IV. 6.

o. *sterilitate* Vinc. sed alibi recte.

p. *Situs t. non sit adeo pl.* Cresc. II. 26.

q. *obruptus* Vinc.

r. *vt ima valle subsidat* Cod. Barth. 38. 10. et Cantabr. *subsideat* Erf. et Vinc. *in vno* Vinc. sed alibi *in ima* habet.

s. *directa* Cr. *delecta* — *subsideat* Lou.

t. *immodicas* Vinc. *sentiant* Cr. Lou.

v. *et* P. Cr. Cant. *adaequata* Cr. Louan. *est exaequata* Erf.

x. *requiratur* add. Cr. editt. tres. et deinceps pergit: *videlicet vt campus.*

y. *sit et hum. pluuiarum* Cr.

z. *pluuiarum* Vinc. Duac. et Cr. Lou.

a. *valle* Vinc. *fallante* Cr. antiqua mea.

b. *claritate* Cr. sed recte Lou.

c. *cuminis* Br. *cacuminis* Cr. vbi Basil. *defensus et liber a mol. ventis aliquo auxilio vel subl.* sed antiqua mea rectius: *def. obiecta et molestationibus ventis aliquo liberi auxilio.* plane et recte Louan.

d. *quolibet exilio, nec vel subl. vel asper* Erf.

e. *herdus* I. B. R.

6 Sed cum sint genera terrarum plurima, vt[f] pinguis aut macra, spissa vel rara, sicca vel humida[g], et ex his pleraque vitiosa, tamen propter seminum[h] differentiam saepe necessaria[i], maxime[k], sicut supra dixi, eligendus est pinguis ac resolutus ager, qui minimum laborem poscit[l], et fructum maximum reddit. Secundi meriti est spissus[m], qui labore quidem maximo[n], tamen ad vota respondet. Illud vero deterrimum genus est, quod erit siccum simul[o] et spissum, et macrum vel frigidum: qui ager pestiferi more fugiendus est.

VI. Sed vbi haec[a], quae naturalia sunt, neque humana ope curari possunt, diligentius aestimaueris, exsequi te conuenit partem, quae restat industriae: cuius haec erit cura vel[b] maxima, vt has, quas subieci, ex omni opere rustico in primis debeas tenere sententias. Praesentia domini prouectus est agri. Color terrae non magnopere desideretur, quia bonitatis[c] incertus est au-
2 ctor. Genera omnium surculorum vel frugum praeclara sed terris tuis experta committe. in nouo enim genere seminum ante experimentum non est spes tota ponenda. Locis humidis semina citius quam siccis degenerant: quare subinde succurrat electio. Ferrarii, lignarii, doliorum cuparumque factores necessario habendi sunt, ne a labore solenni[d] rusticos causa desiderandae vrbis auertat. Locis frigidis a Meridie vineta ponan-

f. *aut* omisso *pinguis autem et macra et sp.* Cr. II. 25.

g. *lapidosa vel non lapidosa, montuosa vel plana* add. Cr.

h. *et plantarum* add. Cr.

i. Ita ex Cr. Pontedera correxit. Vulgo *necessariam maxime, sicut* etc.

k. *maxime tamen et absolute el. est p. et ref. ager vbicunque situs, quia hic* Cr. II. 25.

l. *petit* I. B. Br. R. Lugd. Cr. editt. tres. Vinc. *et* ante *fruct.* om. Lugd. Erf. *fructumque* Vinc. Duac.

m. *et pinguis* addit Cr. II. 25. *ager spissus est* Vinc. Duac.

n. *maxime ad vota* Vinc. Duac. *quia licet laborem maximum petat, tamen* Cr. II. 25.

o. *simul* om. Cr. habet Louan. ibid. *macrum et frig.* pergens.

Tit. VI. a. *haec* om. E. deinde *aestimatis* Cant.

b. *vel* om. E.

c. *bonitatis* om. P. *benignitatis* E. deinceps *nouo autem* Cresc. Lou. postea *necessario habeligendi* Cant.

d. *solemni* Br. Lugd.

ponantur; calidis, a Septentrione; temperatis, ab Oriente, vel, si necesse sit, ab[e] Occidente. Operum ratio vnum modum tenere non potest in tanta diversitate terrarum: et ideo[f] soli et prouinciae consuetudo facile ostendet[g], qui[h] numerus[i] vnamquamque rem faciat siue in surculis siue in omni genere satorum. Quae florent, constat non esse tangenda. Bene eligi serenda non possunt, nisi hoc officium prius electus[k] assumat. In rebus agrestibus maxime officia iuuenum congruunt, imperia seniorum. In vitibus putandis tria 4
consideranda sunt, fructuum spes, successura materies, locus qui seruet ac reuocet. Vitem si maturius putes, plura sarmenta: si serius, fructus plurimos consequeris. De locis deterrimis sicut arbores ita vites[l] conuenit ad meliora transferre. Post bonam vindemiam strictius, post exiguam latius[m] puta. In omni opere inserendi, putandi ac recidendi duris et acutis vtere ferramentis. In vite vel arbore quae facienda sunt, perage ante apertionem floris et gemmae. In[n] vineis aratro praetermissa fossor emendet. Locis calidis, siccis, apricis pampinandum non est, cum magis vitis optet[o] operiri. Et vbi vineas Vulturnus exurit aut flatus aliquis regioni[p] inimicus, vitem tegamus straminibus vel aliunde quaesitis. Ramus laetus[q], viridis et sterilis in media olea 5
abscindendus est, velut totius arboris inimicus. Sterilitas

e. *ab* ex Erf. addidi. *fuerit Occid.* Cant. deinde *operuui* Vinc. Duac. VI. 43.

f. Pro *ideo* alia vox sed inducta, vt legi non possit, in Lugd.

g. *ostendit* A. Iunt. G. *cons. consideranda est siue in surcul. et.* Vinc.

h. *quis* P. I. B. Br. R.

i. *modus* I. B. Br. R.

k. Vulgo *eligens* legitur. *electus* MS. apud Barth. 38. 10. Lugd. *lectus* E.

l. *hominis* I. B. R. Lugd. *homines* Vinc. Br. Cant.

m. *largius* Lugd. Erf. Cr. Vinc.

n. *Quae inuenies ar.* P. sed Cantabr. post *vineis* addit *quae inuenies*.

o. *oportet* I. B. R. Erf. *vites oportet* Br. *oportaut* Cantab. deinde *vineas* Cant.

p. Ita ex Lugd. pro *regionis* dedit Gesner. omittit Cantabr.

q. *lentus* E. deinde *abscidendus* Leid. Cant.

tas et pestilentia aequo modo fugiendae[r] sunt, vel si secum vtraeque non fuerint[s]. In pastinato solo inter nouellas vites omnino nihil est conferendum. Graeci iubent, exceptis caulibus, tertio anno quae libebit, iniungere[t]. Omnia legumina Graecis auctoribus seri iubentur in sicca terra: faba tantummodo[v] in humida
6 debet[x] spargi[y]. Domino vel colono confinia possidenti qui fundum vel agrum suum locat, damnis suis ac litibus studet. In agro periclitantur interiora, nisi colantur extrema[z]. Omne triticum in[a] solo vliginoso post tertiam sationem in genus siliginis[b] commutatur. Tria[c]
7 mala aeque[d] nocent, sterilitas, morbus, vicinus[e]. Qui terram sterilem vineis occupat, et laboribus[f] suis et sumtibus est inimicus[g]. Campi largius vinum, colles nobilius ferunt. Aquilo[h] vites sibi obiectas foecundat, Auster[i] nobilitat. Ita in arbitrio nostro[k] est, [vtrum[l]] plus habeamus, an melius. Necessitas feriis caret. Quamuis temperatis agris serendum sit, tamen si siccitas longa est, semina occata[m] tutius[n] in agris, quam in[o] horreis seruabuntur. Viae[p] malitia aeque[q] et vo-
8 luptati[r] et vtilitati aduersa est. Qui agrum[s] colit, gravem tributis[t] creditorem patitur, cui sine spe absolutionis

r. *fugienda* I. B. Br. R.
s. *vel — fuerint* addidi ex P. Lugd. Codice Barthii, et Basileensis Academ. teste Barthio, probante Gronouio Observv. II. 16. Consentit Cantabr.
t. *adiungere* Vinc.
v. *tamen* Cr.
x. *terra iubetur* P.
y. *aspergi* Cant. Lugd. Vinc. VI. 58.
z. *exteriora* Erf.
a. *in* om. Erf. Vinc. I. B. Br. R. Lugd. Cr. II. 19. Cant.
b. *suliginis*. I. B. R. Br. deinde *commutatur — sumptibus* Br.
c. *vero* add. Vinc.
d. *in his* Vinc. *tria m. sunt quae noc.* Erf.
e. *vitinus* Vinc. bis.
f. *lateribus* Lugd.
g. *iniquus* Erf.
h. *Aquilo tamen, v. s. subiectas* Cr. IV. 5.
i. *vero* add. Cr.
k. *nostro* om. P. E. Cant.
l. *vtrum* om. I. B. Br. R. Lugd. Erf. Vinc. Cr. Cant. *Ideoque in arb. de vino* Cr.
m. *locata* Ald. Iunt. St. Cresc. Lou. *iacta*.
n. *potius* Vinc. bis. In Cantabr. *citius* suprascr. *non minus* Cresc. Louan.
o. *in* om. Vinc.
p. *Viae* om. P.
q. *a quae vel.* Pol. *malitieque* Cantabr.
r. *voluptatis et vtilitatis* Cr. I. B. R. Br.
s. *agrum* om. B. R.
t. *tributi* Lugd.

nis astrictus[v] est. Qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terrae vbertatem[x] infamat. Foecundior est culta exiguitas, quam magnitudo neglecta. Nigras vites omnino repudies, nisi in 9
prouinciis, et[y] eius generis quo acinaticium[z] fieri consueuit. Longius adminiculum vitis incrementa producit. Teneram et viridem vitem ferri acie ne recidas. Omnis incisura sarmenti auertatur a gemma, ne eam stilla, quae fluere consueuit, extinguat. Pro macie vel soliditate vitium nutrienda sarmenta putator iniungat. Terra profunda (quod Graeci asserunt) oleae grandes arbores efficit, fructus minores et aquatos ac seros, magisque amurcae proximos. Aër oleas tepidus iuuat, et
ventis[a] mediocribus sine vi et horrore perflabilis. Vitis 10
quae ad iugum colitur, per aetates[b] ad hoc perducenda est, vt locis molestioribus quatuor pedibus a terra[c], placidioribus vero septem summitas eius insurgat. Hortus qui caelo clementi subiacet, et fontano humore percurritur, prope est vt[d] liber sit, et nullam serendi disciplinam requirat. Subligatio acerbis vuis facienda est, quando excutiendi aut rumpendi acini nulla formido est. Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne vnum 11
semper assiduitas conterat vinculorum. Fossorem si apertus vitis oculus viderit, caecabitur spes magna vindemiae: et[e] ideo, dum est clausus fodietur[f]. Terrae altitudinem cum foecunditate, si ad frumenta, duobus pedibus explora: quatuor vero, si ad arbusta vel vites. Vitis nouella vt facile incrementum dilecta[g] consequitur; ita interitum celerem[h], si negligatur, incurrit.

v. *obstrictus* Erf. Leid. Cantabr.
x. *vber* Erf. *et terrae vber* Vinc. bis.
y. *in quibus eius* A. Iunt. G. *et* om. Erf.
z. *acinaticum* Barth. *acinacium* Erf. et Lugd. erasa syllaba *ni*. deinde *anminiculum* Br.
a. *ventus mediocris* A. Iunt. G. deinde *ad hoc producenda* Br.
b. *aetatem* A. Iunt. G.
c. *a terra* om. F.
d. *vt* om. I. B. Br. R.
e. *et* om. Br. Erf. deinde *clausa* I. B. Br. R. Leid.
f. *fodiatur* A. Iunt. G. Erf.
g. Ita etiam Lugd. *culta* A. Iunt. G.
h. *facilem vel celerem* Erf. deinde *assumptione* Br.

12 Modum tene aestimatis facultatibus tuis in assumtione culturae, ne superatis viribus, excedente mensura, turpiter deseras, quod arroganter assumis. Semina plusquam annicula esse non debent, ne vetustate corrupta non prodeant. Frumentum collis [quidem[i]] grano robustius sed mensurae minus refundet. Omnia quae seruntur, crescente luna et diebus tepidis sunt serenda.
13 nam tepor euocat[k], frigus includit. Si tibi ager est siluis inutilibus tectus, ita eum diuide, vt loca pinguia puras reddas nouales; loca sterilia siluis tecta esse patiaris; quia[l] illa naturali vbertate respondent, haec beneficio laetantur incendii. Sed sic vrenda distingues, vt ad incensum agrum post quinquennium reuertaris: ita efficies, vt aequaliter vel sterilis gleba cum foecunditate[m] contendat.
14 Graeci iubent oliuam, cum plantatur et legitur, a mundis[n] pueris atque virginibus operandum[o]: credo recordati arbori huic esse praesulem Castitatem. Nomina frumentorum superfluum est praecipere, quae aut loco subinde aut aetate mutantur. Hoc satis est, vt eligamus praecipua in ea regione quam colimus, vel exploremus aduecta. Lupinus et vicia pabularis, si virides succidantur, et statim supra sectas eorum radices aretur, stercoris similitudine agros foecundant: quae si exaruerint[p] ante quam proscindas, in his terrae
15 succus aufertur[q]. Ager aquosus plus stercoris quaerit; siccus minus. Calidis, maritimis, siccis, apricis, campestribus locis omne opus vinearum maturius inchoetur[r]; frigidis, mediterraneis humidis, opacis, montanis

i. *quidem* om. I. B. Br. R. *fr. cum colligitur rob.* Cresc. sed vulgata est in Louan. deinceps *respondet* Cresc. III. 7.

k. *vocat* I. B. Br. R. *reuocat* E. deinde *noualles* Br.

l. *qui* Br.

m. Ita pro *foecunda* I. B. Br. R. Lugd. Erf. Vinc. bis.

n. *nudis* Br.

o. *operandam* corrigit Barth. ad Statii T. II. p. 654. deinde *recordari* I. B. Br. R. *recordate* Erf. postea *praecipue* Cresc. recte tamen Lou. abhinc *exprobemus* Cresc. *probemus* Basil.

p. *ex se aruerint* I. B. R. Br. Barth. Lugd. Vinc. deinde *proscindantur* Erf.

q. *auferetur* Erf. *ex his* Vinc.

r. *inchoatur* Erf. *incubetur* Br.

nis locis tarditas: quod non solum de mensibus aut diebus dixerim, sed etiam[s] de horis operandi. Omne opus rusticum, ut cum fieri praecipitur, neque cito est, si ante quindecim dies, neque tarde, si post quindecim fiat. Frumenta omnia maxime laetantur patenti campo et soluto, et ad solem recliui[t]. Spissa et cretosa et 16
humida terra bene far[v] et triticum nutrit. ordeum agro[x] soluto delectatur et sicco: nam si[y] in lutoso[z] spargatur[a], moritur[b]. Trimestris[c] satio locis frigidis [et[d]] niuosis conuenit, vbi qualitas aestatis humecta est; caeteris raro[e] respondet euentu. Semen trimestre locis tepidis melius respondebit, si seratur autumno: si necessitas coget[f] in[g] salsa terra aliquid operari[h], extremo autumno plantanda est vel conserenda, vt malitia eius hibernis imbribus eluatur[i]. Aliquid etiam terrae dulcis vel arenae fluuialis[k] subiiciendum est, si illi virgulta commiscimus. Seminarium mediocri terra[l] instituemus 17
debemus, vt ad meliorem, quae sata fuerint, transferantur. Lapides qui supersunt[m], hieme rigent, aestate feruescunt: idcirco satis arbustis et vitibus nocent; quae tamen latentia prosunt in terris calidis et siccis dummodo eis terra supersit[n]. Terra, quae circa arbores mouetur, ita est vicibus permutanda, vt ei quae in summo fuerat[o], ima succedat. In laetandis[p] arboribus 18

s. *etiam de* om. I. B. R. Br. Lugd. Erf. Inclusit Commel. et Gesner.
t. *reclini* Lugd. *recliuo* Erf. Vinc.
v. *farrem* Barth.
x. *agro* om. I. B. R. Br. Lugd. Erf. Vinc.
y. *si* om. A. Iunt. G.
z. *agro* addit Lugd. Erf. I. B. R.
a. *sparsum* A. Iunt. G.
b. *morietur* I. B. R. Br. Lugd. Vinc. *bis. immoritur* Erf.
c. *trimestris* Lugd.
d. *et* om. I. B. R. Br. Lugd. Erf. *limosis* Vinc.
e. *ratio* Vinc. VI. 58.
f. *coget et de salsa terra sparari aliquid, post autumnum* Lugd. *cogit* E.
g. *de* I. B. Br. R. Erf. Vinc.
h. *sperari post autumnum* I. B. R. Barth. Erf. Vinc. nisi quod Ducensis editio *sperare* habet. *sperari aliquid: post aut.* Br.
i. *elauetur* Vinc. *uberius elauetur* Gresc. sed vulgata est in Louan.
k. *flumialis* om. G. Gr. St. *fluuiatilis* Vinc.
l. *terrae* E.
m. *insuper sunt* A. Iunt. G.
n. Verba *quae tamen — supersit* addidi ex I. B. R. Br. vbi tamen legitur: *quid enim latenti — terra subsit.*
o. *fuerit* E.
p. *lataminandis* Erf.

crates faciemus, terram prius trunco admouentes, et mox laetamen; vt sic opus naturae[q] beneficii alternante cumuletur. Agri praesulem non ex dilectis, [et][r] tenere [educatis] seruulis ponas; quia fiducia[s] praeteriti amoris impunitatem culpae praesentis expectat.

VII. In eligendo agro vel emendo considerare debebis[a], ne bonum naturalis foecunditatis[b] colentium deprauauerit inertia, et in[c] degeneres surculos vber soli feracis expenderit: quod quamuis emendari possit insitione meliorum, tamen harum rerum sine culpa melior vsus est, quam cum spe corrigendi serus euentus[d]. In seminibus ergo frumentorum praesens emendatio
2 poterit[e] esse: In vineis maxime considerandum atque vitandum est, quod plerique fecerunt studendo famae tantum et latitudini pastinorum[f], semina vitium sta-
1 uentes vel sterilia vel saporis indigni: quod grandi tibi labore constabit vt corrigas, si agrum compares vitiis[g]
3 talibus occupatum. Positio ipsius agri, qui[h] eligendus est, ea sit. In frigidis prouinciis Orienti[i], aut Meridiano lateri ager esse debet oppositus, ne alicuius magni montis obiectu his duabus partibus exclusus[k] algore rigescat; aut per partem septentrionis remoto[l], aut per Occidentis in vesperam sole dilato[m]. In calidis vero prouinciis, pars potius[n] Septentrionis optanda est, quae et vtilitati et voluptati et saluti aequa bonitate respondeat.

q. *naturae beneficio* post I. B. Br. R. excepta Gesn. *beneficiis* Erf.

r. inclusa a Columel. et Gesn. omittit etiam Lugd. *et* item *educatis* om. Erf. *dilectis tenere seruulis* Cod. Barthii 38. 10.

s. *fiduciam, p. q. ad impunitatem* I. B. Br. R. Leid.

Tit. VII. a. *cauendum est* Vinc.

b. *bonitatis et foecunditatis* Vinc.

c. *indegeneres* iunctim I. B. R. *Inde generes* Lugd. Vinc.

d. *inuentus* Vinc.

e. *potest* Lugd. Erf.

f. *pastinaturum* Lugd.

g. *vitibus* Erf. sed in litura.

h. *agri eligendi ea sit* Vinc. *est, si sit in frig.* Cr. sed antiqua: *ea si sit oriendo vel meridiano. ea si sit oriente aut meridiano* Louan.

i. *orientali vel meridionali* Cresc. *et merid.* Vinc.

k. Ita ex Cresc. correxi vulgatum *exclusis*. Idem Cr. *rigeat*.

l. *sole remoto* Vinc.

m. *penitus sterilescat* addit Vincent. VI. 45.

n. *totius* Vinc. Duac.

deat. Si vicinus est fluuius, vbi statuimus fabricae [o] 4
sedem parare, eius debemus explorare naturam, quia
plerumque quod exhalat [p], inimicum est, a quo, si talis
sit, conueniet refugere conditorem. Palus tamen omni
modo [q] vitanda est, praecipue quae ab Austro [r] est vel
Occidente, et siccari consueuit aestate, propter pesti-
lentiam vel animalia inimica, quae generat.

VIII. Aedificium pro agri merito et pro fortuna
domini oportet institui: quod plerumque immodice
sumtum [a], difficilius est sustinere quam condere. Ita
igitur aestimanda [b] est eius magnitudo, vt si aliquis casus
incurrerit, ex agro, in quo est, vnius anni aut vt [c] mul-
tum, biennii pensione reparetur. Ipsius autem praeto- 2
rii situs sit loco aliquatenus [d] erectiore et sicciore quam
caetera [e], propter iniuriam fundamentorum, et vt laeto
fruatur aspectu. Fundamenta autem hoc modo ponen-
da sunt, vt latiora sint ex vtraque parte semipedis spa-
tio, quam parietis [f] [insuper struendi] corpus increscet.
Si lapis vel tofus occurrat, facilis causa est collocandi,
in quo sculpi tantum fundamenti forma debebit vnius
pedis altitudine vel duorum. [Et [g]] si solida vel con-
stricta inuenietur [h] argilla, quinta vel sexta pars altitudi-
nis eius, quae supra terram [i] futura est, fundamentis de-
putetur. Quod si terra laxior fuerit, modo [k] maioris
altitudinis obruantur, donec munda sine ruderum suspi-

 cio-

o. *fabricae* om. Pol.
p. *halat* Lugd. *exalát* Br.
q. *omnino* Erf. probante Ernesti.
r. *Austro vel et Occid.* Pol.

Tit. VIII. a. *sumptum* Br.
b. *extimanda* Br.
c. *ad* I. B. Br. R. om. E. Lugd.
d. *aliquanto* P. Lugd.
e. Vulgo additum *et* omisi cum I. B. Br. R. Lugd. deinceps *vt et* Leid.
f. *insuper struendi* om. I. B. Br. R. Barth. Erf. Vaticani Lugd. Vinc. et Cresc. *parietes ponendi sunt Si.* Pol. *spatio vel plus, vti placuerit, quam p. corpus increscat* ex tribus Codd. annotauit Georgius ap. Ponted. *excrescat* Cr. sed recte Lou. *increscat* Erf. *increscit* Vinc.
g. *et* om. Erf. Cresc. Vinc. Leid. *et constricta* Cr. *strictta* Barth. *vel* om. Leid.
h. *inueniatur* Er. *reperitur* Cresc. Lou.
i. *petram* Er.
k. *modo* om. Cresc. H. *obruatur* H.

cione[l] occurrat argilla; quae si omnino desit, quartam mersisse sufficiet[m]. Studendum praeterea vt hortis et
3 pomariis cingi possit aut pratis. Sed totus fabricae tractus vnius lateris longitudine, in quo frons erit, meridianam partem respiciat; in primo angulo excipiens ortum solis hiberni, et paululum ab occidente auertatur hiemali. Ita prouenient, vt per hiemem sole illustretur, et calores eius aestate[n] non sentiat[o].

IX. Forma tamen debet esse eiusmodi, vt ad habitationem breuiter collectas et aestati et hiemi praebeat mansiones. Quae hiemi parantur ita sint constitutae, vt possit eas hiberni solis totus propemodum cursus hi-
5 larare. In his pauimenta opportuna esse debebunt. Primum in fabricis planis earum obseruandum est, vt aequalis et solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremorem[a] fabricae titubantis excutiat. Deinde vt axes[b] quernae cum aesculeis non misceantur. nam querous humore concepto cum coeperit[c] siccari. torquebitur[d], et rimas in pauimento faciet: aesculus autem sine vitio
3 durat. Sed si querceu suppetente aesculus desit, subtiliter quercus secetur[e], et transuersus atque directus duplex ponatur ordo tabularum, clauis frequentibus fixus. De cerro[f] aut fago aut farno[g] diutissime tabulata durabunt, si stratis super[h] paleis vel filice humor calcis nus-
4 quam ad tabulati corpus accedat. Tunc super statuminabis[i] rudus, id est saxa[k] contusa duabus partibus et vna calcis temperante constitues. Hoc cum ad sex digito-

l. *suffocatione* Br.
m. *sufficiat* Cr.
n. *nocte* P.
o. *sentiet* Lugd.

Tit. IX. a. *tremor* Erf. Vinc. et reliquae Edd. *ante* Ald.
b. *asseres* I. B. Br. R. *asseres querneae* Palat. Codices.
c. *se coep. siccare ante* Vict. Leid. Erf. *cum si* Br.
d. *torquetur* I. B. R. Erf. Vinc. Br.
e. *siccetur* ante V. Erf. Leid.
f. *acerno* I. B. R. Br. *acerro* Vinc.
g. *fraxino* I. B. R. Vinc. Cuba.
h. *desuper* Vinc. Deinde *accedit* Leid.
i. *super tessacium minabis rudus* ex MS. Sylb. in Ind. *ruder* E. *ruderes* Vinc.
k. *saxi contusi duas partes et cum vna ca. temperatae* A. Iunt. G.

gitorum crassitudinem feceris, et regula exploraueris aequale, si loca hiemalia sunt, tale pauimentum debebis imponere, in quo vel nudis pedibus stantes ministri hieme non rigescant. Inducto itaque rudere vel testaceo pauimento, congestos et calcatos spisse carbones cum sabulone et fauilla et calce permiscebis, et huius impensae crassitudinem sex vncias [l] iubebis imponi: quod exaequatum nigra pauimenta formabit; et siqua fundentur ex poculis, velociter rapta desuget [m]. Sed 5
si aestiuae mansiones sunt, Orientem solstitialem et partem Septentrionis aspiciant, et vel testaceum, sicut supra diximus, accipiant pauimentum, vel marmora vel tesseras aut scutulas, quibus aequale reddatur angulis lateribusque [n] coniunctis. Si haec deerunt, supra marmor tusum cernatur [o], aut arena cum calce inducta levigetur.

X. Praeterea scire est necessarium construenti, quae calcis et arenae natura sit vtilis. Arenae ergo fossiciae [a] genera sunt tria, nigra, cana, rufa: omnium [b] praecipue rufa melior: meriti sequentis est cana: tertium locum nigra possidet. Ex iis quae compressa [c] manu edit stridores, erit vtilis fabricanti. Item si panno vel linteo candidae vestis insperſa [d] et excussa nihil maculae reliquerit [e] aut sordis, egregia est. Sed si fossilis arena 2
non fuerit, de fluminibus [aut] [f] glarea, aut littore colligetur. Marina arena tardius siccatur, et ideo non continue sed intermissis temporibus construenda est, ne opus onerata [g] corrumpat: camerarum quoque tectoria salso humore dissoluit. Nam fossiles arenae tecto-

 riis

l. *semipedis* Vinc.
m. Sic Lugd. *desugent* reliqui a. G.
n. *lateribus* E.
o. *sternatur* I. B. Br. R.
Tit. X. a. *foss.* omittit E.
b. *omnes* P. *omnibus* Lugd. E.
c. *ex his — comprehensa* I. B. Br. R. Lugd. Er. Vinc. Cresc. *apprehensa* Cr. Louan.
d. *impressa* Lugd. Er. *et excussa* om. Leid.
e. *relinquet* Lugd. *relinquit* Vinc. Cresc. *candido* Cresc. et *fossilis*, sed recte Lou.
f. *aut* om. I. B. Br. R. *colligatur* Erf. Cresc.
g. Vinc. *oneret et onerata* omisit Cr. habet Lou.

riis[h] et camoris celeri[i] siccitate vtiles sunt, meliores-que, si statim, cum effossae sunt, calci[k] misceantur. nam diutino sole aut pruina aut imbre vanescunt. Flu-
3 viales tectoriis magis poterunt conuenire. Sed si vti[l] necesse sit maris arena, erit commodum[m] prius eam lacuna humoris dulcis immergi, vt vitium salis aquis suauibus elota[n] deponat. Calcem quoque [ex][o] albo[p] saxo duro vel Tiburtino aut columbino fluuiatile[q] coquemus, aut rubro aut spongia aut marmore[r] postremo. quae erit ex spisso et duro saxo, structuris convenit: ex fistuloso vero aut molliori lapide tectoriis adhibetur vtilius. In duabus arenae partibus calcis vna miscenda[s] est. In fluuiali vero[t] arena si tertiam partem testae cretae[v] addideris, operum soliditas mira praestabitur[x].

XI. Quod si latericios[a] parietes in praetorio[b] facere volueris, illud seruare debebis, vt perfectis parietibus, in summitate, quae trabibus subiacebit, structura testacea cum coronis prominentibus fiat sesquipedali[c] altitudine, vt si corruptae tegulae aut imbrices fuerint, parietem

h. Ita pro *cementitiis parietibus* I. B. Br. R. Lugd. Leid. Erf. Barth. Vinc. Cresc. *arenae* om. Vinc. Cr. *cem. pariet.* substituit Ald. ex Vitruuio, qui *structuras* vna nominat.

i. *ex celeri* Vinc Cresc. *et celeri siccitati* Lugd. et Cresc. Lou. idem deinceps *meliores* habet.

k. *calci* omitt. I. B. Br. R. E. Vinc. Cresc. Leid. *fuerint* etiam Cresc.

l. *sed si necesse* Cresc. Bas. *sed si non necesse* antiqua mea et princeps. recte Louan.

m. *commoda si prius lacuna — immergatur* Cr. Basil. sed antiqua mea: *commoda prius — immergi* habet vera est in Louaniensi.

n. *eluta* Erf. Vinc. Leid. *elata* Cr. *eluta* Louan. eadem antea dulcibus.

o. *ex* om. Lugd. Fr. Vinc. Cr.

p. *albam* Erf. *albeo* omisso *duro* Cresc. *duro* addit Louan.

q. *arenae* inserit P. *coquamus* Cr. Lou.

r. *postremo marmore. quae* I. B. Br R. *marmore quod* Lugd. Erf. *postremum* Vinc.

s. *mittenda* P.

t. *vero* om. Erf. *quoque* Cr.

v. *coctae* I. B. R. Br. *tectae cretae* Er. *tertia parte* Cr.

x. *parabitur* Erf.

Tit. XI. a. *sic* Lugd. *laterit* al.

b. *praetoriis* P. deinde *istud* Br. et *testacia*.

c. *quae pedali sit alt.* P.

tem non possint[d] stillicidia[e] penetrare per pluuiam. Deinde prouidendum est, vt siccis et asperatis parietibus lateritiis inducatur tectorium[f]; quod humidis ac leuibus adhaerere non poterit, et ideo tertio eos prius debebis obducere, vt tectorium sine corruptione suscipiant.

XII. In primis studendum est in agresti fabrica, vt multa luce clarescat: deinde vt partes temporibus diuisas, sicut supra dixi, congruis partibus[a] offeramus, id est aestiuas septentrioni, hibernas meridiano, vernas et autumnales orienti. Mensura vero haec seruanda est in triclinijs atque cubiculis, vt quanta latitudo et[b] longitudo fuerit, in vnum computetur, et eius medietas in altitudinem conferatur.

XIII. Cameras in agrestibus aedificiis ex ea materia vtilius erit formare quae facile inuenietur. In villa[a] itaque aut tabulis[b] faciemus aut cannis hoc genere: Asseres ligni Gallici vel cupressi directos et aequales constituemus in eo loco, vbi camera facienda est, ita ordinatos, vt inter se sesquipedalis mensura sit vacua. Tunc eos catenis ligneis ex iunipero aut oliua aut buxo aut cupresso factis ad contignationem[c] suspendemus, et binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alligatas. Postea palustrem cannam vel hanc crassiorem, quae in vsu est, contusam, facta et strictim iuncta crate subnectemus[d], et per omne spatium cum ipsis asseribus et perticis alligabimus[e]. Dehinc primo impensa pumicea[f] indue-

d. *possit* P.
e. *stillicidia* om. E. I. B. Br. R. Vinc. Codex Commelini et Scriverii. *pluuia penet.* *Deinde* P. *parietes non possint stillicidio penetrari* Barth. 38. 10. *par. non p. pen. perpluuia* Lugd.
f. *onus tectorum* E. f. *opus.*
Tit. XII. a. *coeli regionibus* Iunt. G.
b. *vel* Vinc. Br.

Tit. XIII. a. Ita pro *quae f. inuenietur in villa* Br. Erf.
b. *tabulas — cannas* Erf.
c. *tignationem* Erf. *suspendimus* Leid.
d. *subnectimus* a. V. et Erf.
e. *alligamus* A. Iunt. G. Erf. Leid.
f. *pumica* I. B. Br. R. E.

induemus [g], et trulla aequabimus, vt inter se camarum membra constringat. Post arena et calce coaequabimus. Tertio tusi marmoris puluerem mistum [h] cum calce ducemus, et poliemus ad summum nitorem.

XIV. Opus quoque albarium saepe delectat, cui calcem debebimus [a] adhibere, cum multo tempore fuerit macerata [b]. ergo vt [c] vtilem [d] probes [e], ascia calcem quasi lignum dolabis. Si nusquam acies eius offenderit, et si [f] quod asciae adhaeret, fuerit molle atque viscosum: constat albariis operibus conuenire.

XV. Parietum vero tectura sic fiet fortis et nitida. Primo [a] trullis frequentetur inductio. cum siccari coeperit, iterum inducatur ac tertio. post haec tria coria ex marmoreo [b] grano cooperiatur ad trullam. quae inductio ante tam diu subigenda [c] est, vt rutrum, quo calx subigitur, mundum leuemus. Haec quoque marmoris grani inductio cum siccari inceperit [d], aliud corium subtilius oportet imponi: sic et soliditatem custodiet et nitorem.

XVI. Vitandum est autem, quod plerique fecerunt aquae causa, villas [in [a]] infimis vallibus mergere, et paucorum dierum voluptatem praeferre habitatorum saluti: quod etiam [b] magis metuemus [c], si prouincia quam colimus, de morbis aestate suspecta est. Cui [d] si fons desit aut puteus, cisternas construere conueniet [e], quis-

g. *inducemus* Leid. postea *trula* Br.
h. *cum mixtum calce* Br.

Tit. XIV. a. *debemus* E.
b. *maceratum* Vinc.
c. *vt* om. P.
d. *vtile* Vinc.
e. *calcem probans, quasi* Pol.
f. *si* om. P. Lugd. Erf. Vincent. includit cum Commel. Geiner. postea *nitidissim* Br.

Tit. XV. a. Ita pro *Prima* P. B. Br. R. deinde *et tertio* Br.
b. *marmore* Lugd.
c. *ambigenda* Erf.
d. *incepiris* ex I. B. Br. R. dedi pro *incipiet* A. Iunt. G. *cooperit*.

Tit. XVI. a. *in* om. Lugd. E.
b. *etiam* om. Lugd. P E.
c. *metuimus* E. *metuemus* P.
d. *cum* Lugd. E.
e. *exstruere conueniat* Vinc. sed idem alibi *construere. conueniat* etiam Leid.

quibus omnium conduci possit aqua tectorum [f]. Fiunt autem hoc modo.

XVII. Signinis [a] magnitudo ea, qua delectaris et cui sufficis, construatur longior magis quam latior. Huius solum alto rudere solidatum relicto fuforiis [b] loco testacei pauimenti [c] superfusione leuigetur. Hoc pauimentum omni cura terendum [d] est ad nitorem [e], et lardo pingui decocto assidue perfricandum. Quod vbi [f] 2 deducto humore siccatum est, ne rimis in aliqua parte findatur, etiam parietes simili corio [g] velentur obducti, et ita post diuturnam et solidam siccitatem, aquae praebeatur hospitium. Anguillas sane piscesque fluuiales mitti [h] in his pascique conueniet, vt horum [i] natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur. Sed si aliquando in quocunque loco pauimenti vel parietis tectura [k] succumbat [l], hoc genus malthae adhibebimus, vt humor in exitum nitens possit includi. Rimas et lacunas cister- 3 narum,

f. *aquarum corriuatio* Vinc. sed alibi recte. *ad quam omnium* Cresc. Bas. sed antiqua mea habet *cui omnium.*

Tit. XVII. a. Vinc. Sp. Doctr. VI. 20. *Magnitudo ea cui delectaris cisterna — in imis solum alto.* In Sp. nat. *Sic igitur parietibus cisterna longior quam latior construatur, cuius solum* etc. Pol. et Cr. Louan. *cisternae magnitudo qua delectaris et cui sufficis.* Cresc. Basil. *cisterna fiat magnitudine qua dominus delectatur et quae sufficit testaceum pauimentum superfusione leuigetur.* vbi antiqua mea Louan. et princeps habet *qua delectatur et (cui* addit Louan.) *sufficit, tectorum de testaceum.* Vulgo erat *cui delectaris et sufficis.*

b. *furariis* Palatinus a Schoettg. laudatus, *fossoriis* Erf. et Vinc. sed idem in Sp Doctr. recte *fuforiis*, cum I. B. R. Lugd. Barth. *fuforis* Br. I. I. G. Commel.

c. *testaceum pauimentum* Cresc. editt. tres. Recte Lou.

d. *cedendum* I. I. G. *tenendum est at nitro in lardo* Vinc Sp. nat. sed recte in Doctr. *tenendum* etiam Cresc. Lou.

e. Ita I. I. G. Erf. et Cresc. Vulgo *nitores.* Deinceps *cocto* Vinc.

f. *ne deducto humore rimis in aliqua parte fundatur et ita post diuturnam (et sollicitam* addit antiqua mea) *siccitatem* etc. Cresc. Bas. sed Louan. recte *rimis — solidam decocto humore* Vinc.

g. *cura* P. *modo* Erf. *subcorio* Vinc.

h. *nutriri* Vinc. sed alibi *mitti*, Cresc. Basil *in hanc mitti — conuenit*, vbi princ. Lou. antiqua mea *has.*

i. *vbi eorum — mittetur* Cresc. *harum* Louan.

k. *tectum* I. B. R. Br.

l. *succumbit* E. *succubat* Barth.

narum, et[m] piscinas, vel puteos sarciemus hoc genere[n], et si humor per saxa manabit. picis liquidae quantum volueris, et tantundem fumes vnguinis, quod vocamus axungiam, vel seuum[o]. Tunc in olla vtrumque miscebis et coques donec spumet; deinde ab igne remouebis. Cum fuerit eadem refrigerata permistio[p], calcem minutim[q] superadiicies, et ad vnum corpus omnia mista
4 reuocabis. Cumque velut strigmentum[r] feceris, inseres locis corruptis ac manantibus, et pressum summa densitate calcabis. Salutare erit aquas illuc per tubos[s] fictiles duci, et opertis immeare cisternis. nam caelestis aqua ad bibendum omnibus antefertur, vt et si fluens adhiberi possit, quae salubris non est, lauacris debeat et hortorum vacare culturae.

XVIII. Cellam vinariam Septentrioni debemus habere oppositam frigidam, obscuram[a], vel obscurae proximam[b], longe a balneis[c], stabulis, furno, sterquiliniis[d], cisternis, aquis, et caeteris odoris horrendi[e]: ita instructam necessariis, vt non vincatur[f] a fructu; sic autem dispositam, vt basilicae ipsius forma calcatorium loco habeat altiore[g] constructum; ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sint, gradibus tribus fere aut quatuor ascendatur. Ex his lacubus canales structi, vel tubi[h] fictiles circa extremos parietes currant, et subiectis lateri suo doliis per vici-

m. *et* omitt. I. B. R. Br. Lugd. Er. Cresc. Deinceps *et puteos* I. B. R. Br.

n. *hoc modo, picis siquidem liquidae* Cr.

o. *axungiae vel seui* Cr. *fumus — sepi* Louan.

p. *Cum autem f. refr. commixtio* Cresc. *promixtio* I. B. R. *permixto* Leid.

q. *minutatim* Cr. deinceps *illa* pro *omnia* Cresc. Louan.

r. *stricmentum* Lugd. *stigmentum* Cr.

s. *turbas* Lugd. Voluit *tubas*.

Tit. XVIII. a. *obscuram* ex Cr. addidi.

b. *vel obscure positam* Erf. *obscuro* alibi Vinc.

c. *ab alueis* Cresc. et Vinc. Altero in loco recte Cresc. Louan.

d. *sterculinis* Lugd.

e. *odoribus horrendis* Cresc. *odoris horrendi* Louan.

f. *vitietur* Vinc. sed alibi *timeatur*.

g. *altiore* om. Lugd.

h. *tubos* Lugd. *fructilis inibi alias flucticulis fictiles circa* Vinc. sed alibi: *vel cubi fictiles*.

vicinos meatus manantia vina defundant. Si copia 2
maior est, medium spatium[i] cupis deputabitur, quas, ne ambulacra[k] prohibeant, basellis[l] altioribus impositas, vel supra obruta[m] dolia possumus collocare spatio inter se largiore[n] distantes, vt, si res exigat, curantis[o] transitus possit admitti. Quod si cupis locum suum deputabimus[p], is[q] locus ad calcatorii similitudinem podiis breuibus et testaceo pauimento solidetur, vt etiam si ignorata[r] se cupa diffuderit[s], lacu subdito excipiantur non[t] peritura vina quae fluxerint.

XIX. Situs[a] horreorum quamuis ipsam Septentrionis[b] desideret partem, et superior et longe ab omni humore[c] et laetamine et stabulis ponendus est, frigidus, ventosus et siccus: cui prouidendum[d] structurae diligentia, ne rimis possit abrumpi[e]. Solum igitur[f] omne bipedis sternatur vel minoribus laterculis, quos suffuso[g] testaceo pauimento debemus imprimere. Tunc diui- 2
sas cellas (si magnus sperabitur seminum[h] modus) grano cuique tribuemus. Et[i] si terrae pauperies[k] minora promittit, vel craticiis[l] podiis erunt discernenda granaria, vel vimineis vasculis[m] reditus tenues colligemus.

i. *med. spat.* om. Erf.
k. *ambulatra* Vinc. sed alibi *ambulantia vina*.
l. *vasellis* I. B. R. Br. *asellis* Barth. Lugd. Vinc. bis. *duas sellis* Erf.
m. *obruta* om. I. B. R. Br. Vinc. bis. Leid. inclusit Commel.
n. Ita pro *longiore* I. I. G. Lugd. Erf. Vinc. bis.
o. *currentis* I. B. R. Br. E. Vinc. bis.
p. *deputauimus* Erf. Leid.
q. *his locus* Erf. *is* om. Leid.
r. *ignoranti* Barthii liber.
s. *diffiderit* malebat Gesner.
t. *non* inclusit cum Commel. Gesner.
Tit. XIX. a. Ita pro *Sicus* dedi ex Vinc. et Cresc.
b. *sept.* om. I. B. R. Br. Lugd. E. Vinc. inclusit Commel. et Gesn..
c. *odore* P. *olere* Cresc. editiones quatuor. Idem omittit praecedens *et*. sed habes Louan.
d. *est* addit Erf.
e. *obrumpi* Lugd.
f. *ergo* I. B. R. Br. *omne* om. Lugd.
g. *suffosso* I. B. R. Br. E. *suffoso* Barth.
h. *seminis* E.
i. *Et* om. Lugd. et Vinc. bis.
k. *pauperes promittunt* Lugd. Erf. *pauperes permittunt* Vinc. bis.
l. *craciis* E. *Cratis podiis* Vinc. sed alibi *crateis podiis*.
m. *vasculis continue redactis tenue* Barth. *vasculis in quae redactus tenues* Lugd. E. *redditus* Br.

mus[p]. 2 Sed factis[o] granariis, amurca lutor[p] misto parietes linuntur[q]; cui arida[r] oleastri vel oliuae folia pro paleis adiiciuntur[s]: quo tectorio siccato, rursus amurca respergitur: quae vbi siccata fuerit[t], frumenta condentur. haec res gurgulionibus[v] et caeteris noxiis animalibus inimica est. Aliqui cotiandri folia frumentis miscent ad seruandum profutura[x]. Nihil tamen diu custodiendis frumentis commodius erit, quam si ex areis[y] in alterum locum vicinum transfusa refrigerentur aliquantis[z] diebus, atque ita horreis inferantur. 3 Negat Columella ventilanda esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis aceruis: quae si non moueantur, in summitate intra mensuram palmi subsistent[a], et hoc velut corrupto corio caetera illaesa durabunt. asserit[b] idem, noxia animalia vltra[c] praedictam mensuram non posse generari. Herba conyza sicca (vt Graeci asserunt) substrata frumentis, addit aetati[d]. ab horreis tamen auster debet esse auersus[e].

XX. Olearis cella meridianis sit obiecta partibus, et contra frigus munita[a], vt illi per specularia debeat lumen admitti. Ita et operas, quae hieme futurae sunt, nullus algor impediet: et oleum cum premetur[b], adiutum[c] teporibus, frigore[d] non valebit astringi. Trapetis, et rotulis et praelo nata[e] est forma, quam consue-

n. *congerentur* E. Vinc. bis. Leid.
o. *fractis* Vinc. *frigidis* Cr. Lou.
p. *luto* om. E.
q. *linentur* E. *liniuntur* Vinc. Leid. *linientur* Cr.
r. Ita pro *aridi* habet Vinc. bis. Vide Columellam I, 6. 10.
s. *adiiciantur* Vinc.
t. *vt sicc. fuerint* Cr. deinceps *congregentur* Cresc. Louan.
v. *ac mutilibus* addit Cr.
x. *prof.* om. Vinc. *profuturo* Cr. Lou.
y. *horreis* Cr.
z. *aliquot* Cr. Basil. antea *transuersa* Cresc. Lou.
a *subsident* Cr.
b *asseruit* I. B. R. Br. deinde *conita — frumentis* Br.
c. *intra* Vinc. altero in loco.
d. *aetatem* Erf.
e. *aduersus* I. B. Br. R. Cresc. Verba *ab horreis — auersus* omisit Cresc. Louan.

Tit. XX. a. *obnunita* P.
b. *premitur* F. *comprimetur* Leid.
c. *vsum* Lugd. *eius* inf. I. B. R.
d. *vincto temporibus frigore* E. voluit *victo teporibus*.
e. *nata* Lugd. E. *est eius forma* Br. deinde *dictabit*.

secundo dictauit. Receptacula olei semper munda sint, a ne nouos [f] sapores infecta veteri rancore corrumpant. At [g] si quis maiori diligentiae studet, subiectis hinc inde cuniculis pauimenta suspendat, et ignem suggerat [h] fornace succensa. Ita purus calor olei cellam sine fumi nidore vaporabit, quo saepe infectum [i], colore corrumpitur et sapore.

XXI. Stabula equorum vel [a] boum, meridianas quidem plagas [b] respiciant, non tamen egeant a septentrione [c] luminibus, quae per hiemem clausa nihil noceant, per aestatem patefacta refrigerent. Ipsa stabula propter vngulas animalium, ab omni humore suspensa sint. Boues nitidiores fient, si focum proxime habeant, et a ignis [d] lumen intendant. Octo pedes ad spatium standi singulis boum [e] paribus abundant, et in porrectione xv. Plancae [f] roboreae supponantur stationibus equorum cum [g] stramine vt iacentibus molle sit, stantibus durum.

XXII. Cors ad meridiem pateat, et obiecta sit soli, quo [a] facilius hieme aliquem teporem concipiat, propter ea quae insunt animalia, quibus [b] etiam ad aestatis temperandum calorem porticus furcis, asseribus, et fronde fornari [c] debent [d], quae vel scandulis [e], vel (si copia

f. *nouo sapore* I. B. R. Br.
g. *corrumpantur ac* Br. *Ac si quis* Vinc. bis.
h. *subiiciat* E.
i. *quod saepe calore infectum* Vinc. sed alibi *quod saepe infectum colorem.*

Tit. XXI. a. *et* Lugd. E.
b. *partes* I. B. R. Lugd. Vinc. *respiciant partes* Br. Leid.
c. Ita pro *egeant septentriones* I. B. Br. R. Lugd. E. Vinc. et Codex Zinzerl. ad Valer. Flacc. IV. 28.
d. *ignis* om. E. P. Lugd. Vinc. *ignem int.* I. B. Br. R.
e. *boum* deest P.

f. *plantae* I. B. Br. R. V. bis.
g. *cum stramine* om. E. Lugd. I. B. Br. R. V. bis.

Tit. XXII. a. *quia facilius propter* etc. I. B. R. *quia facilius erit propterea* Vinc. Brusch. et Leid. *quo — concipiat* om. Barth. et Lugd. et E.
b. *bis vero, quae insunt, animalibus ad aest. temp.* etc. Erf. *quibus etiam* om. I. B. Br. R. Barth. Lugd. *quibus* om. Vinc.
c. *formetur* P.
d. *debent* P. I. B. Br. R. Leid.
e. *scindulis* MSS. Pal. Barth. Lugd. E. Vinc.

copia ſuppetit) tegulis, vel (ſi facilius et ſine impenſa placuerit) tegentur caricibus aut geniſtis.

XXIII. Circa parietes cortis extremos auiaria faciendа ſunt, quia ſtercus auium maxime neceſſarium eſt agriculturae, excepto anſerum laetamine, quod ſatis omnibus inimicum eſt. Sed habitacula caeterarum auium maxime neceſſaria ſunt [a].

XXIV. Columbarium [a] vero poteſt accipere ſublimis vna turricula in praetorio conſtituta, leuigatis ac dealbatis parietibus, in quibus a quatuor partibus [b], ſicut mos eſt, feneſtellae [c] breuiſſimae fient [d], vt columbas
2 ſolas ad introitum exitumque permittant. Nidi figurentur interius [e]. A muſtelis tutae fient [f], ſi inter eas frutex virgoſus ſine foliis aſper, vel vetus ſpartea proiiciatur, qua animalia calceantur, vt eam ſecreto non videntibus aliis, vnus attulerit. Non [h] pereunt, neque locum deſerunt, ſi per omnes feneſtras aliquid de ſtrangulati hominis loro [i], aut vinculo, ant fune ſuſpendas. Inducunt alias, ſi cumino paſcantur aſſidue [k], vel ſetoſi

Tit. XXIII. a. in MS. Erf. add. *id eſt, quo facilius hieme calorem faciat, frigus repellat.*

Tit. XXIV. a. *Columb. accipiat* Pol.

b. i. q. a. q. partibus om. E.

c. *feneſtrellae* a. V. Erf. *feneſtrellae ſeu foramina vt columbis ſolummodo ad — ſufficiant.* Erf. et Lugd. poſt *feneſt.* inſerunt *ſicut mos eſt.*

d. *fiant* Vinc. bis et Creſc. *excepta* Baſil.

e. *Nidi formantur interius* Creſc.

f. *fiunt* Vinc.

g. *frutex* I. I- G. *frut (ex virg.* ſ. f. aſ. vel) Commel. Sed *frutex — vel* omitt. I. B. Br. R. Barth. Lugd. Pol. Erf. Vincentius ex h. l. *ſpartia* habet reliquis omiſſis Spec. natur. XVII. 55. ſed in Sp. Doctr. *ſparta* omiſſis reliquis vſque ad verba *non pereunt neque locum.* Eadem omitt. Creſcentius IX. 90. qui ait: *Palladius praeterea dicitur oportere rutae ramulos pluribus locis ſuſpendere contra animalia inimica.* Ita et Louan. Editio; ſed antiqua mea habet: *dicit quod muſtelis tutae fiunt, ſi inter eas fetus proiiciatur ſpartea qua alias calciantur. Item dicit oportere rutae* etc. *ſparthea — calciantur* Br.

h. *non — ſuſpendas* omitt. Pol. *non pereunt neque locum deſerunt* Erf. Ita etiam Lugd. vulgo erat: *Et neque.*

i. *loro* om. Erf.

k. *aſſiduo, vel ſi birci* Erf. *aſſiduo* etiam Leid. *cimino — aſſiduo* Vinc. bis. *cymino paſcuntur* Creſc IX. 91.

tosi[l] hirci alarum balsami liquore tangantur. Foetus 2
frequentant, si ordeum torrefactum, vel fabam, vel eruum[m] saepe consumant. Triginta autem columbis volantibus diurni tres sextarii tritici sufficient[n], aut creturae, ita vt eruum[o] foetus gratia mensibus praebeamus hibernis. Rutae ramulos pluribus[p] locis oportet contra animalia inimica suspendere.

XXV. Sed columbarii cellae[a] duo subiecta cubicula fiant. Vnum breue, et prope obscurum, quo turtures claudi possint, quos nutrire facillimum est. nam nihil expetunt, nisi vt aestate, qua sola maxime[b] pinguescunt, triticum vel milium mulsa maceratum semper accipiant. semodius vnus[c] diurnus centum viginti turturibus sufficit. Aqua sane eis frequenter mundior debet offerri.

XXVI. Aliud vero cubiculum turdos nutriat. qui si alieno[a] tempore saginentur, et voluptatem cibi[b], et reditum maximum praestant, parcitati beneficium ministrante luxuria. Sit[c] autem locus mundus[d] et lucidus, et vndique leuigatus. transuersae in hoc perticae figuntur, quibus possint post inclusum volatum sedere. rami etiam virides saepe mutentur. Caricae tunsae 2
mistis pollinibus largissime[e] praebeantur. Myrti etiam, si facultas est, lentisci, oleastri, ederae, arbuti semina

 inter-

l. *vel si hirci* Erf. pro vulgato *vel setosi hirci*. vbi *setosi* om. I. B. R. Br. Polit. Lugd. *Irti* ex Crese. Louan. laudat Gesner. In vtraque mea est: *vel si irici alarum*. Vincentius omisso *setosi* laudat *hirti* ex h. l. bis. Louan. Cresc. *si irti*. Idem antea *pascantur*. reliquae Edd. *pascuntur*.

m. *erobum* Cresc. *heruum* Vinc. Vulgo erat *herbum*.

n. *sufficiunt* Polit. Deinde *creaturae prouidebimus* Vinc. inepte!

o. Vulgo erat *herbum*.

p. *plurimis* Lugd. Vinc.

Tit. XXV. a. *columbariae cellae* E. *columbari* Br.

b. *maxime* om. E. *sola* om. Cr. IX. 89.

c. *Sed modius vnus* omisso *diurnus* Erf. Etiam Vinc. habet. *Sed modius*.

T. XXVI. a. *alendo sagin.* Vinc. XVI. 192.

b. *tibi* I. B. R. Br. *cibum et remedium m.* Erf. *redditum* Br.

c. *Fit* I. B. R. Br. Lugd.

d. *mundus et nitidus lucidus* Erf.

e. *largitissime* Lugd.

interdum ad excludenda fastidia, et maxime aqua munda, praebeatur[f]. Claudantur[g] illaesi et recenter[h] capti, mistis aliquibus ante nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pauidam nouae captiuitatis moestitudinem consolentur[i].

XXVII. Gallinas educare nulla mulier nescit, quae[a] modo videatur[b] industria. Hoc[c] de his praecepisse sufficiat, vt fimo[d], puluere vtantur, et cinere. Sint praecipue nigrae aut flaui coloris, [sed[e]] albae vitentur. Vinaceae cibo sterilescunt: ordeo semicocto et parere saepe coguntur[f], et reddunt oua maiora; duobus cyathis[g] ordei bene pascitur vna gallina, quae[h] sit vaga. Supponenda sunt his semper oua numero impari[i], luna crescente, a decima vsque in quintamdecimam. Pituita his nasci solet, quae alba pellicula linguam vestit[k] extremam. haec leuiter[l] vnguibus vellitur, et locus cinere tangitur, et allio[m] trito plaga mundata[n] conspergitur[o]. Item[p] allii mica[q] trita cum oleo faucibus inseritur[r]: staphis agria etiam prodest, si cibis misceatur assidue. Si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa[s] procedunt. quae nisi acu leuiter[t] aper-

f. *tributur* Lugd. Erf. Vinc. bis.
g. *claudantur* om. Lugd.
h. *recens* Erf.
i. *consol.* om. Lugd.

Tit. XXVII. a. *quae — industria* om. I. B. Br. R. *nulla mulieris nescit industria.* Vinc. reliquis omissis.
b. *videtur* Lugd. P.
c. *hoc modo* E.
d. *fimo et* I. B. Br. R. *fumo* I. I-G. *fimo* Vinc. et alibi *fumo* habet.
e. *sed* omitt. Lugd. Erf. Vinc. *vinaciae* Cresc. Lou.
f. *saepe noscuntur* retulit inter variet. Gesner. nescio vnde. *et hordeo f. parere* f. cog. Cresc.
g. *quatis* Lugd. Sic et I. 28. 2.
h. *quae sit vaga* def. I. B. Br. R. *quae circuit* P. Lugd. Barth. E.
i. *imparia* I. B. Br. R. mox ad XV. E.
k. *vertit* Lugd.
l. *leniter* Cr. Lou. eadem *vngulis* habet, postea *alleo.*
m. *oleo* Cr. antiq. meus. Voluit *alio.*
n. *lingua mundata* E.
o. *aspergitur* Cr.
p. *item vt allii* E. *allei spica* Cr. *allei mica* Louan.
q. *infertur* P. Cr. *insteretur* E. Vinc.
r. *suis* Cr. deinde *etiam agria* Br.
s. *ipsa* om. Vinc. bis.
t. *leniter* Cr. Lou.

apertis pelliculis auferantur, extinguunt[v]. Oculos por- 3
tulacae succo[x] forinsecus, et mulieris lacte curemus[y], vel Ammoniaco[z] sale, cui mel et cyminum aequale[a] miscentur. Pediculos[b] earum perimit staphis agria, et[c] torrefactum cyminum pari[d] pondere et pariter tunsa[e] cum vino, et amari lupini aqua si penetret[f] secreta pennarum.

XXVIII. Pauones nutrire facillimum est, nisi[a] fures aut animalia inimica formides; qui plerumque[b] per agros vagantes[c] sponte se pascunt, pullosque educant[d], et[e] altissimas vespere arbores petunt. Vna [vero[f]] his cura debetur, vt incubantes per agrum[g] foeminas, quae hoc passim faciunt, a vulpe custodias. ideo[h] in insulis breuibus meliori[i] sorte nutriuntur. Vni masculo foeminae quinque sufficiunt. Masculi oua et pullos suos 2
persequuntur[k] velut alienigenas, priusquam illis cristatum nascatur[l] insigne. Ab Idib. Februariis calere incipiunt. Faba leuiter torrefacta in libidinem prouocantur[m], si eis quinto quoque die tepida praebeatur. sex[n] cyathi vni sufficiunt. Cupidinem[o] coëundi masculus

 con-

v. *extinguunt* Br. *oculos extinguunt. Portulacae* Cresc. editt. tres. Vinc. bis.
x. *succur* Cr. *suco* Louan.
y. *curari eas affirmant* Cr.
z. *armoniaco* Cr.
a. *aequaliter miscentur* P. Cresc. edd. tres. *miscentur* Vinc.
b. *Pediculis etiam plurimum molestantur, et praecipue cum incubant, quos per.* Cr. *perimit* om. E.
c. *et — pondere* om. P. Cr. edd. tres.
d. *paria et par.* I. B. R. Br. Vinc. bis.
e. *infusa* Cr. *concussa* Louan.
f. *penetrat* Cr.

Tit. XXVIII. a. *nisi eis* I. B. R. *eius* Br. Cr. Louan. Vinc. Alibi *fures ibis.* Verum in Cr. Louan. principe et antiqua mea *fures* in Basil. *furens* in nulla additum *eis* reperi equidem.
b. *plurimum* I. B. R.
c. *vagati* Erf. Vinc. bis. *vagantur* Cr. *vagati* Louan. *plurimum sponte* Br.
d. *educunt* a. V. Erf. Cr. recte, tamen Louan. Vinc. Leid.
e. *et* om. I. B. R. Br. Lugd. Erf. Vinc. Cr. deinceps *appetunt* Cresc. Louan.
f. *vero* om. I. B. R. Lugd. E. Vinc. Cr.
g. *agros* Vinc. deinceps *haec faciunt* Cresc. Lou.
h. *ideoque* Cr.
i. *melius* Cr. edd. tres.
k. *consequuntur* E.
l. *nascantur insignia* Cr.
m. *incitantur ad libid.* Cr.
n. *sex — suff.* om. Vinc. bis et Cr.

confitetur; quoties circa se amictum caudae gemmantis incuruat, et singularum capita oculata[p] pennarum locis
3 suis exerit cum stridore procurrens[q]. Si oua pauonum gallinis supponantur, excusatae[r] matres ab incubatione tribus vicibus per annum foetus edunt. Primus partus quinque ouorum, secundus quatuor, tertius trium vel duorum esse consuetit. Sed electae, si hoc placuerit, nutrices[s] gallinae sint, quae a primo incremento[t] lunae nouem diebus habeant nouem[v] oua supposita, quinque
4 pauonina[x], et caetera sui generis. decima die [oua[y]] omnia gallinacea subtrahantur, et alia item[z] gallinacea totidem recentia supponantur, [quot[a] ablata sunt,] vt trigesima[b] luna, hoc est expletis triginta diebus, possint cum pauoninis ouis aperiri. oua autem pauonum, quae[c] gallinae subiecta sunt, saepe manu conuertantur, quia hoc ipsa facere vix valebit. vnam[d] partem oui notabis, vt te[e] subinde conuertisse cognoscas. Maiores tamen[f] gallinas oportet eligere; nam minoribus paucio-
5 ra suppones[g]. Natos [autem[h] pullos] si ad vnam transferre a pluribus velis, dicit Columella vni nutrici viginti quinque sufficere. mihi vero, vt bene educi possint, videntur quindecim satis esse. Primis diebus far ordei consperſum[i] vino pullis dabitur, vel vndecunque cocta[k] pulti-

o. *cupiditatem* Cr. *quatiens* Br.

p. *occulata* Lugd. *occulta* Erf. et Editi praeter Iunt. *et sing. exerit* om. Cr.

q. *percurrens* Cr.

r. *excusantur* Cresc. recte tamen Louan.

s. *nutrices* om. Cr.

t. *quae primo nutrimento* Cresc. antiquus meus. *sunt quae a primo* Louan.

v. *nouem* om. E. *noua* Cr.

x. *pauania* Cr. Bas. omisso seq. *et*: recte Louan. qui deinceps *et decima*.

y. *oua* om. I. B. Br. R. Lugd. Vinc. Cresc. contra *omnia* Erf. et Vinc.

z. *tunc* I. B. R. Br. *iterum* Vinc. om. Cr.

a. inclusa omitt. Cr.

b. *vt trigiuta diebus* Cr. *vt completis tr. d.* Louan. deinceps idem *aperire*.

c. *contra gallinae subiectae sunt* Cr. antiquus, vbi Bas. *subiecta*, omisso *sunt*. postea *haec ipsa* Lou.

d. *vnamque* Cr. *vnamquamque* Louan.

e. *te subinde* om. Cr.

f. *tamen* om. Cr.

g. *supponas* Vinc. et Cr. Lou.

h. *aut pull.* om. I. B. R. Br. Lugd. Barth. Erf. Cr. *natos autem si a pluribus ad* Vinc.

i. *aspersum omnino* Cr. recte Lou.

k. *cocto* Cr. recte Lou.

pulticula et refrigerata. postea adiicietur porrum[l] concisum, vel caseus recens, sed expressus: nam serum pullis nocet. Locustae etiam[m] pedibus ablatis praebentur. Ita pascendi sunt vsque ad sextum[n] mensem[o]. Deinde 6
ordeum poteris praebere solenniter[p]. Trigesimoquinto tamen die[q] postquam nati sunt, etiam[r] in agrum tuto emici[s] possunt comitante nutrice pascendi, cuius singultu[t] reuocantur ad villam. Pituitas[v] vero et cruditates iis[x] remediis submouebis, quibus gallina curatur. Maximum illis periculum est, cum incipit crista produci: nam patiuntur languores infantum similitudine[y], cum illis tumentes gingiuas denticuli aperire nituntur.

XXIX. In phasianis nutriendis hoc seruandum est, vt nouelli ad creandos foetus parentur, id[a] est qui anno superiore sunt editi: veteres enim foecundi esse non possunt. Ineunt foeminas mense Martio[b] vel Aprili. Duabus[c] vnus masculus sufficit, quia[d] caeteras aues salacitate non aequant. Semel in anno foetus emeant[e]. Viginti[f] fere ouis pariendi ordo concluditur[g]. Gallinae his melius incubabunt, ita vt quindecim phasianina[h] oua nutrix vna[i] cooperiat, [et[k]] caetera sui generis supponantur. In supponendo de luna et diebus quae sunt 2

 in

l. *porrorum* Cr. antiquus meus.
m. *in* interf. Cr. omittit Lou.
n. *vnum* Cr. edd. tres et Vinc.
o. *diem* I. B. R. Br.
p. *solemniter* Lugd.
q. *tricesimo tamen q. die* Erf. et Cresc. Louan. probante Ernesti.
r. *etiam* om. Cr. deinde *totum*.
s. *deiici* Vinc. bis.
t. *singulturu vocantur* Cresc. sed Basil. *vocant*.
v. *Pituitates* Cr. Bas. *pituitae vero cruditates* Vinc.
x. *his* Cresc. *his rem. amouebis* Vinc.
y. *dolores fim. infantium* Erf. *sicut infantes, cum dentes eis nascuntur* Cr.

Tit. XXIX. a. *idem qui* Barth. *qui* om. Cr. Bas. deinceps *sint* Cr. Louan.
b. *mense Martii vel Aprilis* Cr. Lou. eadem cum pr. et antiq. antea *ineant*: *mense* om. Erf.
c. *foeminis* add. Cr.
d. *quia* — *aequat* om. Cr. *aequant* Erf.
e. *creabunt* Lugd. Erf. Vinc. Br.
f. *vigesimus* Cr. Basil.
g. *concludet* I. B. R. Br.
h. *phasiani* Cr. *fasianina* Louan. *phasiana oua* Erf.
i. *omnia oua* Cr. vulgata est in Louan.
k. *et* om. Br. Lugd. Erf. Cresc. Edd. tres Vinc.

in[l] aliis dicta seruentur[m]. Trigesimus dies maturos pullos in lumen[n] emittet. Sed per quindecim[o] dies discocto[p] ac refrigerato leuiter[q] ordei farre pascentur, cui[r] vini imber aspergitur. Post[s] triticum fractum[t] praebebis et locustas et oua formicae. Sane ab aquae
3 prohibeantur accessu, ne eos pituita concludat. Quod si pituitam patientur[v] phasiani[x], allio[y] cum pice liquida trito[z] rostra eorum debebis assiduus[a] perfricare, vel
4 vitium[b], sicut gallinis fieri consueuit, auferre. Saginandi haec[c] ratio est, vt vnius modii triticea[d] farina in breuissimas offulas redacta clauso phasiano per XXXX dies ministrata[e] sufficiat: vel, si ordeaceam farinam praebere volueris, vnius et semissis modii farina per praedictos dies saginam replebit. Obseruandum sane est, vt offulae ipsae oleo leuigentur asperso, et ita inferantur faucibus, ne sub infima linguae parte merganturur: quod si euenerit, statim pereunt[f]. Illud quoque magnopere[g] curemus, ne[h] praebeantur noua[i] alimenta, nisi[k] digestis aliis[l]; quia eos facillime onus cibi haerentis[m] extinguit.

XXX.

l. *de* Cr.
m. *seruemus* Lugd. Erf. Cr.
n. *lumine mittet* I. B. Br. R. Vinc. *mittet* etiam Cr.
o. XII. I. B. R. Br.
p. *decocto* Barth. *discreto* Cresc. Lou. *discreto toto ac conspersо vino refrigerato* Cr. princ. meus et Bas.
q. *leuiter* om. Barth.
r. *cui — asp.* om. Cr.
s. *deinde* Cr.
t. *fructum* Barth. omitt. Cr.
v. *patiantur* Cr.
x. om. Cr.
y. om. Cr. Basil. *ab eo* pr. et antiq. meus. Voluit *adeo*. Louan. *alto*.
z. *terso* Vinc. omitt. Cr. Basil. *terra* antiquus meus et pr. *trito* Lou.
a. *assidue* Cr.
b. *vitium*, et *fieri consueuit* Cr. omittit.
c. *Sag. ratio est vt clauso fasiano ministrentur offulae de farina tritici vel ordei quae oleo leuigentur adsperso, et ita* Vinc.
d. *tritici* E.
e. *min.* om. E.
f. *peribunt* I. B. Br. R. Lugd. E. Vinc. bis.
g. om. Vinc. *magno opere* Leid.
h. *vt* I. B. Br. R. Vinc.
i. om. Vinc.
k. *nisi* om. I. B. R. Br. Lugd. Barth. Vinc. *nisi — aliis* om. E.
l. *aliis* om. I. B. R. Br. Lugd. *prioribus digestis* Vinc.
m. *arentis* Barth. *quia eo fac. extinguitur* Vinc.

XXX. Anser sane[a] nec sine herba, nec sine aqua facile sustinetur; locis consitis inimicus est, quia sata et morsu laedit et stercore polluit[b]: pullos praestat et plumas, quas et[c] autumno vellamus et vere. Vni masculo tres foeminae sufficiant[d]. Si desit fluuius, lacuna formetur[e]. Si herba non suppetit[f], trifolium, foenum Graecum, agrestia intuba, lactuculas[g] serenus alimento. Alibi foecundiores sunt; varii[h] vel fusci, minus: quia de agresti genere ad domesticum transierunt. Incubant a Calendis Martii vsque ad aestiuum solstitium. Plus parient, si gallinis oua supponas[i]. Extremum partum matribus iam vacaturis educare permittimus. Pariturae ad haram[k] perducantur. cum semel hoc feceris, consuetudinem sponte retinebunt[l]. Gallinis sicut[m] pauonina etiam anseris oua supponas. sed anserina oua ne noceantur[n], suppositis subiiciatur vrtica. Parui[o] semine papaueris primis decem diebus intus pascendi sunt, postea sereno eos poterimus educere[p], vbi vrtica non fuerit, cuius aculeos formidant[q]. Quatuor mensium[r] bene saginantur: nam melius pinguescunt in te-

Tit. XXX. a. *sane* omitt. Pol. *Anser aquam herbamque desiderat, nec sine ipsis facile sustinetur* Cr.

b. *stercore polluit. Praestat* Polit. Cresc. item, sed omisso *et.* vnde *polluit* addidi.

c. *et* om. Cr. *vellere licet* Vinc.

d. *sufficiunt* Cresc. Vinc.

e. *lacunae formentur* Erf. Paulo antea Cresc. antiqua mea Editio habet *Sed desit fluuius.*

f. *suppetat* Erf. Vinc.

g. *lactucat* E. *pro alimento serenus* Cr. *lactuculasque seramus* Lou.

h. Antiqua mea Cresc. editio: *marcii vel fusci.*

i. *illarum supponantur* L. I. G. *pariet* Lou. Cresc. antea.

k. *areom* I. B. R. Br. Barth. Erf. *aram* vbique Cresc. *producantur* Cresc.

l. *tenebunt* Cresc.

m. *sicut pauonina etiam* om. Pol. et Cresc. Lou. iidem deinde omittunt *anserina oua.* Pro *sicut* Erf. habet *supponas.* Cresc. Basil. et meus antiquus: *Si gallinis anseris oua supponas ne noceant suppositis.*

n. *noceantur* ante Vict. Barth. Lugd. Polit. *noceatur suppositis* Cr. Louan. *noceant suppositis* alii libri Palladii.

o. *Pulli semine papaueris primis decem* Vinc. bis. *Semine papaueris primis — pascendae sunt* Cresc. Vulgo deerant verba *semine papaueris.*

p. *educare* E. *postea fordes eas* (antiqua mea cum pr. et Louan. *eos*) *p. educere* Cr. *educi poterunt* Vinc.

q. *reformidant* I. I. G.

r. *mensibus* a Vict. Cresc.

nera aetate. Polenta[s] dabitur in die ter. large[t] vagandi libentia prohibetur. loco obscuro claudentur[v] et calido: sic maiores etiam secundo[x] mense pinguescunt. nam paruuli saepe die trigesimo[y]. saginantur melius, si ad satietatem milium[z] praebeamus infusum. Inter[a] anserum cibaria legumen omne porrigi[b] potest, excepto eruo[c]. Cauendum est etiam[d], ne pulli eorum setas gluriant. Graeci saginandis[e] anseribus polentae duas partes et furfuris quatuor aqua calida temperant, et ingerunt pro appetentis voluntate[f] sumenda. tribus[g] per diem vicibus potu adiuuant. media quoque nocte aquam ministrant. Peractis vero xxx diebus, si vt iecur his tenerescat, optabis, tunsas caricas et aqua maceratas in offas volutabis exiguas, et per dies[h] viginti continuos ministrabis anseribus.

XXXI. His ordinatis, caetera exequenda sunt. nam piscinae duae vel solo impressae, vel caeso lapide circa villam esse debebunt; quas facile est aut fonte aut imbro suppleri[a], vt vna ex his vsui sit[b] pecoribus vel auibus aquaticis: alia madefaciat virgas et coria[c] et lupinos[d], et si qua rusticitas consueuit infundere.

XXXII. Foeni, palearum, ligni, cannarum repositiones nil refert in qua parte [fiant[a],] dummodo siccae sint

s. *polentum* Cresc. *polenta datur et large natandi* Vinc.

t. *late vagantur et ideo prohibeatur licentia obscuro* Cresc. sed antiqua mea cum pr. et Louan. *large vagantur.*

v. *claudantur* Cresc. *claudi debent* Vinc.

x. *obscuro loco* Cresc. sed antiqua mea *secundo loco* recte Lou.

y. *trig. moriuntur. Sagin. vero* etc. I. I-G. *saginantur si ad infusum praebeatur* Vinc.

z. *coctum* Erf. inserit.

a. *Item* I. B. R.

b. *praestari* Polit. Cresc.

c. *herebo* Cresc. Louan. et antiquus meus. Basil. vero *eruo.* I. B. R. Br. Vinc. *herbo.*

d. *autem* Vinc.

e. *anseribus* omitt. Erf.

f. *voluptate* ante Vict.

g. *tribus — ministrant* omitt. Barth.

h. *dies* omitt. I. B. R. Br.

Tit. XXXI. a. *impleri* Vinc. altero in loco.

b. *sufficiat* P.

c. *tectoria* Vinc. altero in loco.

d. *et lup.* omittit Erf.

Tit. XXXII. a. *fiant* om. I. B. Br. R. Lugd. E. et Vinc.

sint atque perflabiles, et longe remoueantur a villa propter casum surripientis[b] incendii.

XXXIII. Stercorum[a] congestio locum suum tenere debebit, qui abundet humore, et propter odoris[b] horrenda a praetorii auertatur[c] aspectu. Humor abundans hoc[d] praestabit stercori, vt siqua insunt[e] spinarum semina, putrefiant. Stercus asinorum primum est, maxime hortis; dein ouillum[f] et caprinum[g] et iumentorum; porcinum vero pessimum: cineres optimi; sed columbinum feruidissimum[h], caeterarumque auium satis vtile [est[i]] excepto palustrium. Stercus, quod anno[k] requieuerit[l], segetibus vtile est, nec herbas creat[m]: si vetustius sit[n], minus proderit. pratis vero recentia stercora proficient[o] ad vber[p] herbarum. Et maris purgamenta, si aquis dulcibus eluantur, mista[q] reliquis vicem stercoris exhibebunt, et limus, quem scaturiens aqua vel fluuii incrementa respuerint.

XXXIV. Horti et pomaria[a] domui proxima esse debebunt[b]. Hortus sit sterquilinio maxime subiectus, cuius[c] eum succus sponte foecundet. ab area longe situs [sit[d].] nam puluerem palearum[e] patitur inimicum.

Felix

b. *surrepentis* coni. Morg. I. 81.
Tit. XXXIII. a. *sterquilinorum* E. deinde *habundet* Br.
b. *foetoris* A. Iunt. G. *odoris* Cr. Louan.
c. *conuertatur* ante Vict. Leid. Cresc.
d. *hic* Cresc. recte Lou. *Humor enim* Vine. Deinceps *praestat* Cr.
e. *insunt* om. Cr. antiqua mea.
f. *ouinum* Cresc. *ouilum* Br. paulo antea *praecipue hortis* Cresc. Lou.
g. *ouinum et caprum* Erf. *caprarum* etiam Cresc. Lou.
h. *feruentissimum* E.
i. *est* om. P. Lugd. E. Cr.
k. *requieuit* Cr.
l. *satis* P. *satis est vtile* Cr.
m. *nec caret herbis* E.
n. *est* Cr.
o. *proderunt* P. et Cr.
p. *vbertatem* Cr. editt. tres et Erf.
q. *mixta vicem stercoris adhibebunt* Cresc. sed Louan. vulgatam habet.
Tit. XXXIV. a. *pomarii* Barth. *pomeria* Vinc.
b. *debent* Erf. Vinc.
c. *cuius succo* I. V. G. *cuius succus eum — foecundat* Cresc.
d. *sit* omitt. I. B. Br. R. Leid. Barth. Vinc. Erf. *longe tamen ab area situs, nam* Cresc.
e. *quia herbarum folia perforat et exiccat* addit Cresc.

Felix[f] positio est, cui leniter[g] inclinata planicies cursus
2 aquae fluentis per spatia discreta deriuat. Si fons desit,
aut imprimendus est puteus[h]: aut, si nequeas hoc, pi-
scina superius construenda est[i], vt illinc[k] aquas pluuia
conferente[l], hortus per aestiuos rigetur ardores. Si[m]
hac omni facultate carueris, semper altius[n] tribus vel
quatuor pedibus ad pastini similitudinem fodies horto-
3 lum, qui sic cultus negligit[n] siccitates. Sed[o] huic
quamuis contra necessitatem mista[p], sterdore quaelibet
terra conueniat[q], tamen haec genera sunt in electione
vitanda, creta[r], quam argillam dicimus, atque rubrica.
Illud quoque custodies[s] in hortis, quos humoris natura
non adiuuat, vt diuidas per[t] partes, et hieme ad Meri-
diem, aestate ad Septentrionem spatia[v] colenda con-
4 vertas. Debent[x] etiam horti esse clausi: sed munitio-
nis multa sunt genera. Alii luto inter formas clauso
parietes figuratos ex lateribus imitantur. Quibus copia[y]
suppetit, macerias luto et lapide excitant. Plerique sine
luto congesta in ordinem[z] saxa componunt. Nonnulli[a]
fossis spatia colenda[b] praecingunt[c]: quod[d] vitandum
est, quia horto subducit[e] humores, nisi forte locus
palu-

f. *autem* add. Cr.
g. *leuiter* I. B. R. Cresc. Deinceps *cursus atque fluentis aquae* male Cresc. Basil.
h. *puteolus* Vinc. Duac. VI. 65.
i. *est* om. Erf. Vinc.
k. *illi* I. B. Br. R. Erf. Laid.
l. *consternante* Pol.
m. *Quod si — facilitate* Vinc. Duac.
n. *et alte duobus pedibus pastinetur, quia hortus sic cultus negliget siccitates* Cresc. *negligit* I. B. R. Br. et Cresc. Lou. Vulgo *negligat*.
o. *At* Vinc. VI.
p. *inta* Lugd. Erf. Vinc. VI. *ad. inta* Vinc. alibi. *vita* Pol. *vestita* Barth.
q. *conuenit* Vinc. Duac. VI.
r. *creta scilicet* Erf. *Creta et argilla* Cresc.
s. *custodias* Vinc. Duac. VI. sed libro X. 3. habet *serna*.
t. *per* om. I. B. R. Br. Lugd. Erf. Vinc. bis. *vt partes diuisas* Vinc. Duac. X. 3.
v. *spatia colenda* om. Pol.
x. *Debent — sed* om. I. B. Br. R. Lugd. Erf. *Multis autem generibus hortos muniunt: nam alii luto parietes figurant, alii congesta* Vinc. Idem alibi *ex partibus imitantur. ex partibus* etiam Laid.
y. *copia* om. I. B. Br. R. Lugd. Erf. Vinc.
z. *in ordine* Erf.
a. *quoque* add. Vinc.
b. *collocanda* Erf.
c. *cingunt* Vinc.
d. *quod vtique cauendum est, quoniam hortis* Vinc. VI.
e. *subducunt* Cresc.

paluſtris colatur. Alii ſpinarum plantas et ſemina in munitione diſponunt. Sed melius erit rubi ſemina et 5
ſpinae, quae rubus caninus vocatur, matura[f] colligere, et cum farina erui[g] ex aqua macerata miſcere. funes dehinc[h] ſparteos veteres hoc[i] genere miſtionis ſic[k] inducere, vt intra[l] funes ſemina recepta ſeruentur vſque ad verni temporis initia. Tunc vbi ſepes futura eſt, 6
duos ſulcos tribus a ſe pedibus ſeparatos, ſeſquipedis altitudine faciemus, et per vtroſque, funes cum ſeminibus obruemus leui[m] terra. Ita trigeſima die procedunt ſentes[n], quos teneros adminiculis opus eſt adiuvare, quibus inter ſe (ſentes[o]) per ſpatia vacua relicta iungentur. Partes ſane horti ſic diuidendae ſunt, vt 7
eae[p] in quibus autumno ſeminabitur, verno[p] tempore paſtinentur[r]: quas[s] ſeminibus[t] vere complebimus, autumni[v] tempore debebimus[x] effodere. ita[y] vtraque paſtinatio decoquetur beneficio algoris aut ſolis. Areae faciendae ſunt anguſtiores et longae, id eſt duodecim pedum longitudine, et ſex latitudine vt[z] ſint propter ſpatia vtrinque[a] purganda diuiſae. Margines vero earum locis humidis vel irriguis duobus pedibus erigantur, ſiccis[b] vno extuliſſe ſufficiet. Inter areas, ſi humor conſueuit effluere, ſpatia altiora ipſis areis eſſe debebunt, vt facilius ingrediatur aream de ſuperiore[c] parte humor admiſ-

f. *matura* om. Pol. Poſt vocatur Vinc. addit: *ad ſepem procreandam terrae mandare.*
g. *herbi* I. B. R. Br. *herebi* Cr. Louan. et antiqua prea. *erui* Baſ.
h. *deinde* Pol. et Creſc.
i. *hoc genere* omitt. P. et Creſc. *mixtioni* Creſc.
k. *ſic* om. Lugd. Erf. et Palatini.
l. *inter* Cr.
m. *in leui terra* Cr.
n. *ſentes* om. I. B. R.
o. *ſentes* om. Erf. Leid. Creſc. qui praeterea *qui* habet.
p. *haec* Cr. *hae* Br.
q. *vno* Cr.
r. *paſtinemus* Cr.
s. *quas vero* I. B. R. Br. *et quas* Creſc.
t. *ſeminabimus vere compl.* Creſc. antiqua. Baſil. *ſemine* habet.
v. *verne* Erf.
x. *debemus* Br. Lugd. Erf. Cr. *fodere* Cr.
y. *ita vt vtraque — decoquatur, — et ſolis* Cr.
z. *ſic propter* I. B. R. Br. Lugd. *et ſint* Erf. *ſintque* Vinc. Duac. VI. et X. alibi *ſic propter.*
a. *vtriſque* Lugd.
b. *autem* addit Vinc. VI.
c. *ſuperiori — vt vbi* Vinc. VI.

admissus, et vbi sitientem saturauerit, in alias possit ex-
8 clusus auerti. Serendi tempora licet per menses certa
signemus[d], tamen secundum loci et caeli naturam vnus-
quisque custodiat[e]. frigidis locis autumnalis satio cele-
rior[f] fiat, verna vero tardior: calidis[g] autem regioni-
bus et autumnalis serior fieri potest et verna maturior.
Quaecunque[h] serenda sunt, cum luna crescit, seminentur;
quae secanda sunt[i] vel legenda, cum minuitur[k].

XXXV. Contra nebulas et rubiginem. Paleas et purgamenta pluribus locis per hortum disposita simul omnia, cum nebulas[a] videris instare, combures[b]. Contra grandinem (multa dicuntur[c].) Panno roseo[d] mola cooperitur. item cruentae secures contra caelum minaciter leuantur. item[e] omne horti spatium alba vite praecingitur: vel noctua pennis patentibus extensa suf-
figitur: vel ferramenta, quibus operandum est, seuo[f]
2 vnguntur vrsino. Aliqui vrsi adipem cum oleo tusum[g]
reseruant, et falces hoc, cum putaturi sunt, vngunt.
sed hoc in occulto debet esse remedium, vt nullus putator intelligat: cuius vis tanta esse perhibetur, vt neque nebula neque aliquo animali[h] possit noceri. (interest etiam[i] vt res profanata non valeat.) Contra culices et limaces vel amurcam recentem vel ex cameris[k] fuliginem spargimus. Contra formicas, si[l] in horto habent fora-

d. *assignantur certa* Vinc. Duac. VI. sed VI. 58. *signata sint*. Paulo antea idem *aduerti*.
e. *sunt obseruanda. nam frigidis locis, vt dictum est*. Vinc. VI.
f. *maturius fiat, vernalis tardior* Cr.
g. *in calidis vero reg. aut. serius — maturius* Cr.
h. *quae* I. B. R. Br.
i. *sunt* om. Erf.
k. *decrescit* Vinc. Duac. VI. 58.

Tit. XXXV. a. *nebulam* Cr.
b. *combure* Cr. *combures* Lou.
c. inclusa omittit Vinc.
d. *vnsseo* Lugd. Erf. Vinc.
e. *Tum* I. B. R. Br.
f. Ita Erf. *saeuo* Lugd. Vulgo *sepo*.
g. *tunsum* I. B. R. Br. Erf.
h. *malo* I. I. A. H. G. Erf. sed *animali* ex Lugd. Gesner dedit.
i. *etiam* om. I. B. R. Br. Lugd. Erf. omnia inclusa verba omitt. Vinc.
k. *caminis* Vinc.
l. *quae* Cr. recte Lou.

foramen, cor noctuae admoueamus [m]; si foris [n] veniant, omne horti spatium cinere aut cretae candore signemus [o]. Contra erucas semina, quae spargenda sunt, 3
semperuiuae [p] succo madefiant vel erucarum sanguine. Cicer [q] inter olera propter multa portenta serendum est. Aliqui cinerem de fico super erucas spargunt, item squillam vel in horto serunt, vel certe suspendunt. Aliqui mulierem menstruantem, nusquam cinctam, solutis capillis, nudis pedibus contra erucas et caetera hortum [r] faciunt circumire. Aliqui fluuiales cancros pluribus locis intra hortum clauis [s] figunt. Contra animalia quae 4
vitibus nocent, cantharides, quas in rosis inuenire consueuimus, oleo mersas resolui patieris in tabem: et cum putandae sunt vites [t], hoc oleo falces [putatorias [v]] pervnges. Extinguuntur cimices amurca et [x] felle bubulo lectis aut locis perunctis, vel foliis ederae tritis ex oleo, vel incensis sanguisugis. Vt olera animalia infesta non 5
generent, in corio testudinis omnia semina, quae sparsurus es, sicca [y]: vel mentam locis pluribus, maxime [z] inter caules, sere: hoc praestare fertur eruum [a] aliquantulum satum [b], praecipue vbi radices et rapa nascuntur. Vel acre acetum succo hyoscyami [c] mistum fertur olerum pulices necare, si spargas. Campas fertur euin- 6
cere, qui fusticulos alii sine capitibus [d] per horti omne spa-

m. *admouemus* Vinc. *apponamus* Cr. qui addit: *vel origano vel sulphure tritis foramen asperge.*

n. *si deforis veniant* Cr. *foras* Leid.

o. *signabimus* I. B. R. Br. Lugd. Vinc. *creta cingamus* Cr. *tingamus* Louan.

p. *semperuiui* Erf. *semper succo madefiant erucarum* Cresc. Bas. sed antiqua mea: *vel sanguine erucarum.* recte Lou.

q. *autem* addit Erf. *inter* Cresc. Vulgo *intra.*

r. *hortorum* Vinc.

s. *crucifigunt* P. Barth. Lugd. Erf. *configunt* Vinc. sed alibi habet: *plurimos et pluribus locis affigunt.*

t. *vites* om. Erf.

v. *putatorias* omitt. I. B. Br. R. Lugd. Erf. Vinc.

x. *et felle bubulo* om. Pol.

y. *deficca* Cr. recte Lou.

z. *et maxime* Cr.

a. *herbum* I. B. R. Br.

b. *stratum* I. B. R. Br.

c. Hoc effeci ex Lugd. *Hyosquiami* pro vulgato *insquiami.*

d. *capitibus comburens nidorem excitarit* Barth. reliquis omissis. *alii* Br.

ſulfum comburens nidorem locis pluribus excitarit. Si contra[e] eaſdem vitibus voluerimus[f] conſulere, allio trito falces putatoriae feruntur vnguendae. Naſci quoque prohibentur, ſi circa arborum vel vitium crura bitumen et ſulfur incendas: vel ſi ablatas de horto vicino campas excoquas aqua, et per horti tui[g] ſpatia vniuerſa diffundas. Ne cantharides vitibus noceant[h], in cote, qua
7 falces acuuntur, ipſae ſunt conterendae. Democritus aſſerit neque arboribus neque ſatis quibuſlibet noceri poſſe a quibuſcunque beſtiis, ſi fluuiales cancros plurimos vel marinos, quos Graeci παγούρους nominant, non minus quam decem fictili vaſculo in aqua miſſos tegas, et ſub dio ſtatuas[i], vt decem diebus ſole[k] vaporentur. poſtea quaecunque illaeſa volueris eſſe, [ea[l] aqua] perfundas, et octonis diebus peractis hoc repetas,
8 donec ſolide, quae optaueris, adoleſcant. Formicas abiges[m], ſi[n] origano et ſulfure tritis foramen aſperges[o]. hoc et apibus nocet. item cochlearum vacuas teſtas ſi vſſeris, et eo cinere foramen inculces. Culices galbano infuſo fugantur aut ſulfure. Pulices amurca per pauimentum frequenter aſperſa, vel cymino agreſti cum aqua trito, vel ſi[p] cucumeris agreſtis[q] ſemen aqua reſolutum ſaepe infundes[r], vel aquam lupinorum pſilotri
9 auſteritatibus iunctam[s]. Mures, ſi amurcam ſpiſſam patinae infuderis, et in domo nocte poſueris, adhaerebunt. item necabuntur, ſi helleboro nigro caſeum vel panem vel adipes[t] vel polentam permiſceas et offeras.

Et

e. *contra eaſdem* om. I. B. R. Br. Lugd. Barth.

f. *conſulemus*; *allio* Lugd. *conſulimus*, *allio* P. *ſi vitibus conſulemus* Erf. deinde *vugendae* Br. et *ſulphur*.

g. *tui* om. Lugd.

h. *noceant* — *conterendae* om. P. poſtea *pluuiales* Br. et *παγυρος*.

i. *ſtatues* I. B. Br. R. *ſub dio* E.

k. *per ſolem* E.

l. *ea aqua* om. Lugd. E. I. B. Br. R.

m. *metuens* P.

n. *ſi* om. I. B. Br. R. P. Lugd. E.

o. *aſpergens* I. B. Br. R. Lugd. E. *vel ſulphure* — *aſperge* Creſc. recte Louan.

p. *ſi* om. I. B. Br. R. E.

q. *agreſtis* om. P.

r. *infundens* I. B. Br. R. E.

s. *iutam* Lugd.

t. *adipe* P.

Et[v] agrestis cucumeris et colocynthidis[x] suffusio sic[y] nocebit. Aduersus mures agrestes Apuleius afferit semina bubulo felle maceranda ante quam spargas. nonnulli rhododaphnes[z] foliis aditus eorum claudunt, qui rosis his, dum in exitu[a] nituntur, intereunt. Talpas 10
Graeci hoc genere persequuntur: Nucem perforari iubent, vel aliquod pomi genus soliditatis eiusdem. ibi paleas et cedriam[b] cum sulfure sufficienter includi. tunc omnes paruulos aditus et reliqua spiramenta[c] talparum diligenter obstrui[d], vnum foramen, quod amplius[e] sit[f], reseruari, in cuius aditu nucem intus incensam[g] sic poni, vt ab vna parte flatus possit accipere, quos[h] ab alia parte diffundat: sic impletis fumo cuniculis talpas vel fugere protinus, vel necari[i]. Mures rusticos, 11
si querneo[k] cinere aditus eorum satures, attactu frequenti scabies occupabit ac perimet. Serpentes prope omni austeritate fugantur, et nocentes spiritus innocentia fumi graueolentis exagitat. Vramus galbanum vel cerui cornua, radices lilii, caprae vngulas. hoc genere monstra noxia prohibentur. Opinio[l] Graecorum est, 12
si nubes locustarum repente surrexerint[m], latentibus intra[n] tecta cunctis hominibus, eam posse transire: quod si inobseruantes[o] homines sub aëre deprehendant, nulli

v. *Et agrestis cucumeris* desf. P.
x. *coloquintidis* I. B. Br. R. *fusio* E.
y. *sic* deest P.
z. *rhododaphnis* I. I. G.
a *exitu* dedit Gesner, et monuit omnes libros habere *exitu*. Voluit sine dubio dare *exitum* quod habet Vinc. bis et Leid. Idem Vinc. *corrosis*.
b. Ita Erf. *et cedria* bis Vinc. *cedrum* Lugd. Vulgo *ceram*. Vincentius etiam *ibique* habet. *sufficienter* Br.
c. *spiramina* bis habet Vinc.
d. *obrui* I. B. Br. R. Lugd. Erf. Vinc. bis.
e. *amplius* Vinc. bis.
f. *est* I. B. R. Br. Lugd. Vinc. Vulgo *amplum*.
g. *intus accensam* Erf. *supponi* Pol.
h. *quos vt* Vinc.
i. *vel fugare poteris protinus vel necare* Erf.
k. *querno* Vinc. bis, cum Leid. Idem semel *obtures a tractu*. sed alibi *a tactu*.
l. *Est etiam opinio* Vinc. Duac. X.
m. *surrexerit* Erf. Vinc. bis Cant.
n. *infra* Vinc. bis.
o. *obseruantes* Erf. Vinc.

nulli [p] fructuum noceri, si continuo omnes ad tecta confugiant. Pelli etiam dicuntur amari lupini vel agrestis cucumeris aqua decocta, si muriae [q] mista fundatur. Existimant [r] aliqui locustas vel scorpios [s] fugari posse,
13 si aliqui ex eis vrantur [t] in medio. Campas nonnulli ficulneo cinere persequuntur. si permanserint, vrina bubula et amurca aequaliter mista conferueant, et vbi refrixerint [a], olera omnia hoc imbre consperge [b]. πρασοκούριδας [c] Graeci vocant animalia, quae solent hortis nocere. Ergo ventriculum veruecis [d] statim occisi plenum [e] sordibus suis spatio, quo abundant, leuiter debebis operire. post biduum reperies ibi animalia ipsa [f]
14 congesta. hoc cum bis vel [g] tertio feceris, genus omne, quod nocebit [h], extingues. Grandini creditur obuiare, siquis crocodili pellem vel hyaenae vel marini vituli per spatia possessionis circumferat, et in villae aut cortis suspendat ingressu, cum malum viderit imminere. item si palustrem testudinem dextra manu supinam ferens vineas perambulet, et reuersus eodem modo sic illam ponat in terra, et [i] glebas dorsi eius obiiciat curuaturae, ne possit inuerti, sed supina permaneat. hoc facto fertur spatium sic defensum nubes inimica transcurrere.
15 Nonnulli vbi instare malum viderint, oblato speculo imaginem nubis accipiunt, et hoc remedio nubem (seu vt sibi obiecta displiceat, seu [k] tanquam geminata alteri cedat) auertunt. item vituli marini pellis in medio vinearum loco vni superiecta viticulae creditur contra im-
16 minens malum totius vineae membra vestisse. Omnia semina

p. *nullum fructum noceri* Barth. Lugd. Vinc. bis. *nullum fructuum* omisso *noceri* Cantabr.
q. *vrinae* Barth.
r. *At aestimant* Vinc. *extimant* Br.
s. *scorpiones* Vinc.
t. *aliquo ex his vtantur in remedio* Vinc.
a. *refriguerint* E.
b. *conspargere* I. B. Br. R. E.
c. πρασοκοφίδας B. R. πρασοκοφίδας Br. A. Iunt. G. πρασσοκοφίδας Iensf. *prasocoridas* P. Lugd. E.
d. *verbecis* Lugd. v. Ind.
e. *ventriculo — pleno — spatium — debes* E.
f. *ipsa* om. P.
g. *et* P.
h. *nocebat, extinguis* P. E.
i. *vt* Lugd. E.
k. *seu vt* E.

ſemina horti vel agri ſeruntur[l] ab omnibus malis ac monſtris tuta ſeruari, ſi agreſtis cucumeris tritis radicibus ante macerentur[m]. Item equae[n] caluaria ſed non virginis intra hortum ponenda eſt, vel etiam[o] aſinae[p]. Creduntur enim[q] ſua praeſentia foecundare, quae ſpectant.

XXXVI. Area longe a villa eſſe non debet, et propter exportandi facilitatem, et vt fraus minor timeatur, domini vel procuratoris vicinitate ſuſpecta. Sit autem vel ſtrata ſilice, vel ſaxo montis exciſa, vel ſub ipſo triturae tempore vngulis pecorum et aquae adminiſtione ſolidata[a]; clauſa deinde et robuſtis munita cancellis propter armenta, quae, cum teritur[b], inducimus. Sit 2
circa hanc locus alter planus et purus, in quem frumenta tranſſuſa refrigerentur, et horreis inferantur: quae res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde [vndecunque[c]] proximum tectum, maxime in humidis regionibus: ſub quo propter imbres[d] ſubitos frumenta (ſi neceſſitas coëgerit) raptim vel[e] munda vel ſemitrita ponantur. Sit autem [area[f]] loco ſublimi et vndecun- 3
que perflabili, longe tamen ab hortis, vineis, atque pometis[g]. nam ſicut radicibus virgultorum proſunt laetamen et paleae, ita inſidentes frondibus [eas[h]] perforant, atque[i] arere[k] compellunt.

D 2 XXXVII.

l. *ſeruntur* I. B. R. *malis et noxiis animalibus aut monſtris intacta ſeruari ſi ſucco radicum agreſtis c. et erucarum mixta macerentur* Creſc. *radicum tritarum antea* Lou. idem *monſtruis.*

m. a verbo *macerentur* vſque ad finem deeſt P.

n. *aeque* I. B. R.

o. *potius* I. B. Br. R. Barth. Lugd. E. Cant.

p. *aſellae* Barth.

q. *enim* om. E.

Tit. XXXVI. a. *ſolidata* omitt. Lugd. *amminiſtione* Br.

b. *cum teretur* E. *terentur* Vinc. bis.

c. *vndecunque* om. P. Cr.

d. *per imbres* E. *ſubitos* omittit Vinc. bis.

e. *vel* om. P. *et ſemitr.* Creſc. Lou.

f. *area* om. I. B. Br. R. Cr. V.

g. *pomeriis* Cr. forte *pomariis.*

h. *eas* omitt. Br. Lugd. P. Cr. E. V.

i. *et corrumpunt* Creſc.

k. *areſcere* Pol. *aere arare* Leid. *aere arere* ex Aſcenſ. annotat Gronouius.

XXXVII. Apibus stationem non longe a domini[a] aedibus in horti parte[b] secreta et aprica et a ventis remota et calidiore[c] locare debemus, quae[d] in quadratum constituta mensuram fures et accessus hominum pecudumque submoueat. sit[e] abundans[f] floribus, quos in herbis vel in[g] fruticibus, vel[h] in arboribus procuret industria. herbas nutriat origanum, thymum, serpyllum, satureiam, melissphyllum[i], violas agrestes[k], asphodilum[l], citraginem[m], amaracum, hyacinthum, qui iris[n] vel gladiolus dicitur similitudine[o] foliorum, narcissum, crocum, caeterasque herbas suauissimi[p] odoris et floris. In fruticibus vero[q] sint rosae, lilia, fabae[r], rosmarinus[s], hederae: in arboribus ziziphus[t], amygdalus, persicus, pirus pomiferaeque arbores, quibus nulla amaritudo respondet flore[v] desucto. Siluestria vero, glandifera robora[x], terebinthus, lentiscus, cedrus, tilia, ilex[y] minor, et pinus[z]. sed taxi remoueantur inimicae.

Tit. XXXVII. a. *dominicalibus vel in horti parte secunda* Barth. Lugd. *domicalibus vel in h.* Erf. *habitabilibus domibus* Cr. *vel* add. etiam Vinc. bis. *dominicalibus* etiam Cresc. Louan.

b. *aliqua* add. Cr.

c. *calida* Cr.

d. *nam ipse prohibet pabulum ferre domum vt ait Virgilius non longe ab habitab. dom. vt furum — submoueatur, vbi sit* Cr. sed antiq. meus *non* omitt. *ipsi prohibent* Basil.

e. *Sit* et P.

f. *abundantia florum quos vel in h. vel fr.* Cresc.

g. *in* om. I. B. Br. R. Cresc.

h. *vel etiam arbor.* Cr. *fructibus* E. Vinc.

i. *melissillum* Pal. Lugd. E. om. P. Cr. edd. tres.

k. *agrestes*, *asph. citr.* omitt. P. Cr. edd. tres.

l. *assodillum* a. V. et Lugd.

m. *citriaginem* I. B. Br. R. Pal. Lugd. E. deinceps *amaratum* Cresc. Lou.

n. *iacinctum qiuris* Cr. antiquus meus: *hyacinthum, iris vel gl.* Cr. Basil. recte Louan.

o. *sim fol.* om. Cr.

p. *et narcissus creticus* Cresc. Bas. sed antiqua mea et princ. *narcissum cretum* recte Louan.

q. *suauis* Cresc. *fructibus* Cresc. Lou.

r. *violae flabae* Lugd. E. Barth. *violae flauae* Vinc. bis. *lilia* omitt. Lugd. *fabae* om. Cr.

s. *rosmarini* Cr. Bas. *rosmarinus et* Cresc. Louan.

t. *zizipha* Vinc. bis. om. Cr.

v. *floris vel succi* P. Cr. *floridae succo* Vinc. sed alibi *de succo* habet. *flore defuncto* Erf.

x. *buxus* interponit Cr. *robura* princeps antiq. et Louan.

y. *tilia pinus et taxi* Cresc. Basil. sed antiqua mea et princeps *tilia, ylex pinus et taxi* haber.

z. *tinus* I. B. R. Pol. Lugd. Erf. *cinus* alii. *thinus* Vinc. alibi *thymus*. Deinceps *et taxi* P. Cr. *ilex minor et tinus et tassi* Cresc. Louan. Vulgatum *linus* correxi cum Pontedera. *tilia et tinus* Leid.

cae [a]. Primi saporis mella thymi succus effundit. se- 3
cundi meriti thymbra, serpyllum vel origanum tertii meriti [b] rosmarinus et satureia. Caetera [c], vt arbutus et olera saporem rustici mellis efficiunt [d]. Sint autem arbores a Septentrionali parte dispositae. Frutices atque virgulta ordines suos sub maceriis exequantur. herbas deinde in [e] plano post frutices conseremus. Fons vel riuus [f] huc conueniat otiosus, qui humiles transeundo formet lacunas, quas [g] operiant rara et transuersa virgulta, sedes tutas apibus praebitura cum sitient. Sed 4
ab [h] his apium castris longe sint omnia [i] odoris horrendi, balneae, stabula, coquinae fusoria. Fugemus [k] praeterea animalia quae sunt apibus inimica, lacertos [l], blattas et his similia. Aues etiam pannis [m] et crepitaculis terreamus. Purus custos [n] frequens et castus accedat, habens noua aluearia praeparata, quibus excipiatur examinum rudis iuuentus. Vitetur [o] odor coeni [p], et can- 5
cer adustus [q], et locus qui ad humanam vocem falsa imitatione respondet. Absint et herbae tithymalus, helleborum, thapsia [r], absinthium, cucumis agrestis, et omnis amaritudo conficiendae aduersa dulcedini.

XXXVIII. Aluearia meliora sunt, quae cortex formabit [a] raptus ex subere, quia non transmittunt [b] vim frigoris aut caloris. possunt tamen et [c] ex ferulis fieri.

a. *inim.* om. Cresc. qui pergit: *Supradicta enim dulce mel efficiunt, caetera* et rel. *inimici* Vinc. *remouentur. Inimica sed primi* Leid.
b. *meriti* om. Vinc.
c. *cetera vero* E.
d. *praebent* Cr.
e. *in* om. I. B. R.
f. *riuus sit, qui* P.
g. *quas — sitient* om. P.
h. *a castris apium* P.
i. *omnia — coquinae* P.
k. *fugabimus* Lugd. *fosoria — fugiemus* Br.
l. *lacertas* Leid. *blacas* Br.
m. *pennis* I. B. Br. R. *pannis* e om. P. Vinc.
n. *custos* om. Lugd.
o. *vitietur* Iens. om. P.
p. *odor foeni* Erf.
q. *exustus* Lugd. P. Vinc. *vstus* Leid.
r. *tapsia* a. V. *Therfia* Lugd. om. P.

Tit. XXXVIII. cum antecedente continuat Br. a. *formanis maxime* Cr. *formanit* etiam Erf.
b. *transmittant* Cr. antiq. meus.
c. *et* om. Cr. *ex* om. Lugd. Erf.

si hae desint, salignis[d] viminibus fabricentur, vel ligno cauatae arboris, aut tabulis, more[e] cuparum. fictilia deterrima sunt, quae[f] et hieme gelantur, et aestate fer-
2 vescunt. Sed inter ea loca, quae muniri debere praecepimus[g], podia ternis[h] alta pedibus fabricentur inducta[i] testaceo et albario opere leuigata[k], propter lacertorum[l] caeterorumque animalium noxam[m], quibus est moris irrepere: et supra[n] haec podia aluearia collocentur, ita vt non possint imbre penetrari, spatiolis inter se patentibus[o] segregata. Angustus tamen aditus admittat examina propter frigoris et[p] caloris iniuriam. Sane ventis frigidioribus altus paries resistat[q], qui[r] locum
3 possit defensis sedibus apricare. Aditus omnes soli opponantur hiberno, qui in vno cortice duo vel tres esse debebunt ea magnitudine, quae apis formam[s] non possit excedere. Sic enim noxiis animalibus ingressu resistetur[t] angusto: vel si apes obsidere voluerint exeuntes, alio, (vbi[v] non fuerint,) vtentur[x] egressu[y].

XXXIX. Apes si emendae sunt, prouideamus vt plena aluearia comparentur: quam rem vel[a] inspectio vel murmuris magnitudo vel frequentia monstrat[b] commean-

d. *salicinis* Cresc.
e. *more cup.* om. Cr.
f. *quae* om. Vinc. bis.
g. *praecipimus* I. B. R. *praecipi* Lugd. *praecepi* E. et Leid.
h. *trinis* Cresc.
i. *induta* Lugd. Erf. *ind. test.* om. Cresc.
k. *laeuigentur* Cr.
l. *lacertarum* P. Cr. Leid. *lacertas* Vinc.
m. *noxiam* Cr. recte Lou.
n. *super podia* Cr. sed Lou. *haec* addit; Eadem *irripere.*
o. *distantibus* Cr.
p. *frig. iui. et caloris* Cresc.
q. *obsistat* Cr.
r. *qui — apricare* omitt. Cresc. postea *soli oppon.* Cr. pr. antiq. Lou.
s. *magnitudinem* P. *quae ingressu apis magnitudinem* Cr. nisi quod antiqua mea habet cum princ. *ingressu quae.* Louan. etiam *magnitudinem* habet et *ingressu* omittit.
t. *resistatur* Cr.
v. Inclusa om. Cresc. edd. tres cum Pol. *cum non defuerint nitentur* Vinc. alibi *vtentur* habet. *cum non defuerit* I. B. R. Br. Lugd. Barth. *cui defuerint* Erf.
x. *nitentur* Barth. Vinc. *vitentur* Lugd.
y. *ingressu* Cr.

Tit. XXXIX. a. *vel* om. Lugd.
b. *monstrat* deest P. deinceps *et remeantis* Cresc. Lou. *vel remanentis* reliquae Edd.

meantis ac remeantis examinis[c]: [et[d]] ex vicina potius quam [ex[e]] longinqua regione, ne aëris nouitate tententur[f]. Si vero longius aduehendae sunt[g], nocte collo portentur: nec collocare nec aperire aluearia nisi vespere instante, debemus. Speculemur deinde per[h] triduum, ne omne[i] ianuas suas egrediatur examen. hoc enim signo fugam meditantur assumere[k]. Contra haec et[l] caetera, suo vnumquodque mense reddemus[m]. Tamen[n] creduntur non fugere, si stercus primogeniti vituli adlinamus[o] oribus vasculorum.

XL. Non alienum est, si aquae copia patiatur, patremfamilias de structura balnei cogitare; quae res et voluptati plurimum confert[a] et saluti. Itaque balneum constituemus in ea parte, qua calor futurus est, loco ab humore suspenso, ne vligo eum[b] fornacibus vicina refrigeret. Lumina ei dabimus a parte meridiana et Occidentis hiberni, vt tota die solis iuuetur et illustretur aspectu. Suspensuras vero cellarum sic facies: aream primo bipedis sternis, inclinata sit tamen stratura ad fornacem, vt si pilam miseris, intro stare non possit, sed ad fornacem recurrat. sic eueniet vt flamma altum petendo, cellas faciat plus calere. Supra hanc straturam pilae laterculis argilla subacta et capillo con-

c. *probant* add. P. et Cr. Louan. *probat* reliquae Cresc. Edd.

d. *et* om. Lugd. E. Vinc. bis. *ex* om. I. B. Br. R.

e. *ex* om. Br. etiam Lugd. Erf. Vinc. bis et Cr.

f. *tereantur* P. *terreantur* Cresc. edd. tres.

g. *longius pebenda sunt* E.

h. *post* I. B. R. Br. Lugd. Cresc. Vinc. bis. *Speculemus* Cresc. recte Louan.

i. *omnes suos ianuas examine egrediantur* Cr. recte Louan.

k. *arripere meditantur* Cr. editt. tres.

l. *vel* P. Lugd. *Caeterae enim suo vnaquaeque redd.* Vinc. sed alibi *Omnia haec et caetera.* Etiam Erf. et Leid. *suo vnaquaeque mense* habet.

m. *redemus* I. B. R. *reddemus* etiam Lugd. recte Br. *reuidebimus* A. Iunt. G.

n. *non tamen* Cr.

o. *alliniamus* Vinc. et Cr. Lou. *illiniamus* Cr. pr. antiq. Basil.

Tit. XL. a. *conferat* E. et Vinc. S. D. VI. 20.

b. *eum* I. B. R. *cum* al.

ſtructae fiant diſtantes a ſe ſpatio pedis vnius et ſemiſſis, altae pedibus binis ſemis. Super has pilas bipedae conſtituantur binae in altum, atque his ſuperfundantur teſtacea pauimenta, et tunc, ſi copia eſt, marmora collo-
3 centur. Miliarium vero plumbeum, cui aerea patina ſubeſt, inter ſoliorum ſpatia forinſecus ſtatuamus fornace ſubiecta, ad quod miliarium [c] fiſtula frigidaria, dirigatur, et ab hoc ad ſolium ſimilis magnitudinis fiſtula procedat, quae tantum calidae ducat interius, quantum fiſtula illi frigidi liquoris intulerit. Cellae autem ſic diſponantur, vt quadrae non ſint, ſed, (verbi gratia) ſi xv pedibus longae fuerint, x latae ſint; fortius enim vapor inter anguſta luctabitur. Soliorum
4 forma pro vniuſcuiuſque voluntate fundetur. Piſcinales cellae in aeſtiuis balneis a Septentrione lumen accipiant, in hiemalibus a meridie. Si fieri poteſt, ita conſtituantur [d] balneae, vt omnis earum per hortos decurrat eluuies. Camerae in balneis [ſi [e]] ſigninae [fiant,] fortiores ſunt. quae vero [f] de tabulis fiunt, virgis ferreis
5 tranſuerſis, et ferreis arcubus ſuſtinentur. Sed ſi tabulas [g] nolis imponere, ſuper arcus ac [h] virgas bipedas [i] conſtitues ferreis ancoris colligatas, capillo inter ſe atque argilla ſubacta cohaerentes, et ita impenſam teſtaceam ſubter [k] inducis: deinde albarii operis nitore decorabis. Poſſumus etiam, ſi compendio ſtudemus, hiberna aedificia balneis imponere: hinc et habitationi teporem ſubmittimus, et fundamenta lucramur.

XLI. Scire conuenit, quoniam de balneis loquimur, quae ſunt malthae calidariae [a] vel frigidariae, vt ſiquando

c. *fiſtula — magnitudinis* om. E. deinde *ſolum* Br.

d. *balnea, vt omnis earum — decurrat eluuiens* Erf.

e. *ſi* et *fiant* om. Barth. Lugd. E.

f. *de tabulis* omiſſo *fiunt* E. *quae ſi de tab.* Br.

g. *tabulos* Barth.

h. *has* I. B. Br. R.

i. *bipedes* I. B. Br. R. E. deinceps *anchoris* Br.

k. *ſuperinducis* iunct. I. B. Br. R. deinceps *tempore ſubuitt.* Br.

Tit. XLI. a. *caldariae* Lugd. *calderiae* E. et om. *vel frigidariae.*

do in foliis scissa sunt[b] opera, possit repente succurri. Calidariae compositio talis est: Picem duram, ceram albam ponderibus aequis, stupam, picis liquidae totius ponderis dimidiam partem, testam minutam, florem calcis, omnia simul mista[c] in pila contundes, et iuncturis curabis inserere. Aliter: Ammoniacum remissum, ficum, stupam, picem liquidam tundis[d] pilo, et iuncturas oblinis. Aliter: Ammoniacum et sulfur vtrum- 2
que resolutum line, vel infunde iuncturis. Item picem duram, ceram albam et ammoniacum super remissum simul iuncturis adline[e], et cautere cuncta percurre. Item florem calcis cum oleo mistum iuncturis[f] illine, et caue ne mox aqua mittatur. Aliter: Sanguini tau- 3
rino et oleo florem calcis admisce, et rimas coniunctionis obducito. Item ficum et picem duram[g], et ostrei testas siccas simul tundes. his omnibus iuncturas diligenter adlines. Item malthae frigidariae, sanguinem bubulum, florem calcis, scoriam ferri, pilo vniuersa contundes[h], et ceroti instar efficies, et curabis adlinire. Item sepum liquefactum cribellato cineri admistum frigidae aquae inter rimas labenti, si adlinatur[i], obsistet.

XLII. Si aquae copia est, fusuras[a] balnearum debent pistrina suscipere; vt ibi formatis aquariis molis, sine animaliuin vel hominum labore frumenta frangantur.

XLIII. Instrumenta[a] vero haec, quae ruri necessaria sunt, paremus[b]. Aratra simplicia, vel si plana regio permittit, aurita, quibus possint[c] contra stationes

b. *sint* Lugd. E. antea *solis* Br. postea *Calidarum* Leid.
c. *mista confundes, et* I. B. Br. R. Lugd. E.
d. *in pilo* I. B. Br. R. E. Barth. *confundis et innct.* Lugd. deinde *sulphur* Br.
e. *adlide* Lugd.
f. *infunde* inf. Barth.
g. *ostreae* E.
h. *contundis et caerati* Br.
i. *allinatur* Br.

Tit. XLII. a. *fusuras* Barth. *fusura* alii. *sulfura* et *pristina* sunt mendae Gr. hoc etiam Br. et Heru.

Tit. XLIII. a. *Instrumenta vero haec* om. P.
b. *praeparemus* I. I-G.
c. *possit* Lugd. Br. E.

humoris hiberni sata celsiore[d] sulco attolli. Bidentes[e], dolabras, falces putatorias, quibus in arbore vtamur et
2 vite. Item messorias vel foenarias, ligones, lupos, id est serrulas manubriatas minores maioresque ad mensuram cubiti, quibus facile est, quod[f] per serram fieri non potest, resecando trunco[g] arboris, aut vitis interseri: acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur: falces a tergo acutas atque lunatas: cultellos item curvos[h] minores, per quos nouellis arboribus surculi aridi
3 aut extantes facilius amputentur. Item falciculas[i] brevissimas tribulatas[k], quibus silicem[l] solemus abscindere; serrulas minores, vangas[m], runcones, quibus vepreta persequimur; secures simplices vel dolabratas; sarculos vel simplices vel bicornes[n], et ascias in[o] auersa[p] parte referentes rastros. Item cauteres, castratoria ferramenta atque tonsoria, vel quae ad animalium solent pertinere
4 medicinam. Tunicas vero[q] pellicias[r], cum cucullis, et ocreas[s] manicasque de pellibus, quae vel[t] in siluis, vel in vepribus, rustico operi[v] et venatorio[x] possint esse communes. Expletis[y] his quae ad generale pertinent praeceptum, nunc operas suas singulis mensibus explicabimus[z], et a mense Ianuario faciemus initium.

d. *celsior sulcus attolli* P. *celsior sulcus attollere* Lugd. I. B. Br. R. E.
e. *dolabra* E.
f. *quod — resecando* om. P.
g. *truncis arb. interseri, quod per sarpam fieri non potest: acus* P.
h. *curvas* om. P.
i. *faculas* P.
k. *tabulatas* Lugd. *tubulatas* E.
l. *silicem persequimur: serr.* Iens. *abscidere* Br.
m. *vuangas* I. B. Br. R. *bangas* P. *bancas* Pal. *vanguas* E.
n. *et asctias* E. Vulgo erat *vel asctias*.
o. *in — rastros* om. P.
p. *aduersa* I. B. Br. R.
q. *vero* om. P.
r. *pelliceas* I. I-G.
s. *ocreis manicas* P.
t. *vel* om. P.
v. *operiet, et* I. B. R.
x. *possunt* E.
y. Verba: *Expletis etc.* ordiuntur sequ. librum Lugd. I. B. Br. R. E.
z. *explicantes a* I. B. Br. R. abesse notat Barth. *explicabo* Laid. omissis reliquis.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS [a].

TIT. I.

Ianuario mense locis temperatis ablaqueandae sunt vites, quod Itali excodicare appellant, id est circa vitis codicem [a] dolabra terram diligenter aperire, et purgatis omnibus velut lacus efficere, vt solis teporibus et [b] imbribus prouocentur.

II. Apricis, aut macris, aut aridis locis prata iam purganda sunt, et a pecore vindicanda.

III. Pingues et sicci agri proscindi et apparari [a] iam possunt. Sed boues melius collo quam capite iungunturq; quos vbi ad versuram venerint [b], arator retineat, et iugum propellat [c], vt eorum colla refrigerentur. Sulcus

VARIETAS LECTIONIS.

Palladii Lib. II. a. *Sine Ianuarius* I. B. R. Semper mensis nomen in titulo librorum est, qui deinde incipiunt; *Hoc mense* etc. quod initium est etiam in Lugd. Leidensis. *Itaque Ianuario mense faciamus initium de ablaqueandis vitibus. Ianuario* cet.

Tit. I. a. *radicem* A. Iunt. G. b. *et imbribus* omitt. Lugd. *vel imbr.* Vinc. qui et antea *de labro* habet.

Tit. III. a. *aperiri* E. Vinc. *arati* Cr. qui addit: *locis aridis. apta* P. b. *veniunt* I. B. R. Br. *mensuram* Vinc.

c. *pertollat* Vinc. VI. 54. *quoque protollat* editio Duac. *in iugum propellens* Cod. Florent. *et iugum propellant, vt corda* Codd. Vaticani teste Pontedera.

cus autem[d] in arationibus longior, quam centum viginti pedum esse non debet[e]. seruandum vero est, ne inter
2 sulcos non mota[g] terra relinquatur. Glebae omnes dolabris[h] dissipandae sunt. Sed aequaliter[i] terram motam esse cognoscis[k], si transuersam[l] per sulcos[m] perticam[n] mittas: quae res saepius facta, bubulcos ab hac negligentia submouebit[o]. Obseruandum est[p], ne lutosus ager aretur, aut, quod[q] saepe fit, post longas siccita-
3 tes leui imbre perfusus. nam terra[r] quae lutosa tractatur[s] in primordio[t], fertur toto anno non posse tractari: quae autem[v] supra leuiter infusa est, et subter[x] sicca, si tunc aretur, asseritur per triennium sterilis fieri. Et ideo[y] mediocriter infusus ager, vt nec lutosus[z] nec aridus sit, proscindi debet. Si collis est, transuersus per latera sulcetur. quae forma tunc[a] seruanda est, cum semen accipiet[b].

IV. Si clemens fuerit hiems, ordeum Galaticum, quod graue et candidum est, circa Idus Ianuarias[a] seramus locis[b] temperatis. octo modiis iugerum[c] complebitur.

V. Ci-

d. *enim — aratione* Vinc. Duac.
e. Cresc. pergit: *Cretosa terra profundius, soluto vero minus profunde aretur. Seruandum* etc.
f. *etiam* Cr. omitt. I. B. Br. R. Lugd. E.
g. *aequaliter mota* I. B. Br. R. *non emota* Vinc. bis.
h. *dol* om. Erf. *vel malleis vel ligonibus* add. Cr. *dissipentur* Vinc.
i. *totam* add. Cr. *Aeg. vero* Vinc.
k. *agnoscis* Cr.
l. *transuersum — mittes* Cr.
m. *sulcos multos aequaliter partitam perspexeris vt non intelligatur vtro vomer ierit* Vinc. VII. 84. sed idem VI. 54. ex h. l. *pertitam videris ita vt non intelligatur vtrum vomer ierit.* In priori loco editio Duac. *sulcos multos aeq. partitam prospexeris.* Etiam Cresc. Lou. *partitam.* Sed etiam Vinc. in tertio loco aliquo vulgatam posuit.
n. *particam quia* etiam Cr.
o. *remouebit* Vinc. VI. 54.
p. *est* om. Palat. Erf.
q. *qui saepe fit* Cresc. Louan. et antiqua mea; sed Basil. omisit *saepe.*
r. *in terra* Vinc. Duac.
s. *aratur* Barth.
t. *principio* P. et Cr. *toto fertur anno tr. non posse* Cr.
v. *vero lev. superinfusa est* Cr. *superius infusa* Cresc. Lou. *leuiter* Vinc.
x. *subtus* Cr.
y. *ideoque* Vinc. Duac.
z. *lutosus sit nec* Cr.
a. *et tunc* Vinc.
b. *accipit* Cr. *accoperit* Vinc.

Tit. IV. a. *Ianuarii* P. F.
b. *seramus et l. temp. octo quoque* Vinc.
c. *iuger* Barth.

V. Cicerculæ[a] mense hoc seritur loco laeto, caelo humido. tres modii iugerum complent. Sed hoc genus seminis raro respondet, quia decipitur austro, vel siccitate dum floret; quod tunc prope necesse est euenire.

VI. Hoc mense vltimo colligendi seminis causa, non pabuli secandi, vicia seritur. iugerum sex modii occupant. Serenda est in terra proscissa post horam secundam vel tertiam, cum ros esse desierit, quem ferre non potest. sed statim cooperienda est ante noctem. nam si nuda manserit, noctis humore corrumpitur. Obseruandum est[a] ne ante vigesimamquintam[b] lunam seratur; quia sic sata a limaces persequuntur.

VII. Foenum graecum in Italia colligendi seminis causa mense Ianuario vltimo circa Februarias Calend.[a] serimus. sex modii iugero sufficiunt[b]. Arandum est[c] spisse, sed non alte. nam si plus quam quatuor digitis obruatur, difficile nascitur. idcirco quidam minimis aratris proscissa prius terra seminant, et sarculis statim sata cooperiunt.

VIII. Eruum[a] seri et hoc mense nouissimo[b] potest loco sicco et macro. in iugero quinque[c] modii seruntur.

IX. Hoc mense serenis et siccis diebus, dum gelicidium[a] non est, sunt sarculanda frumenta. quod opus[b] plerique negant fieri debere, quia[c] radices eorum detegantur aut incidantur, et[d] necentur frigore subsecuto. mihi autem[e] videtur herbosis locis tantum esse[f] faciendum.

Tit. V. a. *Cicerula* E.
Tit. VI. a. *est* om. P.
b. *vigesimam l.* E.
Tit. VII. a. *Kal.* hic et vbiq. Lugd.
b. *ad iugerum sufficient* E. *septem* Vinc.
c. *est* om. P.
Tit. VIII. a. *herum* Lugd. *herbum* l. B. Br. R. E.
b. *vltimo* Lugd.
c. *sex* Barth.
Tit. IX. a. *gelu* Barth. *gelicidia* E. *gelicidia non sunt* Vinc. bis.
b. *opus* omitt. Erf. *quod quidem* Vinc. sed Duac. editio libro VI. *quod quidem.*
c. *eo quod* Vinc. Duac. VI.
d. *aut* P.
e. *autem* om. P. Lugd. E. *vero* Vinc. *Hoc videtur* Barth.
f. *hoc faciendum* Vinc.

dum. Sed triticum et far ſarritur [g] quatuor foliorum, ordeum quinque; faba et legumina, cum ſupra terram
2 quatuor digitis fuerint [h]. Lupinus vero, quia [i] vnam radicem habet, ſi ſarculetur, extinguitur; quod [k] nec deſiderat, quia herbas praeter auxilium cultoris affligit. Faba autem ſi bis ſarculetur [f], proficiet, et multum fructum et maximum afferet [g]; vt ad menſuram modii complendi [h] freſa propemodum ſicut [i] integra reſpondeat. Si ſiccas ſegetes ſarculaueris, aliquid [k] contra rubiginem praeſtitiſti. maxime [l] ordeum ſiccum ſarrietur.

X. Paſtinum fieri nunc tempus eſt: quod fit tribus generibus, aut terra in totum foſſa [a], aut ſulcis, aut ſcrobibus. Terra tota debet effodi, vbi ager immundus eſt [b], vt ſilueſtribus truncis et radicibus filicis, vel [c] herbarum noxiarum ſpatia liberentur. vbi autem mundae ſunt nouales, ſcrobibus paſtinemus aut ſulcis: ſed [d] ſulcis melius erit, quia humorem velut in totum [e] ſpa-
2 tia paſtinata tranſmittunt. Fiunt ergo [f] ſulci tanta [g] longitudine, quantam [h] deſtinaueris [i] tabulae; latitudine [k] pedum duorum [l] et ſemis, vel trium, ita [m] vt iuncti duo foſſores deſignatum linea ſpatium bidentibus perſequantur altitudine trium [n] vel duorum [o] et ſemis pedum.

g. *ſariuntur* Vinc.
h. *eminent* Cr. III.
i. Ita pro *qui* ſcripſi ex Cr.
k. *quod — affligit* om. P.
f. *non affligitur, ſed* inſ. P.
g. *reddit* E. *reddet* P. Lugd. et Cr. Louan. *redditura vt* I. B. Br. R. Barth.
h. *complendi* om. Barth. deinceps *flexa* Creſc. *frixa* Lou.
i. *ſicut* om. P.
k. *et* inſ. Barth. Leid.
l. *maxime ſi* A. Iunt. G.

Tit. X. a. *effoſſa* E. *per totum* Vinc.
b. *non eſt mundus* Creſc. recte Lou.
c. *et* Vinc. *herbis noxiis* Baſil. Creſc.
d. *ſulcis vero* Vinc.
e. *velut in totum* I. B. R. Br. Lugd. Barth. E. Vinc. bis et Cr. edd. tres. Vulgo *humorem in tota ſp.*
f. *autem* Cr.
g. *tanta* om. Cr.
h. *qua* Cr. Voluit *quam.*
i. *decreueris* Erf.
k. *longitudine* Cr. Baſil.
l. *trium pedum vel quatuor* Creſc. *duum et ſemis* Leidenſ. *et* incluſit Commel.
m. *ita — perſequantur* om. Cr.
n. *altitudine vnius pedis in locis humidis vel duorum in locis ſiccis* Cr.
o. *duum ſemis* Lugd. E. *et* incl. Commel.

dum. Deinde si ligonibus[p] per homines vinea colenda
est[q], tantum crudi soli[r] relinquimus, et[s] sic alter sul-
cus imprimitur. si vero arandae sunt vineae, quinque
vel sex pedum spatia, quae non sunt fodienda, in me-
dio relinquemus[t]. Quod si scrobes fieri placeat[v]; fa- 3
ciemus[x] tribus pedibus altas, duobus semis latas, tribus
longas. Siue fossoribus colantur vineta, seu bubus, ea-
dem spatia, quae inter sulcos sunt dicta, seruemus[y].
Vltra tres[z] vero pedes altius fodiendae scrobes non sunt,
ne[a] laborent frigore sarmenta quae pangimus. Latera[b]
scrobibus aequaliter incisa sint[c], ne obliqua[d] vitis sau-
cietur alte nitentibus ferramentis cum fossor incumbet[e].
Pastini[f] vero, quod omne versabitur, trium[g] vel duo- 4
rum semis pedum altitudine terra vniuersa fodietur[h].
in quo est adhibenda[i] diligentia, ne crudum solum frau-
de[k] occulta fossor includat. quam rem subinde[l] custos[m]
virga, in qua praedictae altitudinis modus designatus
est[n], per spatia quae fodiuntur, exploret. Radices[o]
omnes et purgamenta, maxime rubi et filicis, in sum-
mum

p. *ligonibus* addit Cr.

q. *v. colligenda est* Erf. *est col.* Cr.

r. *crudo solo* Cr. recte Lou.

s. *quod altero sulco impresso vitium acies tribus vel quatuor distet pedibus, scilicet tribus in solo exili, quatuor in pingui et tribus et semis in mediocri. Si vero arandae* Cr.

t. *relinquimus* I. B. R. Br. *relinquentur* P. *relinquatur* Cr. *relinquuntur* Louan.

v. *placet* Vinc.

x. *tantum fiant longae quantum vites distare debebunt* Cr. qui multa praeterea addit, quae vide in nota.

y. *seruentur* P. *seruare debemus* Erf.

z. *duos* Cr.

a. *neque pangimus frigore ne sarmenta laborent* Cr. *ne* om. Lou.

b. *in scr.* Cr.

c. *sint* omis. Cr. Basil.

d. *aliqua* Cr. recte Lou.

e. *incumbit* Vinc. et Cresc. sed Lou. *incumbet.* idem *sarmentis.*

f. *Pastino vero omne quod* I. B. Br. R. Lugd. E. *pastinum autem omne quod versetur* Cr. *versabitur* Lou. *pastino vero solum vers.* Vinc. et paulo antea *alta* habet.

g. *duorum pedum alt. vniu. terra fod.* Cr.

h. *altitud. vniuersa fodiantur* E. *fodiatur* Cr.

i. Ita Vinc. Vulgo *quo erit dil. ne.*

k. *occulta fr. fossor* Cr. *fraude cultor occulte* Vinc.

l. *subinde* om. Cr.

m. *per sp. quae fodiuntur cust. exploret virga* P. Cr.

n. *in qua m. est p. al. design.* Cr. *signatur* Vinc.

o. *et radices.*

inum regeri[p] faciat. Quae cura in omni positionis genere et[q] vbique seruanda est.

XI. Tabulas autem pro domini voluntate[a] vel loci ratione faciemus siue integrum iugerum continentes[b], seu medium; seu quartanariam[c] tabulam, quae quartam[d] iugeri partem quadrata[e] conficiet.

XII. Mensura vero[a] pastini haec est, [vt[b]] in tabula quadrata iugerali[c] centeni octogeni pedes per singula latera dirigantur, qui [in[d] se] multiplicati trecentas vigintiquatuor[e] decempedas quadratas[f] per spatium omne complebunt. secundum hunc numerum omnia quae volueris pastinare[g], discuties. Decem[h] et octo enim decempedae, decies et octies supputatae, trecentas vigintiquatuor[i] explebunt. Quo[k] exemplo doceberis in maiore agro[l] vel minore mensuram[m].

XIII. Sed[a] solum vineis ponendis[b] nec spissum sit[c] nimis nec resolutum; propius[c] tamen resoluto[d]: nec exile, nec laetissimum[e]; tamen laeto proximum: nec campestre, nec praeceps; sed[f] potius edito campo: nec siccum nec vliginosum; modice tamen roscidum[g]: nec salsum

p. *reici* Barth. *egeri* Vinc. *redigi* Cr. *rubeti* Vinc.
q. *est vndique seruanda* Cr. *est etiam in omni p. g. serv.* Vinc.
Tit. XI. a. *voluptate* Lugd.
b. *facientes* P. Erf. sed correctum est.
c. *quaternariam* I. B. Br. R. Barth. Pol. Lugd.
d. *tertiam* P.
e. *quadrati* Barth. qui suspicatur *quadratim*.
Tit. XII. a. *vero* deest I. B. Br. R.
b. *vt* om. E. Lugd. I. B. Br. R.
c. *vt* inf. E. Lugd. I. B. Br. R.
d. *in se* om. Lugd. I. B. R. E.
e. *XX et IIII Pedas* Lugd. *et* 24 Pol.
f. *quadrati* P.
g. *pastinorum* Barth.
h. *Nam* 18 *dec.* P.
i. 24 *decempedas* P.
k. *De quo* I. B. R. Br.
l. *agri vel in min. mensura* I. B. Br. R.
m. *mensurare* Barth.
Tit. XIII. a. *Sed* om. P. Cresc. *ad vineas ponendas* Cr.
b. *faciendis* E.
c. *sit* om. Cr. Br.
c. *sit tamen p.* I. B. Br. R. *proprius* P. E. Cr. *proximum* Br.
d. *res. esse debet* Cr.
e. *lentissimum — lento* Erf. et Vinc. sed alibi recte Vinc.
f. *sed — campo* om. Cr.
g. Ita Cr. Vinc. bis. Vulgo *residum*.

salsum nec amarum, quod vitium sapore corrupto vina[h] contristat. Caelum mediocris qualitatis[i], tepidum tamen[k] magis quam frigidum[l], siccum potius quam nimis imbridum[m]. Sed ante omnia vitis procellas ventosque formidat[n]. Ad pastinandum[o] rudes agros potius[p] eligamus, vel maxime silvestres. vltima conditio est[q] eius loci, in quo fuerunt[r] vetusta vineta. Quod[s] si necessitas coëgerit, prius multis[t] arationibus exerceatur, vt abolitis[v] radicibus prioris vineae, et omni eius[x] carie et squalore depulso[y], nouella vitis tutius possit induci. Tofus et alia duriora, vbi gelu relaxantur et 3
solibus, pulcherrimas vineas ferunt, refrigeratis aestate radicibus, et humore detento[z]. Sed et soluta glarea et calculosus ager et mobiles lapides, si[a] tamen haec omnia glebis se pinguibus miscuere[b], et silex, cui[c] terra superposita est, quia frigidus est et humoris tenax, radices aestate sitire non patitur. Item loca, ad quae de cacuminibus terra[d] decurrit, vel valles, quas fluminum saturabit[e] aggestio: sed[f] hoc in iis locis, quae gelū et nebulis infesta[g] esse non possunt. Argillosa[h] terra com- 4
moda

h. *vino consistat* P. *vino contristat* Cr. antiquus meus, et pr. vbi Basil. *vina* habet. *saporem — vino* Louan.
i. *tenuenit esse* add. Vinc.
k. *tamen* om. Cr.
l. *esse debet* addit Cr.
m. *vimbridum* Lugd. *vmbrosum* Cresc.
n. *nimis form.* P. Cr.
o. *praeterea* addit Cr.
p. *rudes agros vel m. s. elig.* Cr.
q. *vlt. est eius conditio in quo fiunt v. vetusta* Cr.
r. *fuerant* Erf. *vetusta* om. Vinc. VI. *fuerint* Vinc.
s. *Qui* Lugd. *Quosi* Vinc. bis habet et Cresc. Louan.
t. *multis* om. Vinc. *exercitantur* Cresc. Louan.
v. *ablitis* Iunt.
x. Ita P. et Cr. Vulgo *earum.*
y. *depulsis* Vinc.
z. *retento* Vinc.
a. *sed* Cr. antiq. meus.
b. *miscuerint* I. I-G. Cr. *miscuerunt* Lugd. E
c. *circum terram suppositus, quia* P. et Cr. *miscuerunt. Silex tamen — suppositа, tenax est* Vinc. qui et alibi *suppositа* habet cum I. B. R. Br. Lugd. Barth. Erf.
d. *aqua* Barth.
e. *saturat* Cr. *saturanit* Lou.
f. *sed — possunt* om. P. et Cr. *haec — nubibus* Vinc.
g. *infecta* Erf.
h. *Arenosa etiam t. aliquando est com.* Vinc. VI.

moda est, argilla autem[i] sola grauiter inimica, et[k] cae-
tera quae in generalibus dixi. nam locus, qui misera
virgulta produxerit, vel vliginosus vel salsus vel amarus
5 vel siticulosus et aridus improbatur[l]. niger sabulo et
rubeus[m] vtilis est, sed[n] cui fortis terra permissa est.
carbunculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. in
rubrica difficilius[o] comprehendunt, quamuis postea nu-
triantur[p]. sed[q] hoc genus terrae operibus inimicum est,
quia paruo[r] vel humore vel sole aut[s] nimis madescit
aut siccatur[t]. At[v] maxime vtile solum est, quod inter
omnes nimietates temperamentum tenebit[x], et raro
6 proximum, quam denso fuerit. Plagam[y] caeli vinea
spectare debet locis frigidis meridianam[z], calidis septen-
trionalem, tepidis orientem; si tamen Austros vel Eu-
ros regio non habeat inimicos. quod si hoc est[a] vitium,
melius in Aquilonem vel Fauonium vineta dirigimus.
7 Sed[b] locus qui pastinandus est, prius impedimentis et
omnibus (elisis[c]) liberetur arboribus, ne[d] post calcatu
assiduo terra effossa solidetur. Si[e] campus est, duobus
semis pedibus[f] pastinetur; si cliuus, tribus; collis prae-
ruptus

i. *autem* om. Vinc. *sed arg. sola* Gresc.
k. *et cet.* — *approbatur* om. Cr.
l. Ita Vinc. *reprobatur* A. Iunt. G. Vulgo *approbatur*.
m. *rubeus* I. I. G. Erf.
n. *sed* om. Cr. *sicubi* Vinc.
o. *difficile* Cr. Vinc.
p. *in ea* add. Cr.
q. *at* Vinc. VI. *sed hoc t. g. est valde op. inim.* Cr.
r. *quia pastino vel hum.* E. *paruo humore nimis madescit, et paruo solo nimis durescit* A. Iunt. G.
s. *aut* addidi ex Cr. *vel* addit Pol.
t. Ita Cr. Vulgo *dura est*. Praeterea Cr. *nimium mad.* recte Lou.
v. *Ideoque maxime* Cr. *Maxime vero* Vinc.
x. *tenet, raroque quam condenso proximum est* Vinc. vbi Duac. editio *denso* habet. *et proximius fuerit raro quam depresso* Cr. *denso* omisso *fuerit* Lou.
y. *Praeterea est sciendum, quod in locis frigidis et in montibus a meridie vineta ponenda sunt, calidis a septentrione, temperatis ab oriente, vel si necesse fuerit ab occidente, vt hac industria excellens qualitas temperetur* Cr. IV. 5.
z. *meridionalem* Vinc.
a. *ibi* addit Vinc. *inimicos. tunc melius in Aq.* Vinc. alibi.
b. *Locus quidem q. p. erit* Cr.
c. *elisis* om. P. *impedimentis et in om. lib. arbor* Cr. antiq. meus. *et in* om. Basil.
d. *quae fossa terra post* Cr. antiq. meus, vbi Basil. *ne* habet. *fossa* etiam Vinc. bis.
e. *Si* — *effodiatur* om. Cr.
f. *passibus* E.

ruptus quatuor, ne [g] citius terra decurrat; vallis vero duobus [h] pedibus. Sed ager vliginosus, qui humores altius fossus eructat, sicut Rauennatis soli, non [i] amplius quam [k] in pedem semis effodiatur. Illud [l] experimen- 8
tis assiduis comprehendi [m], vites melius prouenire, si vel statim fossae terrae [n], vel non longe ante [o], pangantur, cum tumor pastini nondum repetita soliditate subsedit [p]. Haec quoque [q] in faciendis sulcis [r] et scrobibus approbaui, maxime vbi mediocris est terra.

XIV. Mense Ianuario lactuca serenda est, vel Decembri, vt planta eius Februario transferatur. itemque [a] Februario seritur, vt possit Aprili mense transferri. Sed certum est eam toto anno bene seri, si locus sit laetus, stercoratus, irriguus. Antequam pangatur, radices eius resecemus aequaliter, et liquido fimo linamus [b]: (vel [c]) quae iam pactae [d] sunt, nudatae laetamen accipiant. Amant solum subactum, pingue, humidum [e], stercoratum. Inter has herba [f] manu euellenda [g] est, non sarculo. Latior [h] fit, si rara ponatur, vel cum producere incipiet [i] caulem, eo leuiter [k] inciso gleba prematur [l] aut testa. candidae fieri putantur, si fluminis arena vel litoris frequenter spargatur [m] in medias, et collectis ipsae foliis alligentur [n]. Si vitio loci vel temporis vel 3
seminis cito lactuca durescit, planta eius auulsa et denuo

g. *ne — pedibus* om. Pol.
h. *ad pedem et semis vel duobus* Vinc.
i. *non in* I. B. R. Br.
k. *quam pede* P. *et semis effoditur* Vinc. sed alibi *quam pedem semis effoditur*.
l. *Illud quidem* Cr.
m. *compertum est* Cr.
n. *terrae* om. Erf.
o. *post* Cr. Bas.
p. *subsidit* Cr. excepta Louan.
q. *Hoc quoque* Erf. *et hoc quidem in sulcis et scrobibus est probatum* Cr.
r. *sulcis* om. Pol.
Tit. XIV. a. *Item* Febr. Erf.
b. *lingamur* P. *liniamus* I. B. Br. R. E. Leid.
c. *vel* om. P. igitur inclusi.
d. *panctae* I. B. R. Br.
e. *humiditer* Barth.
f. *herbas* I. B. R. Lugd.
g. *vellenda* E. Vinc. bis.
h. *laetior* Barth.
i. *incipiet* om. P.
k. *leuiter* P.
l. *ponatur* P.
m. *portetur* Vinc.
n. *colligantur* Vinc.

posita tenteritudinem consequetur[o]. Item multis seminibus condita nascetur, si caprini stercoris baccam[p] subula subtiliter excauaueris, et in ea semen lactucae, nasturcii[q], ocimi, erucae, radicis immiseris, et[r] tunc inuolutam fimo baccam terra[s] optime culta, breui scrobe demerseris. raphanus nititur[t] in radicem. caetera semina in summo, lactuca pariter emergente[v], prosiliunt,
4 singulorum sapore seruato. Alii[x] hoc ita assequuntur: Auulsae lactucae folia carpunt, quae radicibus iuncta sunt, et in eisdem gradibus surculo punctis[y], praeter raphanum[z], semina supradicta deponunt, ac fimo adlinunt[a]. Sic obruta iterum lactuca praedictorum seminum caulibus ambietur. Lactuca[b] dicta est, quod ab-
5 vndantia lactis exuberet. Hoc mense nasturcium constat et[c] omni tempore esse ponendum, loco quasi placebit, et caelo: fimum non desiderat: humorem quamvis diligat, tamen deesse non curat. Si cum lactuca seratur, nasci fertur egregie[d]. Et nunc et mensibus quibus volueris et locis, erucam serere nil[e] moreris. Hoc[f] etiam mense caules et toto anno seri possunt, sed melius aliis quibus adscriptum est. Hoc etiam mense allium et[g] vlpicum bene seritur[h]: sed[i] allio alba terra proficiet.

XV. Mense Ianuario, Februario et Martio locis frigidis, calidis[a] vero Octobri et Nouembri sorba seruntur egre-

o. *exequetur* P.
p. *bacam* Cresc. Louan.
q. *nastatio, eruc.* P.
r. *et* om. I. B. Br. R. Erf. Vinc. *inuoluta — bacam* Cresc. Louan.
s. *terrae opt. cultae* Lugd. Erf. Cresc.
t. *nititur* om. Vinc. *vertitur* Cr. Louan.
v. Ita pro *mergente.* Vinc. et Cr. editt. tres.
x. *Alii — lactis exuberet* omittit Pol.
y. *punctis* I. B. Br. R.
z. *raphani* Vinc.
a. *allinunt* Erf. *oblinunt* Vinc.
b. *Lactuca — exuberet* omitt. cum P. etiam Barth. sed habet Isidorus Orig. XVII. c. 10. Inclusit cum Commel. Gesner.
c. *et ex* I. B. R. Br.
d. *aegre* Vinc.
e. *non* Pol.
f. *Hoc — adscr. est* om. Barth.
g. *et vlpicum* om. P.
h. *bene seratur* Erf. probante Ernesti.
i. *cui alba* I. B. R.
Tit. XV. a. *calidis vero* omitt. Pol.

egregie, ita vt[b] matura in seminario ipsa poma pangantur. Ego expertus sum multas arbores ex pomis sponte progenitas et in crescendo et in ferendo extitisse felices. Plantas etiam siquis ponere voluerit, habebit arbitrium, 2 dummodo calidis locis mense Nouembri, temperatis Ianuario vel Februario, frigidis Martio inclinante[c] disponat. Amat loca humida[d], montana et frigidis proxima, et[e] solum pinguissimum: cuius indicium certissimum facit, si frequens vbicumque[f] nascatur. Planta est transferenda robustior; scrobem desiderat altiorem, et spatia largiora[g], vt, quod illi maxime[h] prodest, a ventis frequentibus agitata grandescat. Si vermes 3 patietur[i] infestos, qui in ea rufi ac pilosi solent medullae interna sectari[k], aliquos ex his sine[l] arboris iniuria detractos, vicino crememus incendio. creduntur hoc genere[m], vel fugere vel perire. Si minus ferre coeperit, tedae cuneus eius radicibus inseratur, vel circa partem vltimam fossa facta cumulo ingesti[n] cineris adaequetur. Mense Aprili[o] sorba inseruntur in se[p], in 4 cydoneo[q], in spina alba, vel in trunco, vel cortice. Sorba seruantur hoc genere[r]: Lecta duriora, ac posita, vbi mitescere coeperint, fictilibus vsque ad plenum

 clau-

b. *et natura* P. *maturata* Cr.

c. *inclinante* omitt. Cresc. Basil. sed antiqua mea *climate* haber.

d. *humida* omitt. Pol. *humida et proxima frigida et in montanis vel montibus proximis locis magis quam in vallibus et remotis a montibus delectatur* Cr. Bas. sed antiqua mea: *proxima fri.* (sic) — *vallibus remotis.*

e. *et* omitt. Br. Lugd. E. *sol. p. desiderat* Cr.

f. *vbique* Lugd. *quod in huiusmodi locis frequentes videntur nasci* Ct. Basil sed antiqua mea: *si frequens vbicunque nascatur.*

g. *latiora* Erf. *longiora* I. 1 - G. Vinc. Cr.

h. *maxime* omitt. I. B. Br. R.

i. *patiatur* Cr. *aut pilosi* Cr.

k. *interiam medullam secare* Cr. *medullae insectari* Vinc.

l. *ab arbore detractos* Cr. Basil. sed antiqua: *absque arbore detractos iniuria.*

m. *quo genere alii cred.* Cr.

n. *ingenti cineres adaequentur* E. Verba *Si minus — adaequ.* omisit Cresc.

o. *vel vltimo Martii* addit Cr.

p. *in se* omitt. Barth. Cresc.

q. *in citonia spinam albam, licet in ea parua proueniat, sub cortice et in trunco vel vt puto etiam in piro et in malis competenter inseri potest* Cr. sed antiqua mea: *spina alba.*

r. *hoc modo* Cr.

clauduntur[a] vrceolis, gypso desuper tectis, et[t] bipedanea scrobe loco sicco sub sole merguntur ore peruerso, et desuper spissius terra calcatur. Item secta per[v] partes[x] siccantur in sole, et seruantur in vasculis in hiber-
5 num[x]. Cum voluerimus vti, aqua seruenti macerata reuirescunt[y] sapore iucundo. Aliqui cum[z] pediculis suis viridia secta suspendunt[a] locis opacis et siccis. Item[b] ex sorbis maturis sicut ex piris vinum fieri traditur et[c] acetum. Alii[d] sorba in sapa asserunt diu posse
6 seruari. Amygdalus seritur Ianuario et Februario, item locis calidis Octobri et Nouembri, semine et plantis, quae de maioris[e] radice tolluntur. Sed in hoc genere arboris[f] nihil vtilius est quam seminarium facere. Fodiemus[g] ergo altam[h] pede vno semis aream, in qua obruemus amygdala, non amplius quatuor digitis[i], ita vt cacumina figamus in terra spatio inter se binorum
7 pedum[k] separata. Amant agrum durum, siccum, calculosum, caelum calidissimum[l], quia mature[m] florere consueuerunt. ita statuendae sunt[n] arbores, vt ad meridiem spectent. Cum in seminario adoleuerint, relictis ibi quae spatio sufficiant plantis, alias transferemus mense Februario. Sed ipsa amygdala ad ponendum et noua lega-

a. *clauduntur* Lugd. Cresc. *claudantur* reliqui.

t. *et in — mergentur* Cr.

v. *tres* addunt Crescentii editt. tres. *scissa per medium* Albertus.

x. *ad hibernum* Erf. *in vas. in Mb.* omisit Cr. et pro iis habet: *vel per medium diuisa siccantur, cum vero vales vti.*

y. *reuiuiscunt* Erf. Cresc. editt. tres.

z. *tamen pendiculis* Cr.

a. *supponunt* Cr.

b. *Item* omis. Cr.

c. *et* omitt. Pal. *vinum fit* reliquis omissis Cresc.

d. *Alii — seruari* om. Pal. Cr.

e. *matris* Cr. Louan.

f. *arboris* omitt. Cr.

g. *Faciemus* I. B. R. *Formemus seu fodiemus* Cr.

h. *altam* omitt. Erf. *sesquipede aream vel secundum Albertum duobus pedibus* Cresc. Bas. sed antiqua mea cum Louan. *vno semipede.*

i. *alta* addunt I. B. R. Br. *digitorum, ita quod cacumina* Cr. *digitis* Lou. *digitis alta cacumina tamen* Vinc. *cacumina* etiam I. B. R. E. Vulgo *acumina.*

k. *vel vnius solummodo* Cresc.

l. *et* infer. A. I. I. G.

m. *maturae* I. B. R. Br.

n. *sunt vt arbores* A. Iunt. G. Victor.

legamus et grandia [o], quae antequam ponamus [p], pridie [q] mulsa [r] aqua, ita vt ne nimis, maceremus, ne germen extinguat ex multo melle [s] mordacitas. Alii [t] prius 8
simo liquido per triduum nuces eas macerant: deinde [v] die et nocte esse patiuntur in mulsa, sed quae suspicionem tantum possit habere dulcedinis. Cum in seminario amygdala disponimus [x], si siccitas intercesserit [y], ter in mense [z] rigemus, et herbis nascentibus [a] circumfodiendo saepe purgemus. Terra seminarii laetamen habere debet admistum [b]. Spatia inter arbores viginti aut vigintiquinque [c] pedum dedisse sufficiat. Putandae 9
sunt Nouembri mense, vt superflua et arida et densa tollamus. Seruandae sunt a pecore; quia, si rodantur [d], amarescunt. Circumfodi [e] non debent quoties florent, quia inde flos eius excutitur. In vetustate plus affert [f]. Si ferax non est [g], tedae cuneum terebrata radice mergamus, vel silicem sic inseramus, vt libro [h] tegente claudatur. Locis [i] frigidis, vbi metus est de 10
pruina, Martialis dicit hoc remedio subueniri: Ante-

o. *grandia seu grossiora legamus et noua non minus grossam testem habentia* Cr. antiqua mea, sed Bas. omisso *seu grandiora* habet *nimis*.

p. *ponimus* I. B. Br. R. *ponamus in mulso maceremus multum aquata ne* etc. Cr.

q. *pridie* omitt. P. Cr.

r. *aquata nimis mulsa macer.* I. B. R. Br. Lugd. Pal. Erf. Vinc. *mulsa maceremus nimis aquata* Cr. Louan.

s. *ex mulso melle* Erf.

t. *Alii eas nuces* Cresc.

v. *demum stare* Cr. recte Lou.

x. *Cum vero in s. disposita erunt* Cresc.

y. *interuenerit* Cr. editt. tres *intercessit* Lugd.

z. *conuenienti aqua* addit Cr.

a. *herbis circumstantibus saepe purgantes* Cr.

b. *cui etiam multum proderit si sabulum admisceatur, vt terra sit soluta et mollis* addit Cr. vbi Lou. *etiam misceatur*.

c. *quindecim pedibus* Lugd. E. Vinc. Br. Cr.

d. *si rodentur* Cresc. *Praeterea accidit eis si rodantur quod fiunt fructus eorum amari, ideo plurimum sunt a pecore seruandae* Cresc.

e. *Qui circuf.* Palat. *Tempore autem florum non fodiantur, quia flos eius facile fossura excutitur et idem dicit* Cr.

f. *Haec arbor hoc habet proprium quod in senectute plus fructificat* Cr.

g. *Si non feraces vero sunt — immergamus seu inngamus* Cr. *mergamus* solum in Lou. *immergamus* etiam Vinc.

h. *cortice* Cr.

i. *Item cum timetur ne plunia seu pl. sen.* om. Lou. *pruina laedantur* Cresc.

quam floreant[k], radices nudantur[l], et albi lapides minutissimi missi arenis congeruntur[m], et vbi iam[n] tutum videbitur vt debeant germinare, effossi iterum lapides
11 submouentur[o]. Teneras nuces amygdalus creabit (vt dicit) si ante florem radicibus ablaqueatis per dies aliquot calida aqua ingeratur[p]. Ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite tribus digitis a radice fiat cauerna, per quam noxium[q] desudet humorem, vel medius truncus terebretur, et cuneus ligni melle oblitus[r] imprimatur; vel [si[s]] circa radices suillum stercus affundas.
12 Amygdala ad legendum maturitatem fatentur, cum fuerint spoliata corticibus. Haec sine cura hominis seruantur in longum. Si difficulter corium dimittent[t], paleis obruta continuo relaxabunt. Item[v] decoriata si aqua marina lauemus aut salsa, et candida fiunt, et plurimum durant. Mense Decembri et[x] Ianuario circa Idus amygdalus inseritur: locis vero frigidis et Februario: si tamen[y] surculos colligas et condas antequam
13 germinent. Vtiles sunt, qui de summitate sumuntur. Inseruntur et sub cortice et in[z] trunco. Inseruntur in se et in persico[a]. Graeci asserunt nasci amygdala scripta[b], si aperta testa nucleum sanum tollas, et in eo quodlibet scribas, et iterum clausum[c] luto et poreino
14 stercore inuolutum reponas. [Tit. XVI.] Nucem [iuglan-

k. *floresçant* E.

l. *nudentur* E. *radices earum nudentur* Cr. *mundantur* Vinc.

m. *congregentur* Erf.

n. Ita I. B. Br. R. Vinc. *iam dudum* Palat. Vulgo erat *vbi iam tempus.*

o. *submoneantur* Erf. Cr. deinceps *oblaqueatis* Cresc. Louan.

p. *inforatur* Cresc. Pal. *irrigatur* Vinc.

q. *noxius humor exsudet* Pal. Cr.

r. *oblinitus* Cresc. recte Lou.

s. *vel si etiam circa r. ouis sterens aut parui suis infundas vt Palladius ait.* Cr. sed Lou. omisso *etiam* habet eius *sterens suis parui. effundas* Vinc.

t. *amittant* Cr. *dimittant* Lou.

v. *decoriata autem — salsa lauentur, candida fiunt et duratura sed et sine industria aliqua vel cura seruantur in longum, si fuerint exsiccata* Cr.

x. Ita Erf. Cr. Vulgo *vel.*

y. *si surculos colligis et condas* Cr. *colligis et condias* Louan. Vulgo h. l. *surculos condias antiq.* Cresc. Louan. deinceps *gemment.*

z. in omitt. Vinc.

a. *et in pruno* addit Cr.

b. *scripta* om. P.

c. *clausum* inserit Barth.

glandem [r]] feremus extremo Ianuario vel [s] Februario. Amat loca montana, humida et frigida, plerumque lapidosa. potest tamen et locis temperatis iuuante humore nutriri. Serenda est nucibus suis eo more, quo (et [t]) amygdala feruntur, et iisdem mensibus. sed [v] quas Novembri [x] mense disponis, aliquatenus in [y] sole siccabis, vt exsiccetur [z] noxium virus humoris. Quas vero mense Ianuario [a] vel Februario positurus es, aqua simplici pridie macerabis. Ponemus [b] autem transuersas, vt latus id est carina ipsa figatur in terra. cacumen ipsum, cum ponimus nucem [c], in aquilonis partem dirigemus. Lapis subter [d] vel testa ponenda est, vt radicem non simplicet sed repercussa respergat [e]. Laetior fiet, si saepius transferatur. in frigidis locis bima in calidis trima transferri debet. Radices plantarum, sicut in aliis arboribus solemus, in hoc [f] genere resecare non debes [g]. Fimo bubulo ima planta tingenda est. sed melius cinis [h] spargetur in scrobibus, ne calore stercoris aduratur: nam cinis creditur vel corticis [i] teneritudinem procurare, vel fructuum densitatem [afferre]. Altis [k] scrobibus de- 15 16 17

[Tit. XVI.] r. *iuglandem* om. I. B. Br. R. Barth. E. Cresc. Vinc.

s. *vel Febr.* deest P. Cr. Vinc.

t. *et* om. Cresc. Erf. hinc inclusi. antea *modo* Cresc. sed recte Louan. deinceps *hisdem* Brusch.

v. *Sed* om. Pol. *Si quas* I. B. Br. R.

x. *mense* om. P. Cresc. deinceps *deponis* Vinc. bis. *disponas* Cresc. Lou.

y. *in* om. Cresc.

z. *efficcetur* Br. *exuatur* Erf.

a. *Ianuarii Februarii* Cresc. princeps antiq. Louan.

b. *Ponentur.* P. *ponentur autem transuersae vt latus eiecto cacumine, id est ipsa carina figatur in terram, cacumen ipsum cum in seminario vel alibi nucem componemus ad partem dirigemus aquilonis. Lapis subtus* Cresc. recte Louan.

c. *nucem* om. Vinc.

d. *subtus* V. Cr.

e. *dispergat* Vinc. alibi *dispergatur.*

f. *hac resec.* P. et Cresc. Louan. *hoc res.* Cresc.

g. *laetior fiet si saepius transferatur, fima bubulo planta est obdenda* Cr. sed antiqua mea et pr. *bubulo vna planta mittenda est.* Lugd. et Cresc. Louan. *tangenda.* Vinc. *cingenda.* Louan. Cresc. recte *iuua* habet.

h. *in locis frigidis et sabulum in calidis* inf. Cr. *spergetur* Louan.

i. *nam et cinis — corticem et ten.* omisso *afferre* Cr. *corticis eius* Lou. *et fructum dempsitatem* Pol. *afferre* om. etiam Pol. Lugd. Barth. Vinc. bis.

k. *A. sc. pr. a. m. defodi quaerit, int. maioraque des.* Vinc.

lectatur pro arboris magnitudine, et desiderat interualla maiora[l], quia stillicidiis foliorum suorum proximis vel sui generis nocebit arboribus. Debet aliquando circumfodi, ne caua[m] fiat vitio senectutis: [quae[n] si vitietur,] canalis longus a summo trunco ad imum debet excudi[o]: sic[p] beneficio solis et venti durescunt, quae in putredi-
18 nem transibant. Si dura nux erit[q] vel nodosa, cortex circumcidendus erit, vt vitium[r] mali deducat humoris. Alii radicum summa praecidunt: alii terebratae radici palum de buxo imprimunt, vel cuprinum clauum vel ferreum[s]. Si[t] Tarentinam facere volueris, solam nucis carnem lana propter formicas obuolutam in seminario debebis obruere. Si ferentem iam in[v] hoc genus velis mutare, lixiuo per annum continuum ter rigabis in mense. Cortex in nuce dimissus maturitatis indicium
19 est, qualis debet et poni. Nuces[x] seruantur vel paleis obrutae vel arena vel foliis suis aridis, vel arca ex ligno suo facta inclusae[y], vel caepis mistae, quibus hanc vicissitudinem reddunt, vt eis acredinem tollant. Martialis [asserit[z], et] expertum se ait, virides nuces tantum liberas[a] putaminibus suis melle demergi, et[b] post annum

l. *scilicet 40 vel 50 pedum ad minus* Cr.

m. *vacua* P.

n. inclusa om. Br. P. Lugd. B. Erf. Cr. Vinc. sed Cresc. habet *et longus*.

o. *excludi* suprasc. *excindi* Erf. *extendi seu excuti* Cr. antiqua mea. sed Bas. omisit *seu excuti* recte Lou. Vinc. *excidi*.

p. *vt* Cr. deinde *durescant*.

q. *fuerit* E. post *nodosa* addit Cr. *strictu, vt inde nucleum facile auferri non possit*.

r. *vicinum* Pol et Cr. antiqua editio. recte Lou. addens *tendem. desutiat* Vinc.

s. *praescindunt — aut ferreum figunt. sed ea inutilia puto et omni ratione carere* Cr. recte Lou. *palum* om. Pal.

t. *Si T. — et poni* om. Pal.

v. *in* om. deinde *lixiuio* Vinc.

x. *si nuces facere volueris varenis obrues vel foliis* etc. P. *Reliquas autem electas seruare quas in arena seruandas obrues vel foliis — vel in arca — includes* Cr. *arena — includas* Lou.

y. *includes vel cepis miscebis vt eis etiam acredinem tolli* P. *vel cepis miscebis quod etiam eis acredinem tollitur*. sed antiqua mea: *acredine tollit*. B. R. *caepis* Iunct. *coepis* et Vict.

z. inclusa omitt. P. Lugd. E. Cr. Vinc. bis. Br. Asc.

a. *liberatas* Lugd. E. Vinc. *vt virides n. p. suis liberatas in melle* Cr.

b. *et — fieri* omitt. antiqua mea Cresc.

annum virides esse, et ipsum mel ita[c] medicabile fieri, vt ex eo facta[d] potio arterias curet et fauces. Inseritur, vt plerique [asserunt[e],] mense Februario in arbuto[f] sed melius in trunco, vt aliqui, et in[g] pruno vel[h] in se. Hoc mense tuberes[i] inseruntur cydoneo. Nunc locis temperatis Persicorum ossa ponuntur. Et inseritur eadem Persicus in se, in amygdalo, in pruno: sed pruno Armeniaca[k] inseremus et praecoqua. Nunc etiam prunus inserenda est antequam gemmmet[l], in se et [in[m]] persico. Et cerasus opportune inseretur agrestia.

XVI. Hoc mense (sicut Columella dicit) maturi agni et animalia omnia minora atque maiora characere[a] signentur. Hoc tempore lardi, echini salsi, raporum condiendorum et pernarum iusta confectio est.

XVII. Hoc mense ex baccis myrti[a] oleum conficies hoc modo: Vnciam[b] foliorum per olei libram vnam mittes, et per vncias x vini veteris styptici heminam, et cum oleo[c] bullire facies. Idcirco autem[d] vino respargentur[e] folia, ne[f] frigantur antequam decoquantur[g].

XVIII. Item eisdem baccis vinum myrtite[a] sic facies: In vini veteris sextariis vrbicis x mittis grana myrti confracta sextarios[b] vrbicos III, quae sint decem et

c. *ita* om. Cr. Basil.
d. *facto et* Cr. Basil.
e. *volunt* Vinc. om. Pal. Lugd. I. B. R. E. Br.
f. *arbusto* E. *Inseritur autem in se in trunco Februario mense vt in pruno vt ait Albertus* Cresc.
g. *in pruno vel* om. I. B. R. Br.
h. *et* A. Iunt. G.
i. *tuberes* Brusch.
k. *pruno in medio* E. deinde *insertinus* Br.
l. *germinet* I. B. Br. R.
m. *in* deest I. B. Br. R. E.
Tit. XVI. a. *caractere* Br.

Tit. XVII. a. *myrtae* Barth. R.
b. *Per olei libram vnam mittis foliorum vncias decem et per vini stryptici veteris heminam* Barth.
c. *eo* Vinc.
d. *et vino* Vinc.
e. *respergentur* a. V. *respergunntur* Vinc. *Iocirco* Br.
f. *frangantur* Vinc. *vt refrigerentur* P. *ne refrigerentur* Erf.
g. *decoquant* Barth.

Tit. XVIII. a. *myrti fit hoc modo* Vinc. Duac. XIV. 138.
b. *sextarios vrbicos* 3. om. P.

OF NATURAL HISTORY

et nouem diebus infusa. Postea expressis myrti[c] granis colabis, et[d] in eo vino modium croci scrupulum et folii vnum scrupulum mittis, et ex mellis optimi decem libris omnia temperabis.

XIX. Item [ex[a]] lauri baccis oleum conficietur hoc modo: Lauri baccas quam plurimas et maturitate turgentes in aqua calida bullire facies: et vbi diu[b] ferbuerint, olei, quod ex se dimiserint, supernatantis vndam pennis leuiter cogentibus in vasa transfundes.

XX. Lentiscini[a] etiam olei matura confectio est, quae fit taliter: Grana matura lentisci quamplurima colliges[b], et vna die ac nocte supra se aceruata esse patieris. deinde sportam granis eisdem plenam cuicunque[c] vasculo superpones[d] et[e] calida adiecta calcabis, et exprimes[f]. tunc ex eo humore, qui defluxerit, supernatans oleum lentiscinum sicut laurinum colligetur[g]. Memento autem (ne rigore possit astringi) aquam calidam saepe suffundere[h].

XXI. Gallinarum partus foecunditatem repetit hoc mense post brumalem quietem; et incipiunt ad educandos pullos oua supponi.

XXII. Hoc etiam mense caedenda materies[a] est ad fabricam, cum luna decrescit, et ridicae[b] vel pali faciendi.

XXIII.

c. *myrti granis* om. P.
d. *bacchis et* P.
Tit. XIX. a. *ex* om. E.
b. *din* om. F.
Tit. XX. a. *Lentisci* Lugd.
b. *colligis* a. V. et Erf. deinde *et in vna* Br.
c. *circumquaque* Vinc.
d. *superponis* a. V. *supponis* Erf. *superponas et aqua calida* Vinc.
e. *et calida — exprimes* om. I. B. R. Br.
f. *exprimis* Erf.
g. *laurinum colligitur* Erf.
h. *superfundere* P. *fundere* Lugd.

Tit. XXII. a. *materia* I. I - G. E.
b. *ridicae vel* om. P. *redicae* E. *ramicesque* Vinc. bis. *etiam sunt faciendi* Idem.

XXIII. Hic mensis in horarum spatio cum Decembri mense conuenit, quarum sic mensura colligitur.

Hora	I	et	XI	pedes	XXIX
Hora	II	et	X	pedes	XIX
Hora	III	et	IX	pedes	XV
Hora	IV	et	IIX	pedes	XII
Hora	V	et	VII	pedes	X
Hora	VI			pedes	IX

Tit. XXIII. a. *XVIII.* I. B. R. Br.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

DE

RE RVSTICA

LIBER TERTIVS.

TIT. I.

Februario [a] mense locis temperatis prata incipient [b] custodiri, quae [c] prius, si macra sunt [d], sparso laetamine saturentur, quod eiiciendum est luna crescente. Quanto recentius fuerit, tanto plus nutriendis herbis valebit, quod a superiori parte fundatur [e], vt succus eius per totum possit elabi.

II. Locis tepidis, aut si clemens tempus et siccum fuerit, colles pingues vel [a] hoc mense proscinde.

III. Hoc mense [a] serendum omne trimestrium [b] genus.

IV. Hoc etiam mense lenticulam seres solo [a] tenui et resoluto, vel etiam pingui; sed sicco maxime: quia luxuria et humore corrumpitur. vsque ad duodecimam lunam bene [b] seminatur, quae vt cito exeat atque grandescat

VARIETAS LECTIONIS.

Palladii Lib. III. *siue Februarius* Tit. I. a. *Hoc* Lugd. I. B. Br. R. E. *Febr. mens.* *Hoc mense* Leid. et sic in reliquis. Vid. ad princip. Ianuarii.
b. *incipiunt* Vinc. VI. 64.
c. *et a prius* Vinc. sed alibi recte.
d. *sint* Vinc. Duac. VI. 64.
e. *fundetur* I. I - G.

Tit. II. a. *vel* deest P. Barth.

Tit. III. a. *vltimo inf.* Barth.
b. *trimens.* Lugd. *trimestre* Erf. Vinc.

Tit. IV. a. *loco* P.
b. *bene* om. P.

descat, prius cum simi ariditate miscenda est: atque vbi ita requieuerit quatuor diebus aut quinque, tunc spargitur. Iugerum modii vnius semen implebit. Hoc etiam mense cicercula seritur, loco et modo quo ante descripsi.

V. Hoc mense vltimo cannabum seres[a] terra pingui, stercorata, rigua, vel[b] plana atque humida et altius subacta. In[c] vno pede quadrato sex eiusdem seminis grana ponuntur.

VI. Nunc ager qui accepturus est medicam (de cuius natura, cum erit serenda, dicemus) iterandus est, et purgatus lapidibus, diligenter occandus[a]. Et circa Martias Cal. subacto sicut in hortis solo[b], formandae sunt areae latae pedibus x, longae pedibus quinquaginta, ita vt eis aqua ministretur, et facile possint [ex[c] vtraque parte] runcari[d]. Tunc iniecto[e] antiquo stercore in Aprilem mensem reseruentur paratae.

VII. Hoc mense toto eruum[a] adhuc seri[b] potest; quia Martio serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat, et boues reddat insanos[c].

VIII. Nunc pomis et vitibus vetus vrina si affundatur, et numero fructuum[a] praestat et formae: cui proderit vt amurcam misceamus insulsam, maxime in oleis: sed hoc frigidioribus diebus antequam feruor incipiat[b]. Etiam nunc ordeum galaticum, quod graue et candidum est, seretur locis frigidis circa Martias Calendas.

IX.

Tit. V. a. *seris* I. B. Br. R. E.
b. *vel* om. Codex Vlitii ad Gratii vers. 46.
c. *In vno — ponuntur* om. P.
Tit. VI. a. *curandus* I. B. Br. R. *caecandus* Lugd. Vulgatum *purgatis* correxi cum Gesnero.
b. *sicut maris est solo* E.
c. *ex vtraque parte* om. I. B. R. Br.
d. *rigari* Barth.
e. *ingesto* Barth.
Tit. VII. a. *herbū* Lugd. I. B. Br. R.
b. *serendū est: quia* P.
c. *insanandos* Lugd.
Tit. VIII. a. *fructum* Lugd. et Ascens.
b. *incipiet* Br.

IX. Hoc mense omnia genera pastinati soli, seu sulci seu scrobes vitibus compleantur. Natura[a] autem vitis caelum omne solumque sustentat, si genera con-
2 venienter aptentur. Plano igitur loco statues[b] vitem, cuius[c] genus nebulas[c] sustinet et pruinas; collibus[d], quod siccitatem durat[e] et ventos; pingui agro graciles atque infoecundas[f]; macro feraces et solidas; denso[g] validas atque frondosas; frigido et[h] nebuloso, quae hiemem celeri maturitate praeueniunt, aut quae[i] duris acinis inter caligines securius florent[k]; ventoso[l] stabiles[m] et tenaces; calido[n] grani tenerioris et humidi[o]; sicco[p] eas, quae pluuias ferre non possunt: et ne multa dicamus[q], eligenda sunt genera, quae professione[r] vitiorum suorum contraria loca diligunt iis, in quibus durare non poterunt[s]. Placida sane regio et serena tuto[t]
3 genus omne suscipiet. Vitium genera numerare non attinet. sed notum est, maiores vuas pulchrae speciei, grani callosi et siccioris, ad mensam; feracissimas[v] vero et cutis tenerioris, et sapore nobiles, et maxime quae
4 citius defloresçunt, vindemiis esse seruandas. Loca natu-

Tit. IX. a. *Loca naturam vitibus saepe mutant, et ideo earum genera frequenter aptentur* Cr. IV. 5.

b. *statim poni debet vitis* Vinc. VI. *statui* om. Leid.

c. *quae* Cr. *nebulam* Lugd.

d. *collibus autem quae* Vinc. sed alibi *quod ad sicc.* habet *quae per sicc.* Cresc. Basil. sed antiqua *per* omisit.

e. *durat* om. Cr. Louan. *tolerat* Vinc. VI. vbi post *ventos* inserit *statuas.* Cresc. *ventos non timent* omittit tamen Louan.

f. *foecundas* Lugd. Erf. Barth. Vinc. Br. bis et Cr. edd. tres.

g. *denso — frondosas* om. Cr.

h. *nec nebul.* Vinc. Duac. VI. *eas quae* Cr.

i. *quae* inclusit Commel.

k. *durent* Cr. Basil.

l. *Denique ventoso statim tenaces* Vinc. VI. D.

m. *statui tenaces* Lugd. Br. Verba *stabiles et* Vinc. omisit bis. et Cresc. antiqua mea, sed Bas. verba *ventosa tenaces* plane omisit.

n. *calido loco teneriores; sicco* Cr. Bas. sed antiqua mea: *cal. generi teneriores et humidi; sicco* recte Lou.

o. *et humido feraces — sicco* Vinc.

p. *sicco autem illas q. f. n. p. pluviales impletus* Vinc.

q. *dicam* Cresc.

r. *possessione* E. *pro defensione* Cr. *pro* omitt. Lou.

s. *poterant* Cr. Br. *possunt* Vinc. et Cresc. Lou.

t. *caute* Cr. *suscipit* Vinc. *tuto* Cresc. Lou.

v. *feraciores* P. *mensam. Feracissimas. Minores vero et cutis — nobiliores* Vinc.

natum plerique[x] vitibus mutant. Solae[y] Aminaeae vbiunque[z] sint, vinum pulcherrimum reddunt, calidum statum potius quam frigidum sustinebant, de pingui ad macrum transire non possunt, nisi stercus adiuverit. harum duo genera sunt, maior et minor. sed minor melius deflorescit et citius, internodiis minoribus et grano breuiore. si arbori applicetur, pinguem terram; si colatur in ordines[a], mediocrem desiderat. imbres contemnit et ventos: nam[b] maior saepe vitiatur[c] in flore. Sunt et Apianae[d] praecipuae. Satis est genera ista[e] dixisse; industrius[f] vir probata deligat[g], et terris[h] talibus mandet, quas imitari[i] eas possint vnde sumuntur; sic merita[k] sua quaeque seruabit. Sed[l] vitem vel arborem melius erit de exili ad pinguem transferre. nam si a pingui terra ad solum exile transierint[m], vtiles esse non possunt[n]. Eligenda sunt sarmenta, quae[p] pangimus, de vite media, neque[q] de summa neque de infima, quinque vel sex gemmarum spatio a veteri procedentia[r], quia non facile degenerant, quae de locis talibus transferuntur[s]. sumantur[t] autem de vite foecunda. neque[v] putemus brachia esse fertilia, quae vnas singulas aut[x] binas producunt, sed quae[y] multa vbertate

x. *plerique* Erf.
y. *sole* Iuntr.
z. *vndecunque* Vinc.
a. *in ordine* Erf. probante Ernesti.
b. *nam* om. Vinc.
c. *in flore — dixisse* om. P.
d. *Sine et Ap.* E.
e. *ita* I. B. Br. R.
f. *ergo* add. Cr.
g. *diligat* Cr.
h. *locis* Cr.
i. *mutare p. ea* Cr.
k. *meritum quaeque fruv.* Cr.
l. *Eligendarum quidem plantarum ratio multiplex est. et primo quidem ea tali modo eligi debet, quae non sit pinguior, et ea in qua pangi debent, sit aequalis aut exilior. Nam si a pingui* etc. Cr. IV. 8.
m. *transferuntur Cr. transferantur* Lou.
n. Ita I. B. Br. R. Lugd. E. Vinc. Cr. Vulgo *poterunt*. Deinceps Cr. addit: *nisi saepe stercore adiuuentur. Item diligenda* etc.
p. *pangenda* Cr.
q. *non* Cr.
r. Ita I. B. R. Lugd. Cr. edd. *ortea*. alii *procid.* recte Lou.
s. *colligantur* Cr.
t. *sumatur etiam* Cr.
v. *nec existimemus ea bri. fertilia quae* Cr.
x. *aut binas* om. Lugd. *ac bin.* Cresc. Louan.
y. *quae* om. E.

tate curuantur[a]. nam potest ferax vitis feraciores in se habere materias[b]. Erit[b] et hoc signum fertilitatis, si de duro aliquo loco fructum citabit, si foetu impleuerit ramulos ex ima[c] parte surgentes. Sed hoc signis positis[d] per vindemias est notandum. Ad pangendum nouellus palmes debet eligi, duri in se nihil habens et veteris sarmenti, quia[e] hoc putrescente saepe corrumpitur. Summa flagella repudiemus ac surculos, qui licet bono loco nati sint[f], tamen feracitatis beneficiis[g] caruerunt. Pampinarius[h] qui de duro nascitur, etiam si attulerit fructus[k], pro frugifero non est ponendus[l]: in suo enim loco foecundatur a matre, translatus vero tenet sterilitatis vitium, quod nascendi conditione suscepit. Caput sarmenti[m] cum deponitur, torquendum[n] non est, nec aliquo modo[o] vexandum, ne[p] demersa penitus foecundiore parte, quod sterili proximum est, supra terram relinquatur: deinde quoniam[q] ipsa tortura vexatio est: et pars ea de qua radix futura[r] praesumitur, iniuriae nulli subiicienda est, cum[s] qua contendere cogatur ante quam teneat. Ponendae sunt vites placidis diebus ac[t] tepidis, curandumque ne sarmenta sole vrantur aut vento, sed vel statim ponantur, vel obruta

a. *curantur* Cr. recte Lou.
a. *feraciorem materiam* E.
b. *Est autem hoc sign.* Cr. Basil. sed antiqua mea: *Citra autem in hoc sign. Erit autem in hoc sign.* Louan.
c. *omni* Cr.
d. *propriis* Cr.
e. *quoniam hoc saepe corrumpitur et putrescit* Cr.
f. *sunt* Cr. Br.
g. Ita Cr. vulgd. *feracitate.*
h. *Pampinus aut qui* Cr. *autem* Lou.
i. *de sicco* E.
k. *fructus* om. Lugd. Barth. *fructum protulit* Cr. *attulit* E. et Cr. Lou.
l. *non ponatur* Cr. *pro fruge non est p.* E.
m. *sarmenti* Cr.
n. *retorquendum* Cr. recte Lou.
o. *more* Lugd. Barth. E. Vind. Br.
p. *Nam pars ea de qua radix speratur, iniuriae nullae subiicienda est: duae gemmae fertiles remaneant supra terram, nec diuersa ponitur foecundiori parte; supra eam quod est st. pr. relinquatur* Cr. *nec diuersa penitus* Louan. *ne demersum* Lugd. *nec diuersa* Edd. omnes.
q. *quoniam* omitt. I. E. R. Br. *quod* P. Lugd. E.
r. *futura* om. Br. Lugd. Barth. Louan.
s. *cum — teneat* om. P. et Cr.
t. *ac tepidis* om. Barth.

rata reseruentur. Hoc mense ac deinceps toto vere 9
vinea ponenda est regionibus frigidis, pluuiosis[v], pin-
guibus campis, et humidis prouinciis. Sit autem men-
sura sarmenti cubitus vnus[x]. Vbi pinguis est natura
terrarum, maiora inter vites spatia relinquemus; vbi
exilis, angusta. Nonnulli[y] itaque in iis vitibus, quas
toto solo pastinato disponunt, ternos pedes inter singu-
las vites quoquoversus dimittunt. Sed hoc genere diui-
sionis in iugerali tabula pangentur[z] tria millia[a] vicena
sarmenta. Quod si duos semis pedes inter vites relin- 10
qui placuerit, in eadem tabula ponentur[b] vites quatuor[c]
millia quingentae septuaginta octo. Sed ad ponendum
vtemur hoc ordine: Lineam, seruatis iis spatiis, quae
placuerit custodire, candidis signis vel quibuscunque
notabimus: tuno tensa per tabulam linea in eis locis sur-
culos vel calamos figemus, vbi vitis vnaquaeque[d] ventura
est. ita spatium totius tabulae surculis complebitur ad
numerum vitium futurarum: atque is qui pancturus[e] est
proiecta circa surculos sarmenta sine vllo errore deponet.
Praeterea non est vno[f] genere vitium omne pastinum 11
conserendum, ne annus iniquus generi spem vindemiae
totius[g] extinguat. Et ideo quatuor aut quinque eximii[h]
generis sarmenta pangemus. sed[i] maxime expediet ge-
nera tabulatim disponi, et decumanis[k] diuidi, nisi[l]
deterreat operis difficultas. Quod si est vetus vinea[m],

v. Ita Vinc. cum Br. vulgo *pruiosis*.
x. *cubiti vnius* Cr.
y. *nulli* I. B. R. Br. *itaque* om. Lugd. deinde *his* Br.
z. *pangemus* P.
a. *Tria millia sexcenta* dedit Gesner cum I. B. R. Br. P. Lugd. Barth. *tria millia vicena vna* reliqui.
b. *[inter]* add. Commel.
c. *V. M. CCCC. LXXVI.* Barth. *quinque millia quadringentae septuaginta et sex* Lugd. Gesner dedit cum reliquis: *septingentae quinquaginta tres*. Brusch. *quinque milia quadringentae septuaginta sex* deinde *vtimur* Br. et *his spatiis*.
d. *quoque*. solit. P.
e. *pastinaturus* P. *peracturus* I. B. Br. R. *ita quis quae pancturus* Lugd.
f. *tantum* addit Cr.
g. *vind. spem omnem excludat* Cr. *omnem* pro *totius* etiam Pol. *speciem* Cresc. Louan.
h. *generis eximia* Cr. recte Lou.
i. *ac exp. max. tab. disp.* Cr. *et exp.* Lou.
k. *X. annis* P. Vulgo *decimanis*.
l. *si* Pol.
m. *veteres vineas* Lugd. Br.

singulorum generum surculis tabulatim poterimus inserere: et facile hoc genus colendi, quod est pulchrum atque vtile, consequemur. Ita et maturitatis et floris tempora, quae in vite diuersa sunt, suis temporibus[n]
12 opportunius obtinere poterimus. Nec paruo constabit, si legatur maturitas cum acerbitate[o], dispendiosum vnius tempestiuam vindemiam sequi, permista[p] crudi-tate vitiosam, et alterius seras maturitates expectare
13 damnificum. Huic commodo adiicitur, quod pro generum diuersitate per gradus accedente vindemia, minor operarum[q] numerus eam poterit[r] expedire, et generatim[s] condere, ac melius puro sapore[t], sine luctamine[v] alterius generis vnaquaeque vina seruare. Hoc si[x] difficile videbitur[y], non alias[z] simul conseras, quam quae et[a] sapore et flore et maturitate conueniunt. Sed[b] haec in pastinis vel sulcis ratio erit: in scrobibus vero[c] per
14 angulos IV sarmenta deponis. Sed (vt asserit Columella) vinaceam[d] stercori mistam simul sparges, et si exile solum fuerit, pinguem terram scrobi inferes[e] vel aliunde portatam[f]. Cum vero plantam vel malleolum disponimus, modice humido solo, sed potius arido quam

n. *suis pot. opportunitatibus obtinere* J. B. R. Br. Barth. *suis temporibus et oppor. obt. poterimus* Vaticani libri, teste Pontedera. *poterimus* om. Lugd.

o. *seritate* Lugd. *seritutis dispendio* Lugd. Vulgo erat: *dispendium, cum vnius — sequi, sit permixta — nitiosum, et alterius.* vbi et inclusit Commel. et Gesn. omittit Br.

p. *permixta crudituate* om. P.

q. *operariorum* P. Cr.

r. *potest* P.

s. *et gradatim quae velocius maturantur prius condere, deinde quae serius ac melius* Cr.

t. Ita Barth. Cr. edd. 4. Vulgo *puros sapores.* Lugd. *sapore* omisso *puro.*

v. *admixtione* Cr. Basil. sed antiqua mea *luctamine.* recte Lou.

x. *et si hoc facere tibi difficile videatur* Cr. *si* om. Lugd.

y. *seruabitur* Pol.

z. *alia* Cr.

a. *et* om. postea *conueniunt* Cr.

b. *Sed haec — ratio erit* om. Cr.

c. *magnis et latis, vt vitium distantia esse debet, per angulos — disponas, et vinaciam, vt dicit Columella* Cresc.

d. *vinaciam stercore mixtam* Cr. deinceps *sperges* Louan.

e. *inferas terram in scrobem* Cr. sed antiqua mea et pr. *terrae scrobem.* recte Louan.

f. *portatam* Lugd. *scrobem. si vero nimis cretosa, eidem misceas subtulum* Cr. pro his habet.

quam lutoso, duabus gemmis supra terram relictis, sarmenta ponemus obliqua[g]; sic facilius comprehendent.

X. Quod si arbusculum te habere delectat, plantam generosae vitis prius in seminario nutrire debebis, vt inde[a] radicata transferatur ad scrobem, cui arbor iam iuncta est[b]. Seminarium vero dicimus aeque fossam tabulam pedum duorum semis altitudine. In hac, quam pro numero ponendarum vitium vel qualiumcunque plantarum protendis aut contrahis, breuissimo[c] spatio distantia inter se sarmenta depones[d]: si[e] vallis aut humectus est campus, trium gemmarum exceptis minutis, quas habebit[f] inferius. et[g] vbi conualuerint, hinc post biennium radicatas vites vel arbusculas transferas[h] quas cum depones in scrobe[i], ad singulas materias redigas[k], putatis omnibus quae scabra[l] sunt, curtatis[m] etiam radicibus, si[n] quas potueris inuenire vexatas. In scrobe autem ad arbusculum faciendum duas radicatas vites deponis[o], hoc seruans, ne se[p] in radice contingant: sed[q] lapides quinum prope librarum medios inter vtramque constitues, et ipsas vites ad scrobis latera discreta coniunges. Mago[r] asserit, scrobem non primo anno esse complendam, sed[s] subinde coaequandam: quae res vitem faciet altius fundare radices[t], sed hoc aridis

g. Vulgo interpositum et omitt. Lugd. Erf.

Tit. X. a. *vnde* Cr. *vt in rad.* Br.

b. *est iuncta* Cr.

c. *breui* Cr.

d. *deponas* Cr. *deponis* Vinc. *dispones* Erf.

e. *si — inferius* om. Cr.

f. *habebit* Vinc.

g. *et cum conu. — radicabitur vitis vel arbuscula et transferent* Cr. *conualuerit* Br.

h. *transferemus* P.

i. *scrobem* Cr.

k. *redigis* Br. *redigis* R. Vinc.

l. *scrobi insunt* Cr. recte Lou.

m. *curuatis rad.* Lugd. *curatis* Vinc.

n. *quas poteris* omisso *si* Cresc. quod addit Lou.

o. *depones obseruans* Cr. *obseruans* etiam P. *seruans* I. B. R. Br.

p. *ne se sua radice* Cr. vbi Basil. omisit *se*, et E. recte Cresc. Lou.

q. *sed — constitues* om. Cr.

r. *Mago* P. et Cresc. Lou. *Varro* Cr.

s. *sed — exaeq.* om. Cr.

t. *fundere* Br. *radice* Cr. Basil. vbi antiqua mea *alterius — radices.* recte Lou.

prouinciis forte conueniet: humidis autem sata putre-
fient [v] recepto humore, nisi statim terra cumuletur [u].
4 Sed arbusta qui [y] faciet, plantas arborum de his generi-
bus ponat [z], si agro suppetit abundantia [a], populo [b], vl-
mo: fraxino in montanis et asperis, in quibus vimus
minus laeta est. Has etiam Columella dicit seminario
debere nutriri. Mihi videtur, quod [c] nulla prouincia
est [d], quae non ex his quamcunque sponte producat,
plantas etiam [e] maiores de locis quibuscunque transtatas,
vel eorum generum truncos radicatos, hoc tempore
5 circa scrobem vitis oportere constitui. Sed si ager fru-
mentarius fuerit, vbi arbusta disponis, quadragenos pe-
des inter arbores relinque, vt seri possit; in exili autem
viginos. In scrobe vero [f] vitis ab arbore sua sesquipe-
dis [g] spatio distare debebit. nam vitis multum subiecta [h]
arbori, incremento arboris opprimetur. Caueis [i] etiam
munienda est aduersum pecoris appetentis iniurias, et
6 arbori suae protinus alliganda. Est [k] et aliud de trans-
ferenda ex [l] arbusto vite compendium: Fit [m] ex vimine
parua corbicula, quae [n] mensuram [o] pedis, vel aliquanto
minus circini spatio possit amplecti. haec ad arborem [p],
cui

v. *humidis vero s. putrescent humore! suscepto* Cr. recte Lou.

x. *cultuidetur* Cr. recte Lou.

y. *quae faciant* Lugd. *quae serent* Cr. recte Louan.

z. *ponentur. Sed si* Lugd. *vel si* Cr. Br. Vinc.

a. *his vtatur* addunt Br. Lugd. Vinc. Cr.

b. *vlmo, oplo salice, populo fraxino, cerasso nuce, pruno et similibus, sed salice et populo in locis humidis vti possumus, caeteris vero in his et aliis locis. Ex his autem generibus truncos radicatos, vel salicem et populum sine radicibus circa scrobem vitis constitui oportet* Cresc.

c. *quia* P. Lugd. Erf.

d. *sit* Erf.

e. *iam* P. Lugd. Erf.

f. *vero* om. Cr.

g. *sesquipedes vel duorum pedum* Cr.

h. *arbori nimis proxima vitis aut ipsius opprimet incrementum aut opprimetur ab eo* Cr. vbi Louan. *obtinet.*

i. *Caue* P. Haec verba Cresc. collocat demum post illa: *Est et aliud — ambiguit. prehendendi.*

k. *Aliud etiam de tr. vitis ingeniun fieri potest* Cr.

l. *ex arbusto* om. *etiam* Barth. *vite ex arbusto* E.

m. *fit* om. Cr.

n. *quae — amplecti. haec* omitt. Cr.

o. Ita Lugd. reliqui *mensura.*

p. *vel pergulariam fertur* Cr.

cui vitis inhaeret[q], fertur, et in fundi[r] media parte perfunditur, quo[s] sarmenti virgam possit admittere. Inducto itaque sarmento vitis eius, de qua transferre disponis, corbicula ipsa ex aliqua arboris parte suspenditur, et viua terra repletur, ut[v] sarmentum terra possit includi; quod sarmentum[x] prius intorquetur. Ita exacto annui[y] temporis spatio, sarmentum, quod clausum est, radices creabit intra praedictam corbiculam: tunc sub fundo corbis incisum radicatum sarmentum cum ipsa corbe portabitur ad locum quem vitibus arbusculis destinabis[z] implere, ibique obruetur[a] circa arboris maritandae radices. Hoc[b] genere quantum volueris numerum[c] vitium transferes, sine ambiguitate prehendendi[d].

XI. Vinea[a] in prouinciis multis generibus fiunt: sed optimum genus est, vbi vitis velut arbuscula stat breui crure fundata. Haec primo calamo innatur, dato nec solidetur: sed altior sesquipede esse non debet: vbi robusta fuerit, sola consistet. Aliud genus est, in quo canna pluribus circa disposita ipsa vitis per manus sarmentis ligatis in orbiculos[b] flectitur se[c] sequentes. Vltimae positionis vitis est, quae per terram proiecta discumbit[d]. Hae omnes et scrobibus ponuntur, et sulcis.

q. *adhaeret* Leid. E. Br.

r. *profundi* I. B. R. Br. *secundia parte* Pol.

s. *quod* Erf. *quod — admittere* om. Cr.

t. *et industo in eam sarmento vitis suspenditur et terra replentur* Cr. vbi antiqua mea *et idcirco industo*.

v. *ut — includi* om. Cr.

x. *sarmentum* inclusit Commel. *quod sarmentum exacto anno in corbiculae fundo incisum cum ipsa corbicula*, etc. Cr.

y. *anni* Lugd. *Annui* om. E.

z. *desideras* R. *locum vbi plantae proponis, cum ipsa corbicula obruitur* Cr.

a. *obruitur* I. B. Br. R. Erf. Cr.

b. *Hoc — transferre* omittit Cr. et habet: *et hoc fiet sine amb. ostendendo.*

c. *numerum* om. Erf.

d. *perdendi* Erf. *prendendi* Br. et Cresc. Lou.

Tit. XI. a. *Optimum enim genus est prouincialium vinearum, quae suum ad vites velut arbuscula stant* Cresc. IV. 94.

b. *orbicula* Pa.

c. *se* om. Erf.

d. *est bitis per terram proiecta et se diffundit* Vinc.

XII. Hoc mense locis frigidis aliquatenus et temperatis vetum iusta putatio est[a]. Sed, vbi multae sunt vineae, diuidantur, et pars earum quae Septentrionem respiciet, vetano putetur; alia pars aduersa clementioribus plagis, recidatur autumno[b]. Sed in putatione semper nitamur[c]; vt vitis fiat in crute robustior, ne [ve[d]]
2 debili viticulae duo duramenta ferantur. Asperenda sunt lata[e], intorta, debilia[f], malis locis nata sarmenta. Focaneus[g] etiam, qui inter duo brachia medius[h], nascitur, debet abradi; qui si pinguitudine[k] sua brachium quodcunque proximum debilitauerit, illi[m] decisio ipse succedat. Erit[n] tamen optimi putatoris, inferius sarmentum, quod[o] bono loco natum fuerit, reparandae vitis causa semper tueri, et ad vnam vel duas gemmas
3 relinquere. In locis locis et[p] clementioribus altius vitem[q] decebit expandere: in exilibus aut aestuosis aut declinibus[s] aut procellosis[t], humilior[v] est habenda. locis[x]

XII. a. *Locis calidis mensis Octobri Nouembri Februario et Martio, dulce eorum longitudo gemmae ipsae sic putatae vineae; frigidis vero mensibus Februario et Martio tantum in temperatis vtique potest tempore fieri. Sed commodius erit in montibus vineas, quae septentrionem aut partem occidentis respiciunt, verno tempore putari, alia pars — recidatur in autumno* Cr.

b. *est* om. I. B. R. includit Commel. et Gesner.

c. *rescindatur* Br. Addit Cresc. *nam in talibus locis et locibus calidis Br. Brunnerus sic et natura nascitur.*

d. *curetur* Cr. Bas. *vitium* antiqua. *nitatur* Louan.

e. om. I. B. R. Br. Cr. *vel* Vinc. *in tenui viticula* Cr. Lou.

f. *tenui* Vinc. E. sed alibi Vinc. *lata* cum Lugd. Cr. Lou. principe et antiquo mss. *latis* Cr. Basil.

g. *et m. — nata. Sarmentum quidem inter duo br. natum debet inscidi* Cr.

h. *foc. etiam* om. P. Cresc. edd. *Oculus etiam focaneus, fructifer E. sarmenta vocata. Etiam* Vinc.

i. *melius* E. deinceps pro *illud* Cresc. *inscidi* Lou. *incidi.*

k. *pinguedine* P. Lugd. E. Cr. *pinguedinis* Vinc. *sua* om. P. Cr.

l. *proximum* om. Cr.

m. *illo* Lugd. E. *ipso alter succedat* Vinc. *illud brachio decisio succedat* Cr.

n. *Optimi tamen optimum putatorem* Cr. Basil. sed antiqua. *Fit t. optimum p.* habet. *optimum putatori* Lugd. Vinc. *Erit tamen optimum putationi* Cresc. Lou.

o. *quod fuerit* om. Cr.

p. *semper vitis causa tueri* Cresc. Basil. sed antiqua mea. *reparari de semper v. c. t.* Louan. *recuperandae semper v. c. t.*

q. *laetis et* Cr. edd. tres addunt.

r. *tu. vitis exp.* Cr.

s. *declinis* I. B. R. pr. E. Cresc. edd. tres.

t. *aut proc.* om. Cr.

v. *cultura* addit Vinc.

x. *locis — dimitte* om. Cr.

substituendae sunt[g] aliae. In loco clinoso humilius rami arborum seruandi sunt; in plano et vliginoso altius. Palmites ad arborem non duro vimine ligentur, ne eos vinculum praecidat[h] aut atterat. Hoc[i] autem moueris, quia palmes[k], quod extra ligaturam pendens habuerit, fructu[l] induet: quod infra ligaturam, materiae sequentis anni deputabit[m].

XIV. Vites, quae prouinciali more velut arbusculas[a] stare dixi, si instituere velis, ramos a quatuor partibus his relinques, et in eis brachiis sarmenta pro vitis possibilitate[b] seminabis. Vites autem, quae camis in orbem cogantur[c], sic putentur, quemadmodum eae quae nituntur ridicis[d] aut palis. Illae vero quae sine adminiculis iacent[e], quod pro sua indigentia[f] faciendum est[g] vel necessitate prouinciae, primo anno duas gemmas, deinde plures habebunt. Sed huius generis vinea fructius est putanda.

XV. Nouellam vitem Columella dicit a[a] primo anno ad vnam materiam esse formandam, nec recidendam totam, sicut Italiae consuetudo est[b], anno secundo expleto[c], quia vel intereant vites in totum recisae, vel infoecunda sarmenta producant, quae[d] amputato capite

g. *sunt* om. E.

h. Ita emendaui ex Colum. III. 13. 2. et Palladio IV. 7. vulgatum *recidat*.

i. *Hoc — quia* om. Vinc.

k. *palmes* Pul.

l. *fructu induit* Lugd. Vinc. *fructum* I. I. G.

m. *deputabit* E. male probante Ernesti. *deputabitur* Vinc.

Tit. XIV. a. *arbuscula* E. *quas prouinciales* Pol. Leid.

b. *stabilitate* E.

c. *stringantur* Pol. deinde *hae quae* Br.

d. *ridicis aut* om. P. *radicibus* Lugd. E.

e. *iacere sinuntur* Cresc. IV. 2.

f. *indulgentia* P. *pro* om. E.

g. *faciendum est* Cresc. collocat post *prouinciae*.

Tit. XV. a. *post primum annum* Cr. IV. 13.

b. *mos est* Vinc. Ceterum male Edd. omnes post *est* interpungunt, quod vitium monente Morgagni L. 83. correxit Gesner; approbante Vinc. et Cresc.

c. *completo* Cr. recte Lou.

d. Vinc. alibi *quae tamen amp. capite p. — cogunt exire*. alibi: *quae iam amp. c. velut a pamp.*

fio, nisi tanquam si fulgure tangatur, desiccat. Relinquenda sunt sarmenta neque circa durum neque in summo, quia haec velut palpitatio minus afferunt, illa vitem minietate fœtus onerant, et longius ducunt, quare in medio loco seruanda sunt, (quae tuentur.) Plaga non iusta gemmari, sed aliquanto [y] superius fiat, et auertatur [z] a gemma propter lacrymam defluentem.

XIII. Vitis quae in arbore collocatur. Prima eius materia ad secundam vel tertiam generationem praecidatur, deinde omnibus annis aliquid per ramos crescere subindo patiamur, vnam materiam semper adiacentem arboris dirigentes. Sed qui fructum volunt maximum materias plures [a] per ramos subiiciunt. [b] Qui vinum melius, sarmenta in circuitu extendunt. Fortioribus ramis arborum plures materias, debilioribus imponendae sunt pauciores. Putandi autem ratio talis est, vt et [c] vetera sarmenta, quibus primi anni fructus pependit, omnia recidantur, et noua circumcisis capriolis et ramulis inutilibus diminuantur [d]. Sed prouidendum est, omnibus annis vitem resolui, ne religari, quia refrigeratur. Ita formandi sunt rami arborum vitiferarum, ne alter sub alterius linea diligatur: sed loco pingui vlnus a terra octo pedibus, gracili vero septem sine ramo relinquenda est. In solo roscido [e] et nebuloso, rami arboris vitiferae in orientem et occidentem putatione dirigantur, vt latera vacua solis radiis membra totius vitis ostendant. Agendum est autem, vt vitis ipsa non sit in arbore, et deficientibus [f] primis arboribus sub-

s. *fuerit* P. *quod si fiat* Cr.
t. *fiat, tanquam et a fulg.* Cr.
v. *illa materiaiiis* Vinc. bis. *illa vero nim. fructus* Cr. recte Louan.
x. *quae tuentur* om. P. et Cr.
y. *aliquantulo* Cr.
z. *auertatur* — *lachrymam* Cresc. *lacrimam* Vinc.

Tit. XIII. a. *plures* om. P.
b. *dimittunt* I. B. R. *dimittant* Br.
c. *et* om. E. Vinc. deinceps *pependerunt* Cr. Louan. idem postea cum pr. et antiqua mea *capriolis*.
d. *relinquantur* Cr. IV. 1a. deinceps *ligari* Cr. excepta Louan.
e. Ita Vinc. Vulgo *roscido*.
f. *defuentibus* E.

subsituendae sunt[g] aliae. In loco cliuoso humilius ra-
mi arborum seruandi sunt; in plano et vliginoso altius.
Palmites ad arborem non duro vimine ligentur, ne eos
vinculum praecidat[h] aut atterat. Hoc[i] autem moneris,
quia palmes[k], quod extra ligaturam pendens habuerit,
fructu[l] induet: quod infra ligaturam, materiae sequentis
anni deputabit[m].

XIV. Vites, quas prouinciali more velut arbusculas[a] stare dixi, si instituere velis, ramos a quatuor par-
tibus his relinques, et in eis brachiis sarmenta pro vitis
possibilitate[b] seruabis. Vites autem, quae canis in or-
bem cogunturc, sic putentur, quemadmodum eae quae
nituntur ridicis[d] aut palis. Illae vero quae sine admi-
niculis iacent[e], quod pro sola indigentia[f] faciendum
est[g] vel necessitate prouinciae, primo anno duas gemmas, deinde plures habebunt. Sed huius generis vinea
fructius est putanda.

XV. Nouellam vitem Columella dicit a primo anno ad vnam materiam esse formandam, nec recidendam totam, sicut Italiae consuetudo est[b], anno secundo expleto, quia vel intereant vites in totum recisae, vel infoecunda sarmenta producant, quae[d] amputato capite

g. *sunt* om. B.
h. Ita emendaui ex Colum. III. 13. 2. et Palladio IV. 7. vulgatum *recidat*.
i. *Hoc — quis* om. Vinc.
k. *palmes* Pul.
l. *fructu induit* Lugd. Vinc. *fructum* L. I. G.
m. *deputabit* E. malis probante Ernesti. *deputabitur* Vinc.

Tit. XIV. a. *arbuscula* E. *quas prouinciales* Pohl. Leid.
b. *stabilitate* E.
c. *stringuntur* Pohl. deinde *hae quae* Br.
d. *ridicis aut* om. P. *radicibus* Lugd. E.
e. *iacere sinuntur* Cresc. IV. 2.
f. *indulgentia* P. *pro* om. E.
g. *faciendum est* Cresc. collocat post *prouinciae*.

Tit. XV. a. *post primum annum* Cr. IV. 13.
b. *mos est* Vinc. Ceterum male Edd. omnes post *est* interpungunt, quod vitium monente Morgagni L. 83. correxit Gesner; approbante Vinc. et Cresc.
c. *completo* Cr. recte Lou.
d. Vinc. alibi *quae tamen amp. capite p. — cogunt exire*. alibi: *quae iam amp. c. velut a pamp.*

culus redeunte in plagam materia[t], possit adstringi.
4 Sed hoc vtrumque genus verum[v] est, et sic crescente
luna, vbi[x] incipit gemma arborum turgescere. Surculi
autem, qui inserendi sunt, sint nouelli, fertiles, nodosi,
de nouo nati, ab orientali arboris parte decisi, crassi-
tudine digiti minoris, bifurci vel trifurci[y], gemmis plu-
5 ribus vberati. Si arborem minorem desiderabis[z] infe-
rere, in qua sine dubio meliora incrementa proueniunt,
circa terram secato[a]: et quod melius est, surculos inter
lignum corticemque depone, tunc[b] stringe. Quidam
rasum ex vtraque parte surculum conuenientem soliditati
arboris inserendae sic in medio deponunt, vt cortex
surculi vndique cortici arboris reddatur aequalis. Sed
in nouella arbore terra mota vsque ad ipsum insitum
colligatur; quae eam res[c] a vento et calore defendet.
6 Mihi asseruit diligens agricola omne insitum sine du-
bio[d] comprehendere, si depositis surculis viscum non
temperatum in ipsa plaga pariter mergamus, quasi glu-
tino quodam succos materiae vtriusque[e] misturum. De
emplastratione suo mense dicemus. Quartum genus
7 Columella sic retulit. Gallica terebra vsque ad medul-
lam arborem perforandam, plaga interius leniter[f] in-
clinata. ibi educto[g] omni scobe, vitem vel ramum ad
modum foraminis impressi delibratum, succidum tamen
et humentem[h], stricte imprimi, vna aut duabus gem-
mis foris relictis. tunc argilla et musco locum diligen-
ter operiri. ita et vites in vlmo inseri posse [commissas[k].]
8 Hispanus quidam mihi[m] hoc genus nouae[n] insitionis
osten-

t. *aptius* inserit Vinc.
v. *veris* Lugd. *verum* Vinc.
x. *quando* Pol.
y. *vel trif.* om. E.
z. *volneris* Vinc.
a. *serrato* Vinc. bis.
b. *et tunc adstringe* Vinc.
c. *colligatumque, ea res* Erf.
d. *virtutem* add. Vinc.
e. *vtrique* Vinc. deinde *implastr.* Br. et *retulit.* Pro *Quartum*, in Leid. est *Quarum.*
f. *leniter* Cr.
g. *educta* Lugd. et Vinc. *scrobe* Vinc. bis, *vbi deducto omni fragmine* Cr. II. 22.
h. *humidum* -- *strictum* Cr.
i. *et tunc* Cr.
k. *commissas* om. P. *dixit* Cr.
m. *mihi* om. Lugd.
n. *nouae* om. Lugd. L. B. Br. R. *bonae* P.

ostendit, quod[o] ex persico se asserebat expertum. Salicis ramum brachii crassitudine, solidum, longum cubitis duobus aut amplius, terebrari iussit in medio, et plantam persici in eodem loco in quo consistit[p], spoliatam ramis omnibus, solo capite relicto per ipsum saligni manubrii foramen induci: tunc eundem salicis ramum terrae capite vtroque demerso, in arcus similitudinem debere curuari, foramen luto, musco, vinculis stringi[q]: anno deinde exemto[r], vbi intra medullam salicis capite plantae[s] sic cohaeserit, vt vnitas[t] sit ex duobus mista corporibus, plantam subter incidi atque transferri, et aggerari[v] terram, quae arcum salicis cum persici cacumine possit operire: hinc persici poma sine ossibus nasci: sed hoc locis humidis conuenire, vel riguis[x], et salices aquationibus adiuuandas[y], vt et natura ligni vigeat[z], quae delectatur humore, et superfluentem copiam succi[a] germinibus[b] ministret alienis.

XVIII. Hoc mense locis temperatis[a] instituemus olineta, quae vel pastinis conserenda sunt, vt[b] extremas circa decimanum tabulas cingant, vel suum locum tenebunt. Si ponuntur in pastino[c], radicatae plantae decisis capitibus et brachiis, et in truncum redactae vsque ad mensuram cubiti vnius et palmi in fermento terrae fossae[d] defigantur, locum palo antea[e] deprimente: ordei

o. *quod* bm. Lugd. P. et includit Gesner. Gron. ad Liv. 5. 32. E. *sic: ostendit: ex persico se asserebat expertum.*

p. *constitit* Vinc. bis.

q. *adstringi* E. *vinculisque* Vinc. *funculis* Leid.

r. *exacto* P. *exempto* Br.

s. *plantulae* P. E. Vinc. bis.

t. *vnita* Vinc. bis.

v. *aggeri* Vinc. bis. et Leid. probante Gronouio.

x. *irriguis* P. E.

y. *conuenire vt* P.

z. *vice aquae delectetur* P. Lugd. *vincat* Vinc. bis.

a. *persici* P.

b. *graminibus* I. B. Br. R.

Tit. XVIII. a. Cr. *frigidis vero Februario et Martio oleae plantantur, quae vel pastino (pastinis* Lou.) *constituenda sunt, vel suum locum scrobibus tenere debebunt.*

b. *vel extr. -- decumanum* Vinc.

c. *quae cum ponuntur in pastino aut scrobibus* Cr. *pastinato* etiam Br.

d. *defossae* Erf.

e. *ante* Cr. sed antiqua mea *palo via deprimenti.* Leid. *pala.*

dei grana subteriaciantur[f], et amputetur[g] iis quidquid putridi inuentum fuerit aut[h] arentis: et tunc (amputata[i]) capita luto velentur[k] et musco, vimeis vinculis
2 vel tenacibus quibuscunque constricta. Sed maximum beneficium est, vt proficiat[l] incremento, si rubrica[m] partis notentur, quibus obuersae steterunt[n], et contra eas simili ratione ponantur. Sint a se discretae[o] pedibus quindecim vel viginti. Omnis[p] subinde circa eas herba vellatur: et quoties se imber infuderit[q], breuissimis ac[r] frequentissimis fossionibus solicitentur, et subinde ducta a trunco terra atque permista in aliquanto
3 altiores cumulos congeratur[s]. Quod si oliuetum suo loco facere volueris, haec genera terrarum sequeris: terram[t] cui mista sit glarea, aut cretam sabulonis coniunctione resolutam, aut pinguem[v] sabulonem, aut
4 terram naturae densioris[x] et humidae. Creta siquidem omnino repudianda est et uliginosa et in qua semper humor assistit[y], et sabulo macer et nuda glarea: quamvis enim comprehendat[z] tamen non contaleſcit. Potest seri et vbi arbutus aut ilex steterat. nam cerrus[a] et aesculus

f. *subter iaciantur* Cr. recte Lou.

g. *deputetur et amputetur his* Cr. vbi Basil. omisit *his*. Louan. omitt. *deputetur et*. etiam Br. *his*.

h. *putridi vel arentis* Cr.

i. *amputata* omitt. Br. Cr. et Erf. *eorum* substituit: *eorum* Br. Erf.

k. *velantur* Cr. omisso *vimeis — vel tenacibus*. *velentur* Louan.

l. *proueniat* Cr. recte Lou.

m. *partes rubrica vel aliter* Cr.

n. *steterant* Erf. Cresc. Lou. *oppositae steterint* Cr.

o. *Si oliuetum constituas, sint a se distinctae viginti quinque pedibus* Cr. recte Lou.

p. *omnis* om. Cr. habet Lou.

q. *quotiens — infunderit* Cr.

r. *breu. ac* om. Cresc. deinceps *commista in aliquantulo* Gr. Lou.

s. *congregatur sin congeratur* Cr. *excepto* Louan.

t. *terram desiderat — creta sabulonis adunatique resoluta* Cresc. *admixta — coniunctione* Louan.

v. *pingue sabulum* Cresc. recte Lou.

x. *depressioris et viuidae* Cr. Lou. *depressionis viuidae* Basil. et antiqua mea: *viuidae* etiam Lugd. et Erf. *humidae* Vinc. sed alibi *viuidae*. Post *Creta* Cresc. Lou. addit *autem*, idem postea *repudiat*.

y. *existit* Cr. edit. tres.

z. *in eis* addit Cr. Basil. *in eis enim quamuis comprehendat*. Cr. Louan. *tamen* ex Vinc. inserui.

a. *Cedrus etiam excisa* P. *Cedrus excisa* Vinc. sed alibi *cerasus* erata *et excisa*. Leid. omittit *aesculus*. et paulo antea *ilex exstiterat* habet. Colum. Arb. 17. vnde quercus effossa. et V. 8. quercus etiam excisa.

fructus excisis radices noxias relinquit, quarum virus oleum nocat. Locis aestuosis Septentrionali colle, frigidis, meridiano gaudet, mediis, cliuis delectatur. Neque imum locum neque arduum patitur, magis modicos cliuos diligit [b], sicut est regio Sabina vel Baetica. Baccarum [c] genus numerosum est et plurium [c] vocabulorum, sicut Pausia, Orchis [d], Radius, Sergia, Licinia, Cominia [e], et caeterae quas nominare non attinet. Pausia tamen oleum quod reddit, dum [f] viride est, optimum est [g], sed cito vetustate corrumpitur. Optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Sed de his haec [h] generaliter praecepisse sufficiet [i], maiores [k] baccas cibo, minores oleo profuturas. Si frumentarius ager est [l], quem conferimus oliueto [m], quadragenis inter se pedibus distent: si macer, vicenis [n] quinis. Melius faciemus [o], si ordines in Fauonium dirigamus. Cum deponentur, in scrobes siccas [p] constituantur quaternis pedibus fossae [q]. Glarea etiam, vbi lapides defuerint, misceatur et stercus. Si clausus locus est, modice [r] supra terram, quae ponuntur, emineant. Si [s] pecora formidantur, altiores trunci esse debebunt. In siccis vero prouinciis cum pluuiae desunt [t], rigare conueniet.

Si

b. *diligit* om. Br. Lugd. et Vinc. *includit* Sylb.

c. *Olearum* Pol. *oleae baccarum* Vinc.

c. *plurimorum* P. *plurimum* Lugd.

d. *Orcas* Vinc. Voluit *Orchas*. bene! *Orcber* Br.

e. *Cummnia* Palat. indice Sylburgio. *Comenia* Vinc.

f. *dum* om. Pol. deinceps idem *est*, *et*.

g. *est* om. I. B. R. Br.

h. *hoc* P.

i. *sufficiat* Etf. et Vinc.

k. *maiores — profuturas* omitt. P.

l. *et pingnis* addit Cr. *fermentarius* Louan. deinceps *sed si macer*.

m. *oliueta inter* Cr.

n. *in cenis* P. omitt. I. B. R. Br.

o. *Cui proderit si ord. in stationes d.* Cr. *in Fauoneum* Louan. et *dirigantur*.

p. *sicce* P. *Cum plantantur in scrobibus fiant quatuor vel tribus pedibus latae, cum duobus profundae, in quibus vbi lapides desunt* (male Bas. *sunt*) *glarea misceatur et stercus* Cr.

q. *fosse* P.

r. *modiceque ponuntur s. r. et emineant* Cr. *et* om. Louan. idem *ita ponuntur*.

s. *si vero* Cresc.

t. *et* inf. Lugd.

6 Si[v] prouincia indiget oliuetis[x], et non est vnde planta sumatur, seminarium faciendum est, id est tabula effossa, sicut superius dixi, vt ibi (sicut Columella dicit) rami serra[y] incisi in modum sesquipedalem deponantur[z], inde post quinquennium poterit valida planta transferri, et locis frigidis hoc mense plantari[a]. Scio plerosque[b], quod facilius atque vtilius est, radices olearum quae in siluis plerumque sunt aut in locis desertis, in cubitalem mensuram recisas[c], aut in seminario[d], si placuerit, aut in oliueto solere disponere, et admistione stercoris adiuuare. Qua re[e] prouenient, vt ex vnius arboris radicibus numerosa planta nascatur[f].

XIX. Etiam pomiferas arbores possumus in pastinis a Septentrionali regione disponere, de quibus sigillatim dicemus, quae specialiter[a] sunt tenenda. Nam pomis eadem conuenit terra, quae vitibus. scrobes autem maiores facies, vt materiae prosis[b] et fructui[c]. Si pomarium facies, inter ordines tricenos pedes relinquet.
2 Plantas statues radicatas, quod est melius. sed seruabis, ne cacumina aut[d] manu fracta aut erosa non crescant. Vnumquemque ordinem suo generi deputabis, ne infirmae a valentioribus opprimantur[e]. Plantas similiter notabimus, vt ipsis quibus steterant cardinibus opponamus.
3 De cliuo sicco[f] et exili, in planum, pinguem et humi-

v. *Etsi* I. B. R. Br.

x. *oliueto* Cr. deinceps *plantae sumantur* recte vtrobique Lou.

y. *ferro alias ferra incisi* Cresc. antiquus; sed Basil. *ferro incisi* recte Lou.

z. *disponantur* Cr. *in quinq.* Cr. recte Lou.

a. *transferri* Pol. Huc pertinet varietas Cresc. ab initio laudata.

b. *Plerique autem* Cr. deinceps *ac vtilius* Louan.

c. *diuisas* Cr. omisso *aut*. recte Louan.

d. *seminario et postmodum in oliueta instituunt* et (haec duo vocabula omitt. Louan.) *disponunt — adiuuant* Cr.

e. *prouenit et ex* Cresc. recte *et* Lou.

f. *vellatur* Pol.

Tit. XIX. a. *spiritualiter* Vinc. Duac. VI.

b. *profit* A. Iunt. G.

c. *fructibus* E.

d. *vel — vel* Vinc. Duac. *sed* ante *seruabis* om. Leid.

e. *deprimantur* E.

f. *sicco* om. Vinc.

humidum transferemus. Si truncos ponere volueris, supra terram prope tribus pedibus erigantur. Vbi duas in vna scrobe plantas deponis, cauendum est, ne se contingant. nam vermibus interibunt. Sed (vt Columella dicit) feraciores sunt, quae seminibus, hoc[g] est nucibus suis, quam quae plantis ponuntur aut[h] ramis. Vbi regio siccior est, aquationibus adiuuentur.

XX. Nunc locis maritimis et calidis fodiendae sunt vites: vel si haec[a] prouinciae consuetudo est, exarandae, et in eisdem locis palandae aut[b] ligandae sunt vineae prius quam gemma procedat; cuius concussione vel attritu incurritur[c] grande dispendium. Nunc oleae a caeteraeque arbores laetamen accipiunt decrescente luna. sufficiet autem maiori arbori vehes[d] vna, minori, media; ita vt subducta a radicibus terra et fimo permista reuocetur. Tempore hoc si quae sunt in seminariis plantae, circumfodiendae sunt, et amputandi eis rami superflui vel radiculae, quas circa[e] in superiore parte miserunt[f].

XXI. Hoc mense rosaria conseremus, quae sulco breuissimo aut scrobibus ponenda sunt, vel virgultis, vel etiam semine. Semina autem rosarum non[a] putemus medios flosculos esse aurei coloris, quae[b] rosae fuerunt, sed baccas nutriunt, quas in breuissimi piri similitudinem plenas seminibus[c] post vindemiam reddunt matu-

g. *hoc est nucibus* om. P.
h. *aut — adiuuentur* om. P. nec habet Columella.

Tit. XX. a. *vel cui haec* E.
b. lege *atque alligandae* ex Columella.
c. *incurrit gr. periculum* Vinc. alibi *prouenit gr. periculum.*
d. *neges* P. *veges* I. B. Br. R. Lugd. E. Vinc.
e. *circa* om. Vinc. XIII. 13.
f. *omisterunt* Vinc.

Tit. XXI. a. *nequaquam* Vinc. sed alibi *non.* Leid. deinde *medices.*
b. *quos* Vinc. bis. Voluit forte etiam *ferunt.* deinde *extimari* Br.
c. *suis* addit Leid. et Vinc. sed altero loco omittit, vbi *post virides* habet. *Et semina quaedam sunt quae in pomulo rubeo sunt collecta, quorum maturitas ad plantandum apta cognoscitur cum post vindemias colorem fuscum et mollitiem quandam habent* Cresc.

ras, quarum tamen maturitas ex colore fusco et molli-
2 cie poterit aestimari. Siqua etiam[d] sunt antiqua rosaria,
hoc tempore[e] circumfodiuntur[f] sarculis vel dolabris,
et ariditas vniuersa reciditur. Nunc et[g] quae rara sunt
possunt ducta virgarum propagine reparari. Si rosam
temperius habere volueris, duobus palmis ab ea[h] gy-
3 rum fodies, et aqua calida bis rigabis in die. Nunc et
liliorum bulbos ponemus, vel lilia ante habita sarrie-
mus[i] summa diligentia, ne oculos circa radicem nasce-
tes et minores bulbulos sauciemus, qui a matre subtracti,
atque in alios digesti ordines noua lilieta formabunt.
Item violarum plantae et croci bulbi serendi sunt, vel[k]
subtiliter, si fuerant ante, fodiendi.

XXII. Hoc mense aliqui lini semen laeto[a] solo
in iugerum x modios spargunt, et lina consequuntur
exilia[b].

XXIII. Tempore hoc canneta ponenda sunt factis[a]
breuissimis scrobibus, et oculis cannarum per singulas
scrobes obrutis, qui semipedis spatio inter se distare
debebunt. Si calidae et siccae prouinciae[b] sudemus,
valles humidas vel[c] irriguas opus est deputare cannetis;
si frigida[d] regio est, locis mediis instituantur, sed[e]
succo villarum subditis. Inter haec asparagorum etiam
semina spargere possumus, vt mista[f] nascantur, quia et
aspara-

d. *etiam* om. Cresc.
e. *mense* Pol.
f. *fodiuntur* Lugd. *circumfodiantur* Cr. omissis *sarculis vel dolabris*. recte Louan. *sarculis* Leid. deinceps *ariditas imuersa* Cr. Lou.
g. *Item* Cresc. omisso *ducta*.
h. *in* vulgo interseritum omitt. Erf. et Vinc. bis.
i. *sariemus* Lugd. Vinc. bis.
k. *et* Pol.

Tit. XXII. a. *lento* E.
b. *exilia* om. E.

Tit. XXIII. a. *Canna sine arando terram desiderat mediocriter humidam et pinguem. Canneta fiunt hoc modo. videlicet quod passinata aequaliter terra mense Februario et breuissimis scrobibus vno pede distantibus cannarum oculi per scrobes singulas obruuntur* Cresc.
b. *calida et sicca prouincia est* Cr.
c. *vel* om. Cresc. *et* addit Lou.
d. *humida* Cresc.
e. *sed — subditis* om. Pol. *succo* Cresc. Lou.
f. *iuxta* Vinc.

asparagi coluntur et incenduntur eo more quo caunae. Sed si qua [g] sunt antiqua canneta, hoc tempore sarcientur [h], 2
recisis quae in radice purganda sunt, id est [i] putribus, male porrectis, et siqua gignendi oculos non habent [k]. Nunc salicis plantas et omnium generum, quae arbusto applicandae sunt, vel genestae [l], vbi deerit, obruemus. Ex baccis etiam myrti et lauri seminaria faciemus vel, si fuerant, excolemus.

XXIV. Circa Idus Februarias sepes hortorum ex congesto in funibus [a] spinarum semine faciendae sunt, sicut dictum est, cum de munimine loqueremur hortorum. Item Graeci dicunt de crassa [b] rubi virga fieri debere particulas, et palmaribus scrobibus obrui, et quotidie [c], donec frondeant [d], fossione et rigatione nutriri. Hoc mense lactuca seritur, vt [e] possit Aprili mense transferri. 2
Item carduus seritur et nasturtium et coriandrum et papauer, sicut mense Nouembri, et allium et [f] vlpicum. Nunc [g] satureia seritur pingui agro non stercorato sed aprico, vel melius mari proximo, et cum [h] cepullis mista seminatur. Hoc etiam mense cepullas [i] seres: 3
sed constat et vere et autumno esse [k] seminandas. si semen eius seueris [l], in caput [m] crescit, et minus reddit in semine: si capitulum ponas [n], ipsum macescit, et multum semen educit. Terram cepae desiderant pin-

g. *qua* addidi ex Cresc.
h. Ita Cresc. pro *sarcientur*, *sarientur* Louan. Vinc. *sarientur*.
i. *et putribus* Cresc. *id est putr.* Lou. deinceps *proiectis* idem. *putridis* Vinc.
k. Ita Erf. et Cresc. pro *habebunt*.
l. *genestas (vbi deerunt)* A. Iunt. G. *genestae* Br. *nisi deerit* Vinc.

Tit. XXIV. a. *finibus* Vinc.
b. *grossa* Br. Lugd. Erf. Vinc.
c. *cotidie* Lugd.
d. Ita A. Br. Vinc. Vulgo *frondeat*.
e. *vt — card. seritur* om. Pol.
f. *vel* I. B. R. Br. Vinc. *et vlpicum* om. P.
g. *Nam* E.
h. *cum* inclusit Sylb.
i. *cepulas* Vinc. bis, *seris* Br. *cepulla seritur* Leid.
k. *esse* om. P.
l. *serius* Vinc.
m. *capite* P.
n. *ponas marcestit* P. Erf. *marcescit* etiam Vinc.

guem, vehementer[o] subactam, irriguam, stercoratam. ibi areas faciemus omnibus herbis et radice purgatas. seremus placido et sereno die, maxime Austro vel Euro
4 flantibus. si minuente luna serantur, tenues[p] et acriores proueniunt: si crescente, robustae et saporis humecti. rarius sunt ponendae; runcandae ac sarculandae sunt[q] saepius. Si capita voluerimus his esse maiora, folia omnia debemus auferre, [et[r]] sic succus ad inferiora cogetur: de quibus vero semina colligenda sunt, iuuentur[s] adminiculis[t], vbi caulem coeperint excitare. Cum niger color seminis fuerit, praeferunt[v] maturitatis indicia. Vellendi sunt thalli[x] adhuc semisicci cum semi-
5 ne, et sic in sole siccandi. Hoc mense anethum[y] serere locis frigidis, Omnem caeli statum patitur, sed tepidiore laetatur. Rigetur[z], si se imber abstineat. seratur rarius. Aliqui semen eius non obruunt, opinantes quod a nulla aue tangatur. Nunc et sinapi serere possumus[a]. Hoc etiam mense caules seremus; qui et toto anno seri possunt. solum[b] pingue et satis subactum diligunt: argillam[c] et glaream timent: sabulone et arenis non de-
6 lectantur, nisi perennis vnda succurrat. Omnem caeli statum caulis patitur, frigidum magis. Contra austrum positi citius ferunt; contra septentrionem, serius. Sed hic et sapore caulis vincit et robore[d]. cliuis delectatur, et[e] ideo ponendae sunt plantae per puluinos[f] arearum, gaudet stercore et sarculatione. rarius positus conualescit. celerius[g] coquitur virore[h] seruato, si, dum est trium

o. *Cepa desiderat terram solutam pinguem et optime subactam* Cr.
p. *teneres* Vinc.
q. *sunt* om. P. et Vinc. *ac* etiam om. Vinc.
r. *et* om. Erf.
s. *iuuentur* P. *inuenitur* *adminiculis* Vinc.
t. Ita Lugd. *aumíniculis* reliqui. deinde *coeperit* Br.
v. *praeferunt* om. Pol.
x. *tali* Vinc. bis. *talli* Br.
y. Ita Lugd. *anetum* reliqui, cum Vinc. et Cr. *anbetum* ex h. l. Albertus.
z. *Regitur, si non pluerit; ser.* P.
a. *pess. Et caules, qui toto* P.
b. *solo pingui et sa. subacto* P.
c. *arenam* I. B. Br. R.
d. *rubore, qui cliuis* P.
e. *et ideo — arearum* om. P.
f. *bulbinos* Lugd. I. B. Br. R. et Vinc. bis. vid. f. 13. *pulbides* E.
g. *Celerius — imitatur* om. P.
h. *vigore seruato* Pol. mox *spargis.*

trium vel quatuor foliorum nitrum tritum cribello de-
super spargas, vt speciem pruinae canentis imitetur.
Columella dicit plantarum radices alga marina inuol- 7
vendas seruandae viriditatis causa, fimo simul adhaerente[k]. Ponendae sunt plantae maioris incrementi, quia
licet serius comprehendant, tamen[l] fortiores fient. Si
hiems est, tepido iam die; si aestas, cum sol in[m] vespe-
ram declinatur, planta pangenda est. Vastior fiet, si
terra operiatur assiduo. Semen[n] brassicae vetustum
mutatur in rapa[o]. Hoc mense post Idus spongias[p] 8
asparagorum vel nouas formare incipiemus ex semine,
vel antiquas ponemus. Mihi etiam illud vtile[q] videtur
ac diligens, vt asparagi agrestis radices plurimas in
vnum locum congeramus cultum, vel certe saxosum,
quae statim fructum dent ex loco, quis aliud nil alebat,
et has annis omnibus incendamus in stropis, vt fructus
frequentior surgat[r] et fortior. Hoc autem genus est
sapore iucundius. Nunc etiam malua seri potest. 9
Mentam quoque sere plantis[t] vel radicibus loco humido
vel circa aquas. apricum solum nec pingue nec stercoratum desiderat. Hoc mense[v] foeniculum seres loco
aprico et[x] modice[y] saxoso. (Seritur[z] primo vere) pa-
stinaca et semine ponetur et plantis loco pingui, soluto[a],

i. Ita pro *candentis* E. Vinc. bis. Lid. et Br.
k. *haerente* P.
l. *tamen* ex Cr. et Vinc. addidi.
m. *ad* P.
n. *semen brassicae — incundius* om. P.
o. *rapam* I. B. Br. R. et Vinc. bis. *rapa* A. Iunt. G. Vict.
p. *spongeas* Lugd. Erf. *sp. asp. conuenit vel nouas formare ex semine vel ant. ponere* Vinc.
q. *vile* Lugd. *illud* om. E. *illud et diligens vt* omissis *congerere — incendere* Vinc.
r. *resurgat* Erf.
s. *siquidem* Vinc.
t. *quae pl. et rad. stercus desiderat* caeteris omissis Pol.
v. *loco* P.
x. *et* om. P.
y. *maxime* I. B. Br. R.
z. *Seritur p. vere* om. P. igitur inclusi. Vulgo distinguitur: *saxoso: seritur primo vere. Pastinaca et semine* etc. Deinde auctore Pontedera Gesner sic haec distinxit: *saxoso. Seritur primo vere pastinaca, et semine.* Cuba. Iundauit ex h. l. *Pastinaca vere seritur. Primo stiuine ponitur et plantis.* Vulgarem distinctionem sequitur Vincentius.
a. *soluto* om. P.

altius passinatos: naram[b] statues, vt robur accipiat. Cuncta[c] etiam nunc seritur, et colitur eo more quo allium vel capulla. Nunc caerefolium[d] locis frigidis[e] post Idus seratur[f]: desiderat agrum laetum, humidum,
10 stercoratum. Hoc mense betam seremus, quamuis possit et tota aestate seminari. amat agrum putrem, humidum, laetum[g]. transferenda est quatuor aut quinque foliorum, radicibus simo recenti oblitis. amat frequen-
11 ter effodi, et multo stercore saturari. Hoc mense porrus serendus: quem si sectilem velis, post duos menses, quam satus est, poteris dececare manentem in areis suis: quamuis asserat Columella etiam sectivum diutius duraturum, melioremque[h], si transferatur; et quoties secabitur, aqua irrigetur et stercore. si capitatum facere velis, quod vere seueris[i], Octobri mense transferre debebis. serendus[k] est loco laeto et maxime campestri, area plana, passinata alte, et diu subacta et stercorata. si sectivum velis, spissius. si capitatum, rarius seres[l]. sar-
12 culo frequentandus est, et[m] herbis liberandus. Cum digiti crassitudinem habuerit[n], a media parte praecisis foliis et truncatis radicibus transferatur: oblitus simo liquido quaternis vel quinis digitis separetur. cum radices agit[o], modice comprehendendus et alleuandus est sarculo, vt suspensus[p] a terra, quod spatii vacuum subter inuenerit, capitis vastitate cogatur implere. Item plura semina in vnum ligata si deposueris, grandis porrus

b. *verum* P.
c. *Cuncta* — *caerefolium* om. P. *allium* Br.
d. *Nunc etiam caerefolium* E. *caerefol.* Vinc. Duac. X. 51.
e. *humidis* B.
f. *seritur quod dis.* Vinc.
g. *laetum* omisit P. *locum* L. B. Br. R. Lugd. Vinc. deinde *oblitus* Br.
h. *melioremque* B. Deinceps *capitum* Lugd. *quotiens* Br.
i. *quod vere seueris* om. B.
k. *secundus* Ienss. *secundum* P.
l. *seris* Br.
m. *et* om. P.
n. *habuit* P. *dig. crassitudinem* B. Erf.
o. *aget* E. Br. *separetur rigeturque* Vinc. alibi tamen: *sep. cum radices modice.* Deinceps *alleuandus* Erf. *alienandus* Vinc. Duac.
p. *suspensum* P. deinceps *plura semina porrorum id est porrinas* Cr. pr. ant. Louan. idem *neque* post *eius* omittit.

ma nascetur ex omnibus. Item si capiti eius rupe semen immittas sine ferro et pangas, multum fertur increscere; melius[q] si frequenter hoc facias. Hoc mense 13
inula seritur, quo canneta ponuntur. seritur oculis sicut calami, quos abscindere[r] et terra leuiter debemus obruere[s], terra fossa et subacta, excitatis ad lineam pului-nis[t], quibus pius oculos oportet infodere. trium pedum inter se spatio separantur[v]. Hoc mense colocasine[x] 14
bulbos[y] ponemus. amant[y] humidum locum, pinguem, maxime irriguum. circa[z] fontes laetantur et riuos, nec de soli qualitate curant, si perpetuo foueantur humore. frondere prope semper possunt, si tanquam citreta[a] tegumentis defendantur a frigore. Hoc mense cyminum[b] et anisum seritur[c] loco bene subacto, et cui laetamen admiscetur. Quod satum est, herbis purgetur assidue.

XXV. Plantas pirorum[a] mense Februario locis frigidis ponemus; calidis uero Nouembri: sed mense Novembri pira locis tepidis conserenda sunt, vt solo iuuentur irriguo. ita et florem plurimum proferent, et magnitudinem pomi turgentis acquirent. nasci tamen tali solo maxime diligunt, quale[b] vinetis diximus conuenire: sed laeto[c] solo et validas arbores et fructus plurimos consequemur. Lapidosi generis pira vitium mutare creduntur, si terris mollibus conserantur. Sed pirum plantis serere prope tardus euentus est: tamen quibus hoc[d] placuit, vt[e] semina generosa nihil sibi de agresti asperi-

q. *melius si — separantur* om. P.
r. *abscidere* Br. Lugd.
s. *operire* Vinc.
t. *bulbinis* I. B. Br. R. Vide sect. 6.
v. *separantur* Vinc.
x. *colocasii* Lugd. Vinc.
y. *amant enim* E.
z. *inter* Vinc.
a. *tuata* Vinc.
b. *cuminum* Vinc.
c. *serimus* E.

Tit. XXV. a. *pira* semper per i Lugd.
b. *quali vinus* Br. Lugd. *quale vineis* E.
c. *in loco autem dulci et pingui sole validas arbores et fructus nobiles plurimos consequemur* Cr.
d. *sic* P. *hoc placet* Lugd. Erf. Vinc.
e. *nam* P.

tate permisceant, plantas binas aut trimas[f] eo more quo oleae ponuntur, radicatas magnis scrobibus ponant, supra terram tribus altas vel quatuor pedibus, quarum decisa cacumina argilla mista muscus debet operire. Nam si quis pirorum semen aspergat, nasci quidem necesse est, originem suam refouente[g] natura, cuius aeternitati nulla tarditas potest afferre[h] fastidium: sed homini hoc expectare[i] longinquum est[k], cum et sero
3 veniant, et de generis nobilitate decedant[l]. Melius ergo hoc mense Nouembri fiet[m], vt pirorum plantas radicatas seramus agrestium subactis bene scrobibus[n], vt, cum prehenderint, inserantur. Hoc autem interest, quod quae plantis suis seruntur, dulcedinem ac teneritatem[o] seruant[p], diu tamen seruata non durant: insita vero moram temporis sustinebunt. Spatia[q] inter piros triginta pedum mensura discernat. Genus hoc arboris vt proficiat frequenti humore et assiduis fossionibus est colendum, vsque adeo, vt tempore, quo florere consueuit, nihil perditura credatur de flore pro-
4 lato, si eam tunc fossor adiuuerit. Multum proficis, si interiecto anno quale libet laetamen adiungas: sed bubulum spissa et grauia poma generare fertur[r]. Aliqui cinerem miscent, credentes hinc contrahi pomis argutos sapores. Generum varietates exsequi superuacuum[s] puto,

f. *binas aut trinas* E. *Plantari possunt rami pirorum, vt de olinis dictum est, et eodem modo, sed quandoque tardius est euentus et non perfecte fructificant. Item plantantur pira et nasci quidem* etc. Cresc. vbi antiqua mea habet: *tardius.*

g. *repente* P. *remouente* E. *repetentia* Cr. *repetente* Lou.

h. *causare* I. B. R. Br. *creare* Lugd. E. Vinc.

i. *spectare* Vinc Br. *sed quandoque hoc est huiusmodi homini* Cresc. recte Louan.

k. *longum est* E.

l. *et non domestica sed silvestria nascentur* Cr. pro his habet:

m. *est* Cr.

n. *sub. b. scr.* omisit Cresc. quidenceps *et cum comprehenderit.* Gesner malebat ita legi: *vt comprehenderint* Brusch.

o. *teneritudinem* Br. Lugd. Vinc. *acredinem* Erf.

p. *seruabunt* P. Verba: *Hoc — sustinebunt* omitt. Cr.

q. *Spacia vero inter ipsas arbores vt melius connalescant* 30 *pedum esse debebunt* Cr.

r. *fertur* omitt. Palat. et Codex Vlitii ad Gratium versu 522. *creditur* E. *facit* Vinc. *generat* Br.

s. *superfluum* E.

puto, cum in ponendis vel[t] excolendis nulla sit distantia. Si languida[v] arbor est piri, vel ablaqueatae[x] radicem terebras, et ibi ligneum palum[y] deprimis, vel in trunco similiter terebrato ex teda cuneum figis[z], vel, si haec[a] desit, ex quercu. Vermes eius arboris et nati 5
necantur et nasci prohibentur, radicibus felle taurino frequenter[b] infusis. Item faeces vini veteris recentes[c], si radicibus affundantur per triduum, diutius [arbores] in floribus[d] laborare non faciunt. Si lapidosa pirus est, 6
ab extremis radicibus terram priorem leuabis, et secernes omnes lapillos; quibus diligenter remotis alteram terram cribro[e] cretam in loco eius infundes. sed hoc proderit, si rigare non cesses. Mense Februario et Martio pirus[f] inseritur more, quo dictum est, cum de insitione loquerenur, sub cortice et in trunco. Inseritur autem piro agresti[g], malo, vt nonnulli amygdalo et spino[h]; vt Virgilius, orno et fraxino et cydonio; vt aliqui, et Punico, sed fisso[i] ligno. Surculus piri, qui 7
inseritur ante solstitium, anniculus esse debet, et prius quam figatur, foliis et[k] omni tenera parte priuari: post solstitium vero eum figis, qui summum germen inclusit. Pirus omni genere inseritur. Condienda sunt pira 8
[ita[l]] die placido[m] decrescente luna a vigesima secunda vsque in octauam. Eadem poma sicca et manu lecta ab[n] hora secunda in quintam vel a septima in decimam, a caducis diligenter electa integra et prope dura, et

t. *vel exc.* omitt. P.
v. *liquida* Vinc.
x. *oblaqueatae* Vinc. Leid.
y. *pal. fig.* omitt. P.
z. *deprimis* P. *infigis* Leid.
a. *haec* Vinc. Vulgo *hoc.*
b. *saepe* P.
c. *recentes* omitt. P.
d. *in floribus* omitt. P.
e. *cribratam in* P. *cribro fractam* Vinc. deinde *infundis* Br. et *cessas.*
f. *prius* F. G. Item Paris. 1536.
g. *agresti vel ut* Pol. *agresti vel domestico, in malo spina* Cr. *spina alba et in coctario sed in his* etc. Louan. *in piro agresti in malo* Leid. *malo* is vbique.
h. *spinae* I. B. R. Br.
i. *spisso* P. *vel fisso* Leid.
k. *ex omni* Vinc.
l. *ita* om. P. *pira colligenda molius durant si colligantur — vsque ad* Albert.
m. *placido descendente* Vinc.
n. *hora a sec.* Br. Lugd. *ab* om. Vinc. *electa* Cresc.

et aliquanto viridia in picato vase clauduntur, quod operculo tegitur, et deorsum os eius[o] inclinatur, atque [breui[p] scrobe] obruitur in eo loco, circa quem perennis
9 aqua decurrit. Item quae dura sunt in carne et cute[q] prius in aceruo[r] posita, vbi se mollire coeperint, in vas fictile bene[s] coctum picatumque ponuntur, et operculo superueniente gypsantur. vas[t] breui scrobe demergitur[v] in eo loco, qui quotidie sole tangatur. Plurimi pira
10 obruta inter paleas aut[x] frumenta seruarunt, alii statim lecta cum tenacibus suis[y] picatis vrceis condiderunt, et oribus vasculorum gypso vel pice clausis ipsa sub diuo obruta sabulone texerunt. Alii pira, quae se non contingerent, in melle seruarunt. Item[z] pira diuisa et
10 purgata granis in sole siccantur. Aliqui[a] aquam salsam, cum coeperit vndare calefacta, despumant[b], et ei post iam[c] frigidae pira seruanda demergunt. tunc exemta post tempus exiguum condunt vrceo, et eius ore lito[d] conseruant: vel nocte et die in frigida salsa manere patiuntur[e]: post in aqua pura[f] biduo macerant, deinde in sapa vel passo vel dulci vino mersa custodiunt[h].

Vinum

o. *ei.* Vinc. *inpicato* Br.

p. *breui scrobe* om. I. B. R. Br. Lugd. E. Vinc. inclusit Gesner.

q. *et in cute* Erf.

r. *aceto* Vinc. Breuitur sic h. l. excerpsit Cresc. *Seruantur pira si a caducis diligenter electa integra et prope dura et aliquantulum viridia obruta inter paleas vel frumenta ponantur in loco umen obscuro et sicco. Alii cum tenacibus suis statim lecta picatis vrceis condiderunt et oribus vasculorum gipso clausis aut pice ipsa sub diuo obruta sabulone texerunt.*

s. *bene coct.* omitt. P. *lene* etc. I. B. R. Br.

t. *Vas* — *demergitur* om. P. *et vas* Vinc.

v. *tegitur* I. B. R. Br.

x. *et* I. B. R. *intra* Cr. Louan. antea.

y. *radicibus suis* E.

z. *Alii* — *siccant* Cr.

a. *Aliqui* — *et die in* omitt. P. Cresc. editt. tres. *Aliqui aq. sal. calefactam, cum coeperint inundare, despumant* Lugd. *calefactam cum coeperit vndare* Leid.

b. Ita Lugd. et Vinc. Vulgo *dispumant.*

c. *postea* Vinc. *exempta* Br.

d. *oblito* Vinc.

e. *permittuntur prius in* P. Cresc. Louan. *permittunt; postea in aqua pura biduo macerentur* Cr. editiones reliquae.

f. *dura* Lugd.

g. *biduo posteq. in dulci* P. *biduo macerentur vel in sapa vel passa et vsui reseruantur* Cr. Louan. *biduum* Erf.

h. *custodiuntur* P. *vino seruata custodiunt* Erf. *deinde in sapa in vino dulci mersa custodiuntur, vel in sapa vel passo vsui reseruantur* Cresc. meus vterque.

Vinum de piris fit, si contusa[i] et sacco rarissimo con- 11
dita ponderibus comprimantur aut prelo[k]. hieme durat, sed prima acescit aestate. Acetum sic fit pe piris: Pira siluestria vel asperi generis matura in cumulo reseruantur[l] per triduum. deinde mittuntur[m] in vasculo, cui fontana aut pluuialis aqua miscetur, et opertum vas per triginta dies relinquitur[n], ac[o] subinde quantum sublatum fuerit aceti ad vsum, tantum redditur[p] aquae ad reparationem. Liquamen de piris castimoniale[q] sic 12
fiet: Pira maturissima cum sale calcantur integra[r]. vbi carnes eorum fuerint resolutae, vel in cupellis[s] vel in vasculis fictilibus picatis[t] condiuntur. Post mensem tertium, suspensae eae[v] carnes liquorem dimittunt saporis iucundi, sed[x] coloris albiduli. contra[y] hoc illud proderit, vt tempore, quo saliuntur[z], pro aliqua parte vina nigella permisceas. Mense Februario et Martio locis 13
frigidis mala[a] seramus: si calida et sicca regio est, Octobri et Nouembri. eorum plura sunt genera, quae numerare superfluum est. Amant[b] pingue ac laetum solum, et cui humorem non tam rigatio quam natura suppeditet. et si [in[c]] arena vel argilla sit, rigationibus adiu-

i. *concussa* Cr.

k. *hoc in hiemem* Cr. antiqua, sed Basil. *hiemem.* recte Louan. quae deinceps *accrescit.*

l. *seruantur* Cresc.

m. *mittantur in vasculum* Cresc. *mittuntur — vasum* Lou. Cr. *vasis* Pol. *vasculis* Iens. *vascula* Vinc.

n. *relinquuntur* Cr. antiqua mea,

o. *vt* Cr. recte Lou.

p. *reddatur* Cr. *additur* Lou.

q. *cast.* om. P. et Cr. edd. tres. *et* Cr. recte Louan.

r. *integra* om. P. et Cr. edd. tres. *integro* I. B. R. Br. Vinc. Leid.

s. *capsellis — vasis* Cresc. *vasis* etiam P. et Cr. Louan. qui *cupellis* habet.

t. *paratis claudantur* Cresc. recte Lou.

v. *hae* Cr.

x. *demittunt* Vinc.

x, *et* Cr. *sed* om. P. *iocundi* Cr. Lou.

y. *Contra* P. *contra haec* E. *contra* etiam Lugd. aliae *circa.*

z. *soluuntur vina* P. *fulinnt vina nigella pro* etc. Vinc.

a. *mela* Lugd Sic saepe alibi: *locis frigidis mela* Vinc. *Seritur ramis et semine sed tardius est in vtroque prouentus; melius igitur in locis calidis Oct. et Nou. in frigidis vero Febr. et Martio* Cresc. vnde inserui verba *locis frigidis.*

b. *Haec arbor et in omni aere proueniit et pingue ac laetum s. diligit. cui hum.* Cr.

c. *vbi arena — irrigationibus* Cr. *picatisque* Lou. *si arena* Vinc.

adiuuetur. Montanis locis debent[d] ad meridiem versa constitui. et[e] frigido solo proueniunt, si caeli tepor adiuuerit: nec in asperis et humectis sedem recusant. Macrum[f] et aridum solum poma vermiculosa efficit et
14 caduca. Seruntur omni genere, sicut piri: neque exarari neque effodi desiderant. idcirco eis magis prata conueniunt[g]. Stercus (ouillum[h] tantum) non exigunt quidem, sed libenter assumunt, vel[i] si cineris pulueres misceantur. Amant modestas[k] rigationes. Putatio illis[l] apta est, sed maxime vt arida aut[m] male nata tollantur.
15 Citius senescit haec arbor, et in senectute degenerat. Si caduca sunt poma, fissae[n] radici lapis iniectus poma retinebit. Lacertae viridis felle si tangantur cacumina, non putrescit. Vermes eius suillo stercore misto humanae vrinae aut felle bubulo extinguuntur: qui si plures circa arborem sunt, aereo scalpro semel rasi non vltra nascentur, si[o] ea loca, vnde rasi sunt, bubulum stercus
16 obducat. Si spissa poma ramos onerabunt[p], interlegenda sunt quaeque vitiosa, vt[q] alimentum caeteris succus aequiparet, et generosis abundantiam ministret,
17 quam numerosa vilitate perdebat. Malus[r] omni generi inseri potest, quo pirus. Mense[s] Februario, Martio et aliis,

d. *debet* Cr.

e. *Et* om. P. *et fr.* — *recusant* om. Cr.

f. *Macer et aridus locus* — *facit* Cr. *facit* etiam Pol.

g. *conuenient* Cr.

h. *ouillum tantum* om. P. Lugd. Cr. Vinc. *ouilium* Ienss.

i. *et maxime si eis (ei* Lou.) *cineres misceantur* Cr.

k. *moderatas* Cr. Basil. *irrigationes* Cr. vterque meus.

l. *his* — *et maxime arida et male* Cr. sed antiqua *in arida. sed max.* Lou.

m. *et* ante Vict. E. Cr. *aut* Lou.

n. *scissae* — *tenebit* Cr. *immissus poma* Louan.

o. *quae rasa sunt bub.* Br. Lugd. E. Vinc.

p. *oneraverint* Cr. et addit: *mense Iunio et Iulio interlegenda.*

q. *vt succus ad meliora vertatur, generosis abundantiam ministrat, quam numerosa v. perdebant* Cresc. Basil. sed antiqua mea sic habet: *vt succus, qui in granis his posset impendi ad meliora* etc. Louan. *qui ingrate* etc. idem et ante *generosis* addit.

r. *Malus inseri potest in se, piro, spina, sorbo, ficu, platano, populo et salice mense* — *Martio per solstitium 50 dies vt ait Cato et aliis quibus pirus, in cortice et tranco, emplastro et ad buccellam et in amidam vel salicis pertica perforata* Cr. Pro *pruno* Cresc. Louan. *coctano* haber.

s. *Mense* — *inseritur* om. Vinc.

aliis, quibus pirus, insertitur in malo, in piro, in spino[t], pruno, sorbo, persico, platano, populo, salice. Diligenter legenda sunt mala, quae volumus custodire[v]. ea in locis obscuris, vbi ventus non sit, stramentis prius in crate subiectis[x], in cumulos secreta disponimus: qui[y] cumuli frequenti diuisione separentur. Aliqui diuersa dixerunt, [vel singula] in vasculis fictilibus picatis atque[z] oblitis claudi, vel argilla inuolui, vel[a] solos pediculos creta adlini[b], vel in tabulis[c] substrata palea disponi, et stramentis de superiore parte cooperiri. Mala 18
rotunda, quae orbi[illegible]licuntur, sine cura[d] toto anno seruari[e] possunt. Alii in puteo vel in[f] cisterna mergunt vasa fictilia, quibus diligenter picatis et clausis mala committuntur[g]. Alii ex arbore mala illaesa sumserunt, et pediculis eorum pice feruenti mersis supra tabulatum per ordinem disponunt[h], nucum foliis subter expositis. Plerique scrobem[i] populi vel abietis[k] inter mala diffundunt[l]. Constat mala sic ponenda, vt pediculorum par- 19
tes deorsum facias, neque ante quam vsui necessaria videantur esse, contingas. Vinum et acetum fit ex malis, sicut ex piris ante praecepi. Cydoniis[a] seren- 20
dis plerique tempora diuersa dixerunt: tamen mihi vsu[b] compertum est, in Italia circa Vrbem mense Februario vel inchoante Martio plantas cydoniorum radicatas in pastinato solo tenuisse adeo feliciter[c], vt saepe sequentis

t. *spina* Cr. Vinc. *spino in cocta-no, sorbo* Cresc. Lou.

v. *seruare et ea ponenda sunt in obscuro loco* Cr. sed antiqua verba: *ponenda sunt* omittit.

x. *suppositis vel paleis aut loco aut in cumulos* Cr. *subiectis v. p. aut loco in cum. secreto* Lou.

y. *qui* et reliqua omnia omisit Cr. qui haec tantum habet: *aliqui omnia simul ponunt* vbi antiqua mea addit: *et loco aperiunt.*

z. *atque* om. P.

a. *vel solos — esse contingas* om. Pol. et Cr. Louan.

b. *creta lini* Erf.

c. *stabulis* Erf.

d. *curatione anno seruare se* Lugd.

e. *se seruare* I. B. R. *seruare se* Vinc. Br. Asc. Paris. 1536. Iuntt. Erf.

f. *in* om. Lugd. E.

g. *committunt* Erf. *mela committunt* Leid.

h. *disposuerunt* Lugd. Erf. Vinc.

i. *scrobem* Lugd. Erf.

k. *babietis* Lugd.

l. *disponunt* Vinc.

a, *Cydoneis* Br. Lugd. vbique.

b. *visu* E.

c. *velociter* Vinc.

tis anni fruge gauderent, si positu maioris status fuissent. locis siccis et calidis extremo Octobri vel Nouembri inchoante ponantur. Amant cydonii locum frigidum, humectum[d]. Si in tepido statuuntur[e], opus est
21 illis rigatione[f] succurri. Ferunt tamen statum mediocris situs inter naturam frigoris et caloris, et in planis et in decliuibus[g] proueniunt, magis[h] tamen inclinata et deuexa[i] desiderant. Serunt[k] aliqui cacuminibus et talea, sed tardus est in vtroque prouentus. Ita ponendae sunt largae[l] arbores cydonii, ne alteram quatiente
22 vento stillicidium tangat alterius. Dum minor est, vel[m] quando ponitur, iuuetur stercore: maior[n] vero, cinere vel cretae puluere semel toto anno radicibus missio. Poma in his et[o] cito matura et maioris incrementi[p] assiduus humor[q] efficiet. rigandae sunt[r], quoties caelestis negatur infusio, et circumfodiendae[s] locis calidis Octobri mense[t] et Nouembri; frigidis vero[v] Februario vel Martio. nisi [enim[x]] circumfodiantur[y] assidue, aut steriles efficiuntur[z], aut earum poma degenerant. Putandae[a] sunt, sicut probaui, et a vitiosis[b] omnibus libe-
23 randae. Si arbor aegra est, amurca aquae[c] aequaliter mista

d. *humidum* Cr. recte Lou.
e. *statuuntur* Cr. Lugd. Erf. *ponuntur* Cr. Louan.
f. *irrigatione* Cr. edd. tres, et Erf.
g. *clinibus* Cresc. antiqua mea cum pr. et Louan.
h. ita Lugd. Cresc. aliae *tamen magis*.
i. *connexa* Cr.
k. Ante haec Cresc. ita: *terram desiderant satis pinguem et in soluta magis quam in creta laetantur. Plantantur plantis iuxta ipsas arbores cum radicibus inuentis* (antiqua mea *uimentis*) *item taleis et cacuminibus. Item locis calidis mense Octobri et Nouembri. — Item longe ponendae sunt* etc. vbi Louan. *desiderat -- pinguem, in soluta -- quam creta -- radicibus. Item taleis* etc.
l. *longe* Cr. deinceps *quatientem* Louan.
m. *vel q. ponitur* om. Pol. Cresc. *quando* om. Lugd. *et quando* Cr.
n. *maiori nec enim* Vinc.
o. *et* om. Cr. habet Lou.
p. *prouentus* P. Cr.
q. *cito* repetit Cr. Bas. sed omittit antiqua mea.
r. *rigentur ergo* Erf.
s. *circumfodiendo* Cr. recte Lou.
t. *mensibus* Pol.
v. *vero* om. P. Lugd. Cr. *vero Februario* om. I. B. R. Br.
x. *enim* om. Lugd. I. B. R. Br.
y. *et nisi circumfodiatur* Cr. *circumfodiatur* etiam Lugd. R. Br.
z. *sterilis efficitur aut eius* Lugd. R. Cr. Br.
a. *putanda est -- liberanda* Lugd. Br. Erf. *Presumendae* Cr. Lou.
b. *nocumentis seu vitiosis* Cresc. *noc. seu* om. Lou. *vitiis* Vinc.
c. *aqua* Cr.

mista radicibus debet affundi[d], aut[e] calx viua tempe-
rata cum creta, vel resina locularis pici liquidae mista
trunco arboris adlini, vel ablaqueatae arbori circa radi-
ces imparis numeri poma cydonia pro magnitudine eius
ponenda et obruenda firmantur: quod annis singulis
factum custodiet a vitiis, sed arboris[f] longae derogabit
aetati. Mense Februario cydonia inseruntur melius in 24
trunco quam cortice[g] in se ipsa recipiunt in se succu-
los prope[h] omnis generis[i], Punici, sorbi, omnium[k]
malorum, quae[l] meliora producunt. Inseruntur[m] au-
tem nouellae arbores, quibus succus est, in cortice: si
maior est, circa radicem[n] melius inseretur, vbi cortex
et lignum beneficio soli adhaerentis humescit[o]. Le- 25
genda[p] sunt matura cydonia, quae hoc more seruantur,
vel inter binas tegulas posita, si[q] luto ex omni parte
claudantur, vel si[r] defruto incoquantur, aut[s] passo.
Alii quae maiora[t] sunt, sici foliis inuolutae custodiunt.
Alii tantum[v] locis siccis[x] reponunt, a quibus ventus ex-
cluditur[y]. Alii canna[z] vel ebore in quatuor partes di-
uisa sublatis omnibus, quae in medio sunt, in vase sicili

melle

d. *infundi* P. Cr.
e. Verba *aut calx -- mista* P. Cr. Lou. et Codex Lugd. sed Cresc. Basil. et antiqua mea omittunt haec usque ad verba: *quod annis.* Erf. et Br. *calx viuus.*
f. *arbores* Cr.
g. *in cortice* Erf. Br. *et cortice* omisso *melius* Cr. Basil. sed antiqua *quam cortice. melius* addit Lou. Pergit Cr. *in se ipsas, inseruntur autem nouellae arbores -- melius inseritur -- humescat. Item recipiunt.*
h. *pene* Cr. recte Lou.
i. *scilicet* addit Cr.
k. *omniumque* Cr. et Cuba.
l. *quae* om. Cr. *inter* Loun.
m. *inseruntur* Lugd. Erf. Cr.
n. *corticem* Erf.
o. *humescat* Cr. *succus -- loci adh. humescit* Loun.
p. *Colliguntur titonia* (antiqua *cocciana*) *mense Octobri cum adhuc nitente pruina maturitatem aureo colore fatentur, et quae magis odifera sunt, debent eligi, sed si per cotilidones suspendantur in frigidis voglone forte durabunt per annum et amplius, vel seruantur inter binas* etc.
q. *Si* om. I. B. R.
r. *defricto* E. Cresc. Lou.
s. *aut passo* omitt. Pol.
t. *alii autem quae meliora* Cr.
v. *tantum* omitt. Erf.
x. *excludatur* Cr. recte Lou.
y. *canna vel ebore in* om. Pol. *Alii canna* usque ad *alii in melle sic* om. Cr.

26 melle obruunt. Alii in melle sic integra[a] demittunt[a], in quo genere condiendi satis matura deliguntur[b]. Alii milio obruunt, vel[c] paleis separata demergunt. Alii plenis vino optimo[d] vasculis immittunt: vel[e] vini et defruti ad seruanda cydonia, aequum corpus efficiunt. Alii doliis musti immergunt[f], atque ita claudunt[g], quod odoratum reddit et[h] vinum. Alii in patina nona
27 ficco gypso obruunt separata cydonia. Siliqua[i] Februario mense seritur et Nouembri et semine et plantis: amat loca maritima, calida, sicca, campestria: tamen, vt ego expertus sum, in locis calidis foecundior fiet, si adiuuetur humore: potest[k] et taleis poni. Scrobem desiderat largiorem. Inseri etiam posse mense Februario credunt aliqui in pruno vel amygdala. Siliquae ser-
28 vantur diutissime, si expandantur in cratibus. Amica est morus et vitis[l]. Mori nascuntur ex semine[m]; sed et poma et virgulta degenerant. Serenda est taleis vel cacuminibus, melius autem taleis sesquipedalibus[n] ex vtraque parte[o] leuigatis ac fimo obsitis. cum locum[p] palo ante fecerimus, immergimus[q] ac tegimus cinere terrae[r] admisto non[s] amplius quam quatuor digitis operi-

a. *sic integra* om. Cr.

a. *demittunt* Erf. Cr. Vulgo *dimittunt*.

b. *eliguntur* Cr. *diliguntur* Lou.

c. *in* addit Cr.

d. *optimo* om. Erf. et Vinc. *vasculis* Cresc. antiqua mea. deinceps vulgo *mittunt* Cr. *dimittunt* Louan. et Vinc. mecum faciunt.

e. haec vsque ad *alii doliis musti* omisit Cr.

f. *immergunt* Cresc. Vulgo erat *mergunt*.

g. *claudunt* Lugd. Erf. *atque ita cl.* omisit Cr.

h. *et* omisit Cr. Louan. *et* ante *odoratum* inserit. *in foliis musti — claudunt vt quod odoratum est vitium vinum in se pertrahant* Vinc. *claudunt vt* voluisse videntur dare etiam Lugd. et Erf.

i. *Siliqua — in cratibus* om. Pol. nec habet de siliqua quicquam Cresc. *Silica* Erf.

k. *potest et t. seri* omis. Vinc.

l. *Morus est arbor nota plurimum vitis amica* Cr.

m. *Seri autem potest semine, sed poma et virgulta degenerant. Melius autem seritur taleis et cac. et melius t. sexquipedalibus. (vel qui pedalibus* addit antiqua mea) Cresc.

n. *vel — sesqui.* om. E.

o. *parte* omitt. Cr.

p. *cum scrobem ante fec.* Cresc. *et cum scrobem paulo ante* Cresc. Lou.

q. *immergamus — tegamus* E. et Cr. *tegamus* etiam Br. et Cr. Lou.

r. *terrae* Cr. Vulgo *terris*. Lou. *in cinere*.

s. *nec* Cr. *quam quasi* Louan.

operimus[t]. Seremus locis temperatis[v] a medio Februario et toto Martio; locis vero calidioribus Octobri postremo vel Nouembris initio; sed verno maxime die 29
nono Calendas Apriles. Amant[x] loca calida, sabulosa, et plerumque maritima. in tofo vel argilla vix comprehendunt. humor[y] assiduus [moris] prodesse non creditur: fossionibus laetatur[z] et stercore. Putria[a] in his et arida post[b] triennium sunt putanda. Plantam[c], si robusta [est,] transferes mense Octobri vel[d] Nouembri: si[e] tenera, Februario et Martio. Scrobes desiderant[f] altiores[g], interualla maiora, ne altera[h] vmbris premat tur alterius[i]. Feracem laetioremque[k] arborem mori 30
fieri[l] aliqui tradiderunt[m], si perforato hinc inde trunco singulos cuneos[n] inseramus terebinthi (hinc[o] inde lenifici.) circa Octobres[p] Calendas morus ablaqueanda[q] est, et radicibus eius vini veteris recentissimae faeces infundendae. Inseritur autem[r] in fico[s] et in se tantum sub

t. *supra terram relinquamus* Cr.

v. *locis temperatis* addidi ex Vinc. *Seri potest locis temperatis, mense Martio et circa finem Februarii, calidis vero mense Oct. et Nov.* Cr. deinde vulgarum *Calendarum Aprilium* ex Br. correxi.

x. *Loca autem quaerit sabulosa et pl. maritima* (antiqua mea *maritimis*) *et in mediocriter soluta prouenit, sed in topho vel* Cr. vbi antiqua *tufo* habet eum pr. et Lou.

y. *humor — creditur* omisit Cr. et deinceps habet: *stercore vel terra pingui valde laetatur.* Louan. ita: *comprehendunt. foss. laet. et stercore, sed humor ass. moris pr. n. creditur.*

z. *laeta* Erf.

a. *putrida* E. Vinc. Cr. Lou.

b. *prius* P.

c. *Plantam robustam transferes* P. *pl. robustam transferas* Cr. *robustam* etiam Vinc. bis. *si robustam tr.* I. B. R. Br. Lugd. Ascens. *est* om. Erf.

d. *et* Cr.

e. *teneram* P. Cr. Vinc. E. *si teneram* I. B. R. Br. Lugd.

f. *desiderat* Vinc. Cr. Lou.

g. *altas et — magna 30 pedum vel circa ne vna* Cr.

h. *altera* om. etiam Lugd. E.

i. *et in radicibus se impedias* addit Cr.

k. Ita Lugd. E. Vinc. bis: *laetioremque* Cr. *letio.* Louan. Vulgo *altioremque.*

l. *ficu* Vinc.

m. *crediderunt* Vinc.

n. *ramos* Vinc.

o. *hinc inde lent.* om. P. Erf. Cr. editt. tres.

p. Ita Br. Lugd. et *Kal.* Vulgo *Octobris.*

q. *ablaqueandus* Cr. *allaqueandas* Lou.

r. *autem* om. Lugd. E.

s. *persico* P. *inseritur autem in se et in persico, secundum quosdam et in ficu* Cr.

cortice. Vlmo[t] insita comprehendit: sed[u] parturit
31 magnae infelicitatis argumenta[x]. Auellanae[y] ponendae sunt nucibus suis non[z] amplius supra terra[a] ducenda est, quam crassitudine digitorum duorum: plantis tamen et sobole[b] expertus sum melius prouenire. mense Februario seu planta seu semen exponitur. gaudent loco macro, humido, frigido, et[c] sabuloso. mense Iulio circa Nonas auellana matura est: [locis[d] tamen calidis,]
32 Nunc[e] seruntur myxa ex nucleis in aliquo vase positis, donec plantae induant firmitatem, caelo tepido, terra soluta, humore moderato. Inseruntur mense Martio sorbis[f] vel spinis. Etiam nunc tuberes seruntur et inseruntur, et ossa duracinorum, vel plantae eiusdem generis ponuntur, et[g] transferuntur, et inseri possunt:
33 et mespilus inseretur, et ossa ponentur[h] prunorum. Ficus etiam locis temperatis nunc poni potest[i], et sorbus hoc etiam mense seri, et amygdali[k] semina in areis obruui, et locis temperatis nunc inseri mense inchoante, frigidis vero exeunte, conditis tamen surculis antequam germinent[l]. Et pistaciae[m] planta vel nunc statui aut inseri potest, et castanearum semina[n] spargi. Nuces quoque iuglandes etiam[o] nunc seminariis[p] recondi, et[q] ipsum

t. *etiam* addit Cr.

v. *sed magis parturit inf. augmenta* Cresc. antiqua; sed Basil. plane omiſit. *magnae* Louan.

x. Ita Erf. et Vinc. Vulgo *augmenta. augumenta* Br.

y. *Abellanae* Lugd.

z. *nec amplius duobus digitis terra super eas ducenda est, melius autem pl. et sabulo proueniunt* Cr.

a. *supra terram* Vinc. sed editio Duac. *super terram.*

b. *et semine* alicunde laudat Gesner.

c. *etiam sabuloso* Vinc. Br. *sabulo* Cr. sed altero loco V. 3. habet sine copula *sabuloso.*

d. Inclusa verba omittunt I. B. Br. R. Pol. Lugd. Erf. Vinc. Cr.

e. *Nunc — spinis* omitt. P. *nec myxorum meminit* Cr. *mixa* Br.

f. *sorbo* Br.

g. *si* I. B. Br. R. *et transferri* Pol.

h. *ponentur* omitt. I. B. Br. R. Lugd. P. E.

i. *possunt* P.

k. *amigdalae* Lugd.

l. *generent* P. Paulo antea *incohante* Br.

m. *pistacene* Br.

n. *semen aspargi* Br. *cast. aspergi* Lugd. *et it cast. sem. sp.* Erf.

o. *et* Br.

p. *seminariisque* Br.

q. *et ipsam inseri* I. B. Br. R. *et inseri* om. P.

ipsum genus inseri; et frigidis et[r] humectis locis nunc poterunt[s] pineta seminari.

XXVI. Nunc verres maxime feminas inire debebunt. Legendi sunt vasti et ampli corporis, sed rotundi potius quam longi, ventre et clunibus[a] magnis, rostro breui, ceruice[b] glandulis spissa, libidinosi, anniculi, qui vsque ad quadrimos[c] inire feminas possunt. Scrofas vero longi lateris debemus eligere, et quibus ad sustinendum foeturae onus magnus se venter effundat, caetera verribus similes[cc]. Sed in regionibus frigidis, a densi[d] et nigri pili, in tepidis qualescunque prouenerint[e]. Femina (ad creandum[f],) vsque in annos septem partus onera gestare sufficiet[g]; ad concipiendum anniculo debet incipere. quarto exemto mense pariunt, vbi quintus incipiet. incipiunt autem, sicut dixi, mense Februario, vt solidioribus herbis nati et stipula succedente pascantur. Vbi facultas est transigendi, venditis qui subinde nati sunt, celerior matribus foetura reparatur[h]. Genus hoc[i] omnibus locis haberi potest; melius tamen agris palustribus, quam siccis, praecipue vbi arborum fructuosarum[k] silua suppetit, quae subinde maturis fructibus alterna per annum mutatione succurrat. maxime locis graminosis, et cannarum vel iunci[l] radice nutriuntur. Sed deficientibus alimentis per hiemem nonnunquam[m] praebenda sunt pabula glandis[n], castaneae, vel frugum vilia excrementa caeterarum: verno magis, cum

 lactent

r. *vel* Lugd. E. Vinc.
s. *potuerint* Vinc.
Tit. XXVI. a. *cruribus* L. B. R. Br. *magni* Cresc. Louan. et antea *digendi*.
b. *cervicis al. spissis* Vinc.
c. *quadriennium* Cr. Basil.
cc. *similia* Cr. *per cetera* Vinc.
d. *depressi* Cr. recte Lou.
e. *qualesc. sint nihil refert* Cresc. Basil.
f. *femina tandem vsque* Vinc.
g. *sufficit* Vinc. deinde *exemptae* Leid.
h. *prouenit* P.
i. *in* add. Cr.
k. *fructuosior* Cr.
l. *cannarum iuncis radicoque* Vinc. *cen. radicibus nutr.* Cr. Basil. sed antiqua mea et Louan. *cannarum vel iunci radicibus*. princeps *vel in iunci*.
m. omitt. Cr.
n. *glandium castaneorum* Cr.

lacteant[o] nouella virentia, quae porcis solent nocere.
4 Neque gregatim claudendae[p] sunt porcae more aliarum pecudum, sed haras[q] sub porticibus faciemus, quibus mater vnaquaeque claudatur[r], et alumnum gregem tutior ipsa defendat a frigore. quae[s] harae a[t] superiori parte detectae sint[v], vt libere numerum pastor exploret, et oppressis a matre foetibus saepe subueniat subtrahendo. curabit autem vt foetus proprios cum vnaquaque procludat[x]. plus vero quam octo, sicut Colu-
5 mella dicit, nutrire non debet. Mihi vero vtilius probatur experto, porcam[y], cui[z] pabula suppetunt, vt plurimum sex nutrire debere, quia licet plures possit[a] educare[b], tamen frequentiore[c] numero facta deficiet. In porcis etiam illud[d] est commodum, quod immissi vineis necdum turgentibus, vel exacta vindemia gramine persecuto, diligentiam fossoris imitantur.

XXVII. In huius mensis initio aliter myrtitem[a] sic facies. Mittes[b] vini veteris decem sextarios in lagoenam[c], et baccarum myrti[d] libras v miscebis. cum xx et

o. *lactant. nouella enim virentia quae solent porcis nocere* Vinc. sed alibi habet: *lactanti nouella virentia plerumque porcis nocere.*

p. *porci claudendi* Cr. sed antiqua *claudendae.* Louan. etiam *porcae.* deinceps *aliorum* Cresc.

q. *aras* Lugd. Cr. *areas* Erf.

r. *claudantur* Cr. recte Lou. sequens *ipsa* om. Erf.

s. *Quae arde* Cr. *Quare* Vinc. bis.

t. a om. Cr.

v. *sint* Vinc. *quae harae sunt s. p. detectae* Cresc. Lou.

x. *producit* I. B. R. Br. *praecludat* Cresc. Edd. 4. *recludat.* Vinc. deinceps *octo vt* Cresc.

y. *porca* I. B. R. Br.

z. *cui pab. suppet.* om. P.

a. *valeat* Cr.

b. *educere* Lugd.

c. *frequenter e numero* P. Lugd. *tamen e numero facta* Cr. antiqua mea. *tamen maiore numero onerata ante tempus deficiat* Cresc. Basil. *tamen e numero* Vinc. *e nimio facta deficiet* Cr. Lou. reliquae *deficiat.*

d. *illud* om. I. B. R. Br. *In porcis autem praeter alia illud etiam commodum reperitur — vel post vindemiam gramine praefecto — imitatur.* Vinc. Sp. nat. XVIII. 7. *Item est alia vtilitas, quod — et exacta — persecuto vertunt solum, postea relicta fossoris diligentia mutatur.* Cr. Basil. sed antiqua mea et princ. omittit verba: *vert. sol. p. relicta.* Victor. etiam *imitatur.*

Tit. XXVII. omittit Pol.

a. *myrti sit hoc modo* Vinc.

b. *mitte* Vinc. *mitis* Br.

c. Ita Vinc. Vulgo *lagoena.* Lugd. *laguena.*

d. *myrte* Lugd.

et duorum dierum ſpatium confuſa[e] tranſegerint, per quos vas quotidie[f] conuenit agitari, tunc palmea ſporta colabis, et praedictis decem ſextariis mellis optimi fortiter triti pondo v miſcebis.

XXVIII. Theriacam[a] vitem ſic facies[b], cuius iſte profectus eſt, vt vinum eius vel acetum vel vua[c] vel ſarmentorum cinis proficiat contra morſus omnium beſtiarum. Fit autem ſic: Sarmentum, quod pangendum eſt, trium digitorum ſpatio in ima[d] parte findatur[e], et ſublata medulla ad eius vicem[f] theriacae medicamen addatur. tunc[g] terrae mandetur vinculo diligenter aſtrictum. Aliqui[h] eadem ſarmenta iam medicamine ſatiata intra ſquillae bulbum recondunt, et terris praedicta[i] ratione committunt. Aliqui antidoti eius affuſione radices vitis infundunt. Sane[k] ſarmentum ſi de hac vite ſumatur ad tranſferendum, potentiam materni medicaminis non tenebit. Oportebit autem theriacae infuſione aſſidua vim ſucci ſeneſcentis iterare[l].

XXIX. Eſt[a] pulchra ſpecies vuae, quae granis interioribus caret. Hinc efficitur, vt ſumma iucunditate ſine impedimento ſorberi poſſit, velut[b] vnum omnium corpus vuarum. Fit autem Graecis auctoribus hac ratione per artem ſuccedente natura: Sarmentum, quod obruendum eſt, quantum[c] latebit[d] in terra, tantum

 findere

e. *ſpacio* Vinc. *tranſfuſa* omitt. Lugd.
f. *cotidie* Lugd.
Tit. XXVIII. a. *Seriacam* Pol. *Thyriacam* a. V. *Tiriacam* Erf. et Cr. VIII. 6. vbi Baſil. editio *theriacam* habet.
b. *faciemus* Erf.
c. *vel vua* om. Erf.
d. *vna* Br. Vinc. et Cr.
e. *ſcindatur* Cr.
f. *loco eius* Cr. *vitem* Br.
g. *et* Creſc.
h. *Aliqui — infundunt* om. P. et Creſc. Pro *iis* Cr. habet: *quo facto vna naſcetur virtutem eius, quod in vite poſitum eſt tenebit.*
i. *hac ratione* Br. Lugd. et Vinc. bis.
k. *Sane ſi ſarm. — ſumetur et plantetur* Cr.
l. *reiterare* Cr. *interire* Vinc.
Tit. XXIX. a. *Eſt et* Vinc. *eſt quaedam* Creſc.
b. *velut — vnarum* omitt. Vinc. vno in loco, et Cr.
c. *quantum* om. Erf.
d. *placebit* Creſc. recte Lou.

findere[g] debebimus, et[f] medulla omni sublata[g] ac diligenter exsculpta[h], membra iterum diuisae partis adunare, et vinculo constricta[i] deponere. Vinculum tamen[k] papyro asserunt esse faciendum, et sic in humida terra esse ponendum. Diligentius quidam[l] sarmentum reuinctum quantum excisum est, intra scillae[m] bulbum demergunt, cuius beneficio asserunt satu[n] omnia comprehendere posse facilius. Alii tempore quo vites putant, sarmentum fructiferum[o] putatae vitis in ipsa vite, quam possunt[p] de alto sublata medulla excauant non diuisum[q], et calamo affixo alligant[r], ne possit inserti. Tunc ὀπὸν[s] κυρηναϊκὸν, quod Graeci sic appellant, in excauata parte suffundunt, ex aqua prius[t] ad sapae pinguedinem[v] resolutam, et hoc transactis octonis[x] diebus semper renouant, donec vitis germina nouella procedant. Et in granatis malis fieri hoc posse firmatur a Graecis, et in cerasis. Opus est experiri.

XXX. Vites quae lacrymarum nimietate tabescunt, et deplorando vim roboris sui auertunt[a] fructu, trunco earum lacerato Graeci sinum[b] fieri iubent. si hoc minus proderit, radicum robur pingue rescindi, vt afferat medicinam vulnus impressum. tunc insulsa amurca ad medic-

g. *findere* Vinc. *findere debemus* Cr. Bas. sed antiqua mea *fundere*. Louan. *stindere*.

f. *vt* Cr.

g. *subtracta* Cr.

h. *exculpta* Br. Lugd. Erf. Crese. Vinc. *excultae* Cr. Louan. Vulgo *exsculpta*.

i. *vinculo dimissa constringere et deponere* Cr. *vim vinisa* [illegible] *et dap.* Louan. Pro *iterum* Vinc. *interim constricto* Br.

k. *autem ab* Cr. add. *ex papyro* Vinc. deinceps *terra est p.* Crescen. Louan.

l. *quidem* Vinc. Cr.

m. Vulgo *scillae*, vt Crescentii antiqua mea habet; sed Basil. *stylloe*. paulo antea *incisum aut excisum* Cr. Lou. postea *demergant*.

n. *sarta* Vinc.

o. *fructifeuum* Lugd. *frugiferum* Cr. et Vinc. bis. et Leid.

p. *ponunt* Vinc. bis.

q. *diuisim* Cr.

r. *ligant* Vinc.

s. *opon quirenaycon* Erf. *quirenaicon* Lugd. *copon tenoycon* Crescc. Louan. *topon seu tenaiton* antiqua mea; *tunc κεναϊτὸν* Basil.

t. *prius* — *resolutum* om. P.

v. *similitudinem* Vinc.

x. *octo* P. et Cr. recte Lou.

Tit. XXX. a. *auertuntur* L. B. Br. R. Lugd. E. *quaerunt* Vinc.

b. *sinum* Vinc. —

medietatem decocta et refrigerata plagae excisio perlinetur[c], et sub hac acetum acre fundatur.

XXXI. Graeci item myrtitem[a] sic praecipiunt temperari: Myrti baccas maturas in umbra siccatas, et postea tusas[b], vncias octo mittis in linteo, et suspendis in vino, et vas cooperies ne linteo, et cum plurimis diebus sic fuerit, auferes et vteris. Aliqui myrti baccas sine pluuia collectas maturas et locis siccioribus calcant, vel exprimunt, et vino miscent vna cochlearum mensuram per amphoram vini. quod vinum medicinae quoque proderit, vbi sympticis est vtendum. stomachum solidare titubantem solet[e], reiectiones sanguinis inhibere, fluorem ventris adstringere, simul dysentericae[f] passionis medicabiliter asperare[g].

XXXII. Conditum vel absinthiatum, vel rosatum, vel violatum[a] procedere sponte fertur ex vitibus (vt natura suscipiat, quod procurare sueuit[b] industria) si sarmenta in vas aliquod semiplenum supradictis potionibus mersa seruentur, et[c] vinam terram simul resoluas[d] ad lixiuii modum, donec oculi sarmentorum nitantur exire: tunc eadem sarmenta gemmantia[e] in quo volueris loco, vitium caeterarum[f] more deponas[g].

XXXIII. Vt vitis[a] botryones et albos afferre possit et nigros, Graeci sic fieri debere[b] iusserunt: Si vicinae

c. *perlinitur* E. *superlinatur* Vinc. deinceps *hac* om. Leid.

Tit. XXXI. a. *mirtetum* E.
b. *tunsas* E.
c. *et prius eas tonsas* P.
d. *ex* Lugd. E.
e. *solet* om I. B. Br. R. Lugd. et Vlit. ad Grat. 522.
f. *dissintericae* I. B. Br. R. I. I. A. H.
g. *asperare fertur* I. B. Br. R.

Tit. XXXII. a. *abscynthium* Br. *violacenm* Vinc. *violatium* Leid.
b. *consuenit* P. E. Vinc. altero in loco.
c. *vt* P. E. *vt in vnam terram vinam* Vinc.
d. *reuoluas* E. deinde *lixini* Br.
e. *germinantia* Vinc.
f. *caeter.* om. P.
g. *deponet* P. *disponas* E.

Tit. XXXIII. a. *vites — ferant*
b. *sic fieri asserunt* Cr. recte Lou.

findere[e] debebimus, et[f] medulla omni sublata[g] ne dilte
genter exsculpta[h], membra iterum diuisae partis ad-
2 vnare, et vinculo constricta[i] deponere. Vinculum tu-
men[k] papyro asserunt esse faciendum, et sic in humida
terra esse ponendum. Diligentius quidam[l] sarmentum
reuinctum quantum excisum est, intra scillae[m] bulbum
demergunt, cuius beneficio asserunt satu[n] omnia com-
3 prehendere posse facilius. Alii tempore quo vites pu-
tant, sarmentum fructiferum[o] putatae vitis in ipsa vite,
quam possunt[p] de alto sublata medulla excauant non
diuisum[q], et calamo affixo alligant[r], ne possit inuerti.
Tunc ὀπὸν[s] κυρηναϊκὸν, quod Graeci sic appellant, in
excauata parte suffundunt, ex aqua prius[t] ad sapae
pinguedinem[v] resolutam, et hoc transactis octonis[x]
diebus semper renouant, donec vitis germina nouella
procedant. Et in granatis malis fieri hoc posse firmatur
a Graecis, et in cerasis. Opus est experiri.

XXX. Vites quae lacrymarum nimietate tabescunt,
et deplorando vim roboris sui auertunt[a] fructu, trunco
earum lacerato Graeci sinum[b] fieri iubent. si hoc minus
proderit, radicum robur pingue rescindi, vt afferat
medicinam vulnus impressum. tunc insulsa amurca ad
medie-

e. *findere* Vinc. *fundere debemus* Cr. Bas. sed antiqua mea *fundere*. Louan. *stindere*.
f. *vt* Cr.
g. *subtracta* Cr.
h. *exculpta* Br. Lugd. Erf. Crese. Vinc. *excaluata* Cr. Louan. Vulgo *exsculpta*.
i. *vinculo dimissa constringere et deponere* Cr. *vinculo dimissa et dep.* Louan. Pro *iterum* Vinc. *interim*; *constricto* Br.
k. *autem ab* Cr. add. *ut e papyro* Vinc. deinceps *terra est p.* Cresc. Louan.
l. *quidem* Vinc. Cr.
m. Vulgo *scillae*, vt Crescentii antiqua mea habet; sed Basil. *scyllae*. paulo antea *incisum aut excisum* Cr. Lou. postea *demergant*.
n. *sarta* Vinc.
o. *fructiferum* Lugd. *frugiferum* Cr. et Vinc. bis. et Leid.
p. *ponunt* Vinc. bis.
q. *diuisim* Cr.
r. *ligant* Vinc.
s. *opon quirenaycon* Erf. *quirenaicon* Lugd. *copon tenoycon* Crese. Louan. *topon seu tenaicon* antiqua mea: *tunc κεναϊκὸν* Basil.
t. *prius* — *resolutum* om. P.
v. *similitudinem* Vinc.
x. *octo* P. et Cr. recte Lou.
Tit. XXX. a. *auertuntur* I. B. Br. R. Lugd. E. *quaerunt* Vinc.
b. *sgnum* Vinc. —

medietatem decocta et refrigerata plagae excisio perlinetur[c], et sub hac acetum acre fundatur.

XXXI. Graeci item myrtitem[a] sic praecipiunt temperari: Myrti baccas maturas in umbra siccatas, et postea tusas[b], uncias octo mittis in linteo, et suspendis in vino, et[c] vas cooperies ac linies, et cum plurimis diebus sic fuerit, auferes et vteris. Aliqui myrti baccas 2
sine pluuia collectas maturas et[d] locis siccioribus calcant, vel exprimunt, et vino miscent vna cotularum mensuram per amphoram vini. quod vinum medicinae quoque proderit, vbi sypticis est vtendum. stomachum solidare titubantem solet[e], reiectiones sanguinis inhibere, fluorem ventris adstringere, simul dysentericae[f] passionis medicabiliter asperare[g].

XXXII. Conditum vel absinthiatum, vel rosatum, vel violatum[a] procedere sponte fertur ex vitibus (vt natura suscipiat, quod procurare sueuit[b] industria) si sarmenta in vas aliquod semiplenum supradictis potionibus mersa seruentur, et[c] vinam terram simul resoluas[d] ad lixiuii modum, donec oculi sarmentorum nitantur exire: tunc eadem sarmenta germinantia[e] in quo voluceris loco, vitium caeterarum[f] more deponas[g].

XXXIII. Vt vitis[a] botryones et albos afferre possit et nigros, Graeci sic fieri debere[b] iusserunt: Si vicinae

 sunt

c. *perlinitur* E. *superlinatur* Vinc. deinceps *hac* om. Leid.

Tit. XXXI. a. *mirtetum* E.
b. *tunsas* E.
c. *et prius eas tonsas* P.
d. *ex* Lugd. E.
e. *solet* om I. B. Br. R. Lugd. et Vlit. ad Grat. 522.
f. *dissintericae* I. B. Br. R. I. I. A. H.
g. *asperare fertur* I. B. Br. R.

Tit. XXXII. a. *abscynthium* Br. *violacenm* Vinc. *violatium* Leid.
b. *consuenit* P. E. Vinc. altero in loco.
c. *vt* P. E. *vt in vnam terram vinam* Vinc.
d. *reuoluas* E. deinde *lixiui* Br.
e. *germinantia* Vinc.
f. *caeter.* om. P.
g. *deponet* P. *disponas* E.

Tit. XXXIII. a. *vites — ferant*
b. *sic fieri asserunt* Cr. recte Lou.

iunctus[l] adhaereat, qui oculus exteriorem partem debet aspicere, vinculo salicis inuolo et paleato luto[k] deluper, alligari: tegumento[l] quoque aliquo a ventis et a sole
3 defendi, ne hi quatiant, hic adurat. Vbi calor temporis coeperit[m], ligaturae pui penicilio circa vesperam tenuis debet frequenter humori affundi, vt hoc alimento contra vim[n] caeli torrentis animetur. Cum ergo germen eruperit[o], et aliquod ceperit incrementum, calami adiutorio[p] debet annecti, ne motus aliquis fragilem procedentis sarmenti quasset aetatem. vbi solidius quantumcunque[q] processerit, vinculo oportet abscindi[r], ne adolescentia mollissimi germinis nodo durae constrictio-
4 nis[s] angatur. Aliqui infra terram semipedis spatio effossae viti surculos inserunt, et beneficio congestionis accumulant, vt hoc[t] quoque nouis sarmentis praeter nutricis alimenta subueniat[u]. Nonnulli circa terras melius asserunt inserendum, quia in altiori difficilius comprehendunt[x]. Vsque ad Idus vel aequinoctium vites locis frigidis pangendae sunt seu pastino[y] seu sulco seu scrobibus more quo dictum est.

II. Nunc locis frigidis prata purganda atque seruanda[a] sunt, locis gelidis[b] colles pingues et agros vligino-
sos

l. *inuolo* Lugd. *aliquo* Vinc. bis. *deinceps respicere* Cr. Louan. *recipere* reliquae Edd.

k. *luto* om. P.

l. *tegumento* Cr. recte Lou.

m. *calor temporis ligaturam innaserit, ipsi puniculo* Cresc. *paniculo* Lou. *penicilo* Lugd. *penicello* Vinc. bis. Vulgo *pinnicillo*.

n. *vim* — *videlicet coeli torrentis rigentur* Cr. Basil. sed antiqua et princeps *contrarium* — *terrentis frentur*. recte Lou.

o. *ita* Lugd. Vulgo *ruperit* erat. Cresc. *vim* — *eruperit* Vinc. *germen ceperit incr.* Cr.

p. *adiumatorii* B. *vel palt addit* Cr.

q. *quantulumcunque* Vinc.

r. *abscidi* Lugd. Vinc. bis.

s. *contritionis* Lugd.

t. *hoc* Vinc. Cr. recte Lou.

v. *alimento conueniat* Vinc. sed alibi *alimenta conueniant* haber. *nouis sarmentis ministret alimenta* Cr. Basil. sed antiqua mea: *nouis sarmentis praeter nutricis alimenta subueniat*.

x. *comprehendant* Vinc. bis.

y. *pastinato* Vinc. bis.

Tit. I. a. *serenanda* Vinc. VII. 89. alibi *semen seruanda*.

b. *calidis* Vinc. bis.

in proscindere atque vlmare conueniet. Verumtamen etiam, quae Ianuario mense sunt facta repetere.

III. Calidis et siccis regionibus panicum seremus et milium. Letum et solutam terram desiderant: nec in sabulone solum, sed in arena quoque proueniunt, dummodo caelo humido et solo seruantur irriguo: quia siccum et argillosum agrum reformidant. Herbis liberentur assidue: quinque sextariis spatium iugeri complebitur.

IV. Nunc cicer quamque serere debemus loco laetissimo b, caelo humido. maceratum est c pridie, et possit citius nasci. Iugerum tribus modiis conseretur. Cicer grande nasci Graeci dicunt, si infundatur aqua tepida pridie: amare d etiam loca maritima temperius e prouenire, si seratur autumno.

V. Hoc etiam mense cannabum serimus vsque in aequinoctium vernum, hac ratione, qua in Februario disputatum est.

VI. Nunc cicera seritur, quae distat a cicerculae solo colore, quo sordet, et nigrior est, primo sulco vel secundo, solo laeto. Iugerum quatuor vel tribus vel etiam duobus modiis implebimus.

VII. Hoc mense nouella vinea incipiat puluerari a; quod nunc ac deinceps per omnes Calendas vsque ad Octobres faciendum est, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc semina solidata terra constringat.

Gra-

c. *bernacita* P. *bernacta* Lugd. *veriacta* E.
d. *mense* Gal. P.
Tit. III. a. *non* Vinc. bis.
b. *locum* Vinc.
c. *impletur* P. *spatium iugerille* *empl.* Erf.
Tit. IV. a. *lentissimo* Erf.
b. *coeloque* Vinc.
c. *est autem* Vinc.
d. *amara* I. I. G. *quoque* Vinc.
e. *temperinsque* Vinc.
Tit. VI. a. *cicerula* Erf. *puno etiam* Vinc.
b. *et quod sordat ac nigrior* Vinc.
Tit. VII. a. *pulnerisari* Cr.
b. *tunc deinceps usque ad Octobrem singulis mensibus agendum est* Cr. *tunc et deinceps* Louen.

Graminum[c] radices, quae plurimum vitibus nocent[d],
2 extirpandae sunt. Nunc locis frigidis vinearum fossio
celebranda est[e]: et palandae atque ligandae sunt vites:
sed nouellam mollibus vinculis alligemus; quia eam te-
neram vincula duriora praecidunt[f]. Palus maioribus
vitibus[g] solidus, minoribus ponatur exilis. Propter
vmbrae molestiam[h] statuatur ab Aquilone et[i] plaga fri-
gida, spatio quatuor digitorum vel semipedis remotus
3 a vite, vt possit ex[k] omni parte circumfodi. Vineas
veteres nunc aliqui a terra altius truncant, studentes re-
parationi: sed vitiosum est. nam plerumque vastior pla-
ga sole putrescit et roribus. quare hoc genere repare-
tur[l]: Prius[m] ablaqueabitur altius, donec eius nodus ap-
pareat: deinde infra terram supra nodum recidatur[n],
vt operta de frigore et sole[o] nihil timeat. Hoc facien-
dum, si optimi generis vitis sit[p] et alte posita; alioquin
generosis melius erit inserenda sarmentis. Omnia supra
dicta locis calidis primo mense; frigidis vero post Idus
4 ipsius exequemur[q]. Aegras vites, vel quibus fructus
arescit, circumfodies, et vrinam veterem suffundes[r].
item cinerem sarmenti aut querneum[s] aceto mixtum
subiice, aut incisas circa terram lactamine refoueto[t],
5 et quae germinant fortiora dimitte. Cum[v] vitis bidente
laeditur aut ferro, plagam, si terrae iuncta est, ad-
line

c. *et omni herba et gramine diligenter exstirpato radicitus, quoniam radices plurimum obsunt.* sed antiqua mea: *et adverso gramine pulverisari. graminum radices sunt, cum obsint plurimum, vt ad extremas praeterea sulci per illas partes* etc. Vide ad lul. I. varietatem.

d. *obsunt* Vinc. Cr.

e. *approbanda est* E.

f. *praescindunt* E.

g. *vitibus* om. P. Cum Commel. inclusit Gesner.

h. *violentiam vmbrae. Denique statuatur* Vinc. Sp. N. libro XIV. 49.

i. *et* om. E.

k. *ex* om. Br. et P.

l. *paretur* P.

m. *enim* add. E.

n. *reciditur* Vinc.

o. *et calore* P. *et sole* om. I. B. Br. R. *nil* Br.

p. *est* P. E. Vinc.

q. *extorquebimus* Vinc.

r. *infundes* P. *suffundis* I. B. R. Br.

s. *vel querci* vulgatum correxi ex Pol. qui poit *subiice* inserit *aut querni*

t. *refice atque refoue* Vinc. Duae VI.

v. *autem* inserit Vinc.

sine stercore ouillo[x] vel caprino: tunc terra mista[y] circumfossa ligare curato. Si in radice laesa est, operiens[z] liquidum laetamen admisce.

VIII. Nunc oleis laborantibus circum radices insulsa amurca fundetur. maximis arboribus (quod Columella dicit) sex congii, mediocribus quatuor, caeteris pro aestimatione sufficiunt. Alii paleas fabae, binos per maiorem[a] arborem qualos; alii veteris vrinae humanae trunco quantum satis videtur affundunt, et arbori mortarium statim faciunt, maxime locis siccis, trunco ante cooperto. Oleam sterilem[b] terebra Gallica perforabis. 2 nunc duos frugiferae arboris ab australi parte ramos eiusdem magnitudinis tollis[c], et stricte in foramen vtrinque conicies[d] vel lapidem, vel pini vel querci[e] palos, et abscisso[f] eo quod superabit, luto paleato cuprabis, occulere[g]. [Sed] si sine fruge luxuriant, obrasiri palum vel lapidem vel pini vel querci palos radicibus eius infige. Nunc[h] etiam[i] quibus moris est, frumenta iterum sarrire conueniet. Nunc locis frigidis seminaria, quae Februario mense[k] dicta sunt, baccarum et seminum fiant, et rosaria in mensis initio percolantur.

IX. Nunc horti optime sumunt cultionis initia. Mense Martio carduus seritur. terram stercoratam et solu-

x. *ouillo* Erf.
y. *et* addit Vinc.
z. *operiens* Vinc.
Tit. VIII. a. *maiorem* om. P.
b. *oleam veteres* B.
c. *tollesque* Gr.
d. *in foramine vtrumque conicies* Cr. Bas. Ited antiqua mea *in foramine in vtrumque*. Vulgo *vtrumque in foramen vtrumque conicies* Lovan.
e. *vel altui vel querci* Vinc. *quercus* Erf. Cr. Lou.
f. *abscisso* Erf. Cr. deinceps *superabit* Cresc. Lou.
g. *occultare* Cresc. Lou. Sequens *Sed* omit. I. B. Br. R. Vinc. Cr. igitur inclusi. Postea *luxuriantque* Cresc. Lou. Verba denique *vel lapidem — palos* huc ex antecedentibus retraxi.
h. *Nunc — conueniet* om. P.
i. *etiam* om. I. B. Br. R. deinceps *fiere* Vinc. *fatiare* Leid.
k. *mense* om. *k*. Deinceps *fiunt* Vinc. et Br.

solutam diligit, quamuis in[a] pingui possit melius prevenire. et hoc illi contra talpas prodest, si[b] pangatur in solido, ne[c] terra ab inimicis animalibus facilius perforetur. Serendi sunt cardui luna crescente, in area iam[d] parata; semina spatio semipedis sint[e] disserta. cavendum est[f] ne[g] semina intensa[h] ponantur: nam densides, incursuos[i] et duros creabunt: non alte imprimenda sunt, sed[k] tribus digitis comprehensa mergantur, donec ad primos articulos[l] terra perveniat[m]: tunc lenitem[n] operiantur, et herbis liberentur assidue, donec plantaria[o] solidentur, et rigentur[p] si aestus intervenit. Si acumina seminum confringas[q], spinis[r] carebunt. Item si semina eorum madefecerinc per triduum laurino[s] oleo, vel nardino[t], vel opobalsamo[v], vel succo rosae, vel mastichino[x], et postea siccata[y] depresseris, eiusdem saporis orientur, cuius[z] vagamentum semina combiberunt. Singulis sane annis a[a] codice auferendae sunt plantae, ut nec matres fatigentur, et soboles per alta spatia digeratur[b]: cum aliqua tamen[c] radicis parte vel

Tit. IX. a. *non* Pol. *posset* Cr. recte Lou.

b. *si non in solidiori terra pangatur* Cr. *et hoc modo c. t. valet, sed in sol. t. pang.* Lou. *sed plantatur* Vinc. *solidiore terra* enim Pol.

c. *ne ab inimicis — facile* Cresc. *salticibus perfor.* Lou.

d. *imperata* Lugd. *iam peracta* Cr. *praeparata* Lou.

e. *esse* inserui ex Lugd. et Vinc.

f. *est* om. L. B. R. Br.

g. *iam* Pol.

h. *intensa* Cr. recte Lou. *densa* Vinc.

i. *et antuos creabunt* Cr. et Vinc. recte Cr. Lou.

k. *si* Vinc.

l. *digitorum* addit Cr.

m. *proveniat* Cr. *pervenerit* Lou.

n. *tunc — operiantur* om. Cr.

o. *plantaria solidentur* Cr. recte Lou.

p. *et si aestas calidior fuerit, irrigentur* Cresc. vbi antiqua mea: *si aestas intravenerit, irrigentur. plantaria — aestus increverit* Lou.

q. *confringas* Erf. Cr. *seminum* Vinc. *radicibus* Br.

r. *spinulis* Cr. vbi antiqua mea *pluvialis spinulis* habet. recte Lou.

s. *oleo nardino vel laurino et postea* Pol.

t. *nardo* Br. Lugd. B. Vinc. bis.

v. *opio vel balsamo* Vinc. bis.

x. *mastichino* ante Vict. Erf.

y. *siccata* om. Vinc.

z. *cuius — combiberunt* om. Pol. *vagamenti* vim Vinc.

a. *cotidie* add. Pl. et Cr.

b. *dirigantur* Erf. Cr. *digerantur* Lou.

c. *cum tamen aliqua sunt radices* Cr. *quae tamen cum aliqua v. parte vel.* Lou. *radicum* Gal.

lendae sunt. quas[d] reseruabis ad semina colligenda, liberatas[e] omnibus pullis[f] testa supertegere debebis aut cortice. nam solent semina sole vel imbribus interire. Contra talpas prodest catos[g] frequenter habere in mediis 4
carduetis[h]. mustelas habent plerique[i] mansuetas. aliqui semina earum[k] rubrica et succo agrestis cucumeris impleuerunt. nonnulli iuxta cubilia talparum plures cauernas aperiunt, vt illae territae fugiant solis admissu[l]. plerique laqueos in aditu earum[m] setis[n] pendentibus ponunt. Hoc etiam mense vlpicum bene et allium se- 5
remus, et cepullas[o], et cunilam[p] locis frigidis, et anethum. Nunc et sinapis[q], et caules optime seruntur vel plantantur: et malua seritur et armoracea[r], et origani planta transfertur, lactuca et beta et porrus, et cappa-ris[s] seri possunt, et coloçasia et satureia et nasturcium. intyba etiam[t] et raphanos[v] nunc aliqui serunt, quibus vtantur aestate. Nunc melones serendi rarius distent 6
inter se semina pedibus duobus, locis subactis vel passinatis, maxime arenis. semina eorum[x] mulso et lacte per triduum maceranda[y] sunt, et tunc[z] iam siccata ponenda: hinc suaues efficientur. odorati autem fiunt[a], si eorum semina multis[b] diebus inter rosae folia sicca[c] mer-

d. *quos autem* Vinc. *quas seruabis* Cr. Vulgo *quos*.
e. Ita Cr. vulgo *liberatos*. Lou. *liberatis* habet.
f. *pullulis* Vinc. In fine sectionis post *interire* Cresc. Lou. addit *et perire*.
g. *Cattos* Lugd. et Vinc. *canes* Vinc. alibi. *Contra mures et talpas prodest in hortis cattas habere aut mansuetas mustelas* Cr. VI. 2.
h. *carduis* E.
i. *quidam* I. B. Br. R.
k. hic et mox *eorum* Lugd. V. E. *alii f. eorum ereta — implent* Cr.
l. *admissum* Pol. et Vinc. bis. Voluerunt *solem admissum* dare.
m. *eorum* Vinc. bis.
n. *tecis* Vinc.
o. *cepulas* Vinc.
p. *et cucumeres* Erf.
q. *sinapi* Vinc.
r. *armor* om. Vinc.
s. *cappar* Lugd. *caparis* Vinc. Br.
t. *etiam et* om. P.
v. *raphanum* I. B. R, Br. *rasonos* Lugd.
x. *eorum* dedi cum Morgagni pro *eius*.
y. *macerentur et* P.
z. *tunc sicca ponantur* P.
a. *fiunt* om. I. B. R. Lugd. E. Vinc. inclusit Commel. Gela.
b. *multis diebus* om. P.
c. *siccata* Lugd.

7 mergantur. Nunc et cucumeres seminantur rare[d], sulcis factis altitudine sesquipedali, latitudine pedum trium. inter sulcos VIII pedum spatium erudum[e] relinques[f], vbi possint vagari. herbis iuuantur, ideo[g] sarculo[h] et runcatione non indigent. semina si ouillo[i] lacte et mulsa maceres, dulces nascentur et candidi. longi et[k] teneri fiunt[l], si aquam in patenti vasculo sub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad[m] quam festinando tales
8 efficientur[n]. Si semine nascentur, si prius eorum semina oleo Sabino[o] perungantur, et herba ea quae culex dicitur, trita confricentur. Aliqui florem cucumeris cum viticulae[p] suae capite[q] cannae inserunt, cui prius omnes nodos perforauerint[r]: ibi cucumis nascetur in nimiam longitudinem tensus. Oleum sic metuit, vt si iuxta posueris, velut hamus[s] plicetur. quoties tonat, velut
9 timore perterritus[t] conuertitur. Si eius florem sicut in sua vite est, in forma fictili clauseris ac ligaueris, qualem vultum forma vel hominis vel animalis habuerit, talem cucumis[v] figuram praestabit. Haec omnia Gargilius Martialis asseruit. Columella dicit, loco[x] aprico et

d. *raro* Lugd.
e. *crudum* om. P.
f. *relinquis* I. B. R. E. Vinc.
g. *et ideo* Cr.
h. *sarculatione* Vinc. et Albertus. *sarculis et trane.* Cr. Lou.
i. *si semina omnino* Cr. *ouilo* Br. *ouino* Cr. Lou.
k. *et* om. P. Lugd.
l. *fiunt* om. P. et Cr. qui habet deinceps *et si aqua -- inferiores.* recte Lou.
m. *ad quam festinando* om. P. et Cr.
n. *fiunt* P. et Cr. qui addit *vt Martialis affirmat.* vbi antiqua mea: *vt hoc Gracilius Martialis affirmat.* sed idem Cr. libro VIII. plenius h. l. excerpsit, vbi est *duobus palmis in florem tales fiant.* vbi Bas. *in flore* omissis *duobus palmis.* recte Lou. vtroque in loco.
o. *sapino* P.
p. *nuciculae* Vinc. qui alibi *suae* omittit.
q. *abscisso* addit Cresc. sed ibi antiqua mea addit: *intelligit Albertus.*
r. *perforauerunt -- cucumer -- nimia longitudine* Cr. *perforauerunt* Cr. Louan.
s. *arcus* Cr.
t. *perterr.* om. Br. Lugd. E. Vinc. bis. *quando -- ductus* Cr. *quotiens tonat velut tumore ductus* Lou. *tumore* et *ductus* etiam pr. et antiqua mea.
v. *cucumeris figura* Vinc. bis. Lugd. E. sed rectius *figuram* Cr. qui etiam *qualis vultus formam hominis* habet. sed Louan. in fine *vel* addit. Idem recte *Gargilius* pro *Virgilius* edd.
x. *loco* om. P.

et stercoroso si rubos habeamus aut ferulas, post autumni aequinoctium his iuxta terram[y] recisis[z] et excavatis ligneo stilo, inter medullas laetamen immittamus, et cucumeris semen addamus: hinc nasci fructus, qui possint et inter frigora non necari[a]. Hoc mense asparagos seremus circa Apriles Cal. pingui loco, humido, subacto[b], ita vt minoribus[c], fossulis ad lineam directis bina aut terna grana semipedis spatio discreta ponantur. dehinc stercore solum tegatur, et herbae subinde vellantur, vel per hiemem supra stramina iaciantur primo vere tollenda. hinc post triennium nascentur asparagi. Sed expeditior ratio est, si asparagorum spongias[d] ponas, quas cito fructum ministrent. Hae sic fient[e]: Semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possis[f], post Idus Febr. pingui et stercorato solo[g] in singulis fossis pones[h], et leuiter obrues. his coëuntibus radix connexa nascetur, quae appellatur spongia[i]. Sed et haec moras habet. nam per biennium in seminario suo est stercore et assidua runcatione[k] nutrienda[l]. deinde[m] post aequinoctium autumni transferetur[n], et vere asparagum dabit. has erit vtilius comparare, quam longa expectatione nutrire. eas tamen in sulcis disponemus[o], si loca sicca sunt, inter medios sulcos; si humida, in summitate sulcorum. Humor spongias asparagorum transitu suo debet tantum[p] rigare, non[q] sistere. Asparagum, quem primo protulerint, confringere debemus non auellere, ne adhuc inualidam moueamus spongiam

10 11 12

y. *terram* om. Lugd.
z. *excisis* Vinc.
a. *negari* I. B. Br. R. Vinc. bis. *possint* Br.
b. *subacto, ita vt* om. P.
c. *in min.* P.
d. *ssongeas* hic et saepe Lugd. *sungeas* E.
e. *Haec si fiunt* E.
f. *poteris* P.
g. *loco* P. Lugd. E.
h. *ponis — obrnis* Lugd. *ponis* etiam Br. *ponas — obrnas* E.
i. *q. a. cungea* E. mox om. *et.*
k. *truncatione* Lugd.
l. *nutrita* P. Lugd. E.
m. *Denique* I. B. Br. R.
n. *transfertur* E.
o. *deponemus* E.
p. *tantum* om. P.
q. *non etiam tangere vel sistere* Pol.

caeteris annis auellendus est[r], vt oculos suae[s] germinationis aperiat: quia si deinceps refringas, loca quae foecunda esse consueuerunt, remanente asparagi radice claudentur. Ministrabunt[t] autem vere: et autumno reseruabis[v] eum, de quo sumturus es semina. postea scopas eius incendes, tunc circa hiemem spongiis adiicies
13 stercus et cinerem. Hoc mense ruta seritur locis apricis, solius cineris insperſione contenta. Loca desiderat altiora, vnde humor elabitur. si ponas semina eius adhuc clausa folliculis[x], singulatim[y] manu debebis affigere. Si iam minuta sunt, sparsa iactabis, et rastro obducta cooperies[z]. Caules eius, qui inclusis seminibus nati fuerint, fortiores erunt, sed sero nascentur. Ramuli eius cum aliqua corticis parte conuulsi verno[a] tempore pro plantis tenebunt[b]: tota vero translata mo-
14 rietur. Nonnulli ramulos eius pertusae fabae inserunt vel bulbo, atque ita[c] obruunt alieno vigore seruandos. Prosequuntur etiam maledictis, et maxime in terra soluti lateris ponunt, quod prodesse certissimum est. sed (vt asserunt) melius furtiua proueniet[d]. sub fici arboris vmbra libentius acquiescit[e]. non effodi herbas[f], sed optat[g] auelli. inmundae[h] mulieris formidat attactum.
15 Ab hoc mense vsque in Octobrem totum coriandrum seritur. amat terram pinguem, sed ex macro solo nascitur. semen melius putatur, quod vetustius fuerit: delectatur humore satum bene cum olere[i] quocunque na-
16 scetur. Hoc mense cucurbita serenda est. amat[k] solum pin-

r. *euellenda est* Erf. mox *oculis ipsius g.*
s. *ipsius* Lugd. Br.
t. *Min.* — *et* om. P.
v. *seruabis* Lugd. *autumno. Reseruabis autem eum.* E.
x. *fasciculis* P.
y. *sigillatim* Vinc. deinceps *affigere* Leid.
z. *operies* P. E.
a. *vere pro* P.
b. *erunt* P. *tenebuntur* Vinc.
c. *illa* Vinc.
d. *proueniunt* I. B. Br. R.
e. *acquiescunt* P.
f. Ita P. E. Vinc. Vulgo *herba.* I. B. Br. R. *herbam.*
g. *optat* om. P.
h. *inm.* — *attactum* om. P.
i. Ita cum E. distinxi. Vulgo *humore. satum bene.*
k. *desiderat terram pinguem ben subactam steri. et humidam* Cr. VI.

pingue, humidum, stercoratum, solutum. Hoc in cucurbitis insigne est, quod longas pariunt et exiles semina, quae in earum ceruice nascuntur: quae in ventre fuerant, cucurbitas faciunt crassiores: quae in fundo, latas, si inuersis cacuminibus obruantur. Vbi adolescere coeperint, adminiculis [m] adiuuentur. quae seruantur ad semina, vsque ad hiemem in sua vite [n] dependeant, deinde sublatae in sole ponantur [o], aut fumo: aliter semina putrefacta depereunt. Hoc mense blitus 17
seritur solo qualicunque [p], sed culto. olus hoc neque runcandum est neque sarculandum. cum semel natum fuerit, ipsum se per multa secula seminis sui deiectione reparabit, vt, etiam si velis, vix possit aboleri. Nunc etiam serpyllum seritur plantis et semine, sed [q] vetustate meliori. laetius frondebit, si iuxta piscinam vel lacum vel putei margines conseratur. Anisum [r] quoque et cyminum [s] nunc bene seritur. locis [t] laetioribus melius prouenit, itemque caeteris, si humore iuuetur et stercore.

X. Locis temperatis mense Martio vel Aprili mala Punica seremus; calidis vero et siccis, Nouembri: amat haec arbor solum cretosum [a], macilentum, sed in pingui etiam prouenit [b]. regio illi est apta, quae calida est. seritur plantis de matrum radice deuulsis [c]. Sed [d] quamvis multis generibus seratur, melius tamen ramus eius

l. *elegantes* Vinc.

m. Ita ex Lugd. scripsit Gesner pro *annuin*. deinceps *vsque in* Leid.

n. *fuanitate* Vinc.

o. *sole siccentur aut fumo fumentur* Vinc. sed alibi *sole fumentur aut fumo*.

p. *solo caule dum olus* Vinc. XI. 31.

q. *sed v. mel.* om. P. *sed vetustate melior* Erf.

r. *Aneum et* P. *Anesum* Vinc.

s. *ciminum* Vinc.

t. *locisque* P.

Tit. X. a. *cretosum et in soluto etiam conualescit, item macilentum, licet etiam in pingui proueniat* Cr.

b. *nascitur* Vinc. *Albertus tamen dicit quod vult solum arenosum et pingue* addit Cr.

c. *diuulsis* Lugd. Erf. Vinc. Cr. Louan. *euulsis* Cr. Basil. antiqua et princeps.

d. *Sed — seratur* omitt. Cr. qui pergit *melius si vamus*. Louan. *tamen* addit.

cubitalis[e] incisus manubrii crassitudine, et[f] capite vtrinque acuta falce leuigatus, scrobi[g] velut obliquus immergitur: prius tamen porcino stercore et in capite et in parte, quae ima est[gg], oblinatur[h], vel[i] in crudo solo
2 malleo cogatur ad inferiora defigi. Melius[k] proueniet, si ponendus ramus gemmante[l] iam matre sumatur[m]. Sed[n] qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat, prouidebit[o], ne poma findantur[p]. Curan-
1 dum ne virgulta[q] inuersa deponas. Creduntur[r] acida fieri, si rigentur assidue; nam siccitas in his et suauitatem praestat et copiam. cuius tamen nimietati[s] aliquid
3 debet humoris opponi. Circumfodi autumno debet et verno. Si acida nascantur, modicum laseris cum vino tritum per summa arboris cacumina oportet[t] infundi, vel ablaqueatis radicibus tedae clauus[v] infigi. Alii algam marinam obruunt ad radices, cui nonnulli stercus miscent asininum atque porcinum. Si florem non continet, vrinam[x] veterem cum pari[y] mensura aquae tem-

pera-

e. *cubitularis* P. *cubicularis* Gr. recte Lou.

f. *de* inserit Cr. Basil.

g. *scrabi* omitt. Cr.

gg. *bimi* E.

h. *liniatur* Cr.

i. *et* Vinc.

k. *tamen* addit Cr. *autem* Lou.

l. *gemante* Lugd. et Codex Vlitii ad Gratii vers. 144. *gemmante* E. *gemmata* Cr. Louan. *gemmatá iam* omitt. P. *gemmans sumatur* Vinc. Vulgo *gemmata*.

m. *curandumque ne virgulta ponas inuersa sine corticibus spoliata* hic inserit Cr.

n. *Si in scrobem depones, tres lap. — constitutos prouidetur* Cresc. sed Louan. *deponens constituat* habet.

o. *prouideat* E.

p. *fundantur* E. *scindantur* Cr.

q. *virgulta* Br. Erf Vinc. Cresc. Gesner posuit *virgula*. Crescentii lectionem antea posui, vbi Lou. *deponas*.

r. *Circumfodi debent autumno et vere et formari vt duos vel tres habeant stipites a terra modicum elevatos et singulis annis rescindi omnia quae in stipite nascentur* (antiqua *nascantur*) *aut etiam circa radices. Plantae illi* (*eis* antiqua) *accidunt nocumenta; quare si aridae fiunt rigentur assidue, nam humiditas moderata suauit pr. et cop.* sed antiqua habet: *nam siccitas suauitatem.* Louan. *Si acida fiant, non rigentur assidue: nam siccitas et suauit.*

s. Cresc. post superiora statim subdit: *cuius tamen radicibus debet cedi cuneus seu clauus debet infigi.* vbi Basil. verba *debet cedi cuneus* omisit. Louan. *opponi* mutauit in *apponi*.

t. *debet* Pol deinceps *ablaqueatis* Cresc. Lou.

v. *clauos* Erf.

x. *vrinam veterem* omis. Cr.

y. *cum aqua pari mensura* Cresc. Vulgo erat *compari* Br. et Ald. mecum.

pembia, et ter per annum (in) radicibus infundes[z]. vni arbori amphora ingesta sufficiet. vel amurcam mittes[a] insulsam, vel algam radicibus iunges, et bis[b] rigabis in mense; vel arboris florentis truncum plumbeo circulo debebis includere, vel corio anguis inuoluere. Si cre- 4
pant poma, lapidem in media arboris radice supponis[c], vel squillam circa arborem seris[d]. Et si, dum[e] pendent poma, tenacibus, sicut in arbore habentur, intorseris, in totum annum sine corruptione seruabis[f]. Si vermibus laborant, tangis[g] radices felle bubulo, et continuo moriuntur: aut[h] clauo aeneo si vermes eosdem purges, difficile nascentur: vel asini vrina stercori admista[i] porcino vermibus obuiabit[k]. Cinis[l] cum lixiuio circa Punici truncum frequenter infusus, laeta et fructuosa reddit[m] arbusta. Asserit Martialis candida in 5
his grana fieri, si argillae et cretae quartam partem gypsi misceas, et toto triennio hoc genus terrae radicibus eius adiungas. Idem dicit mirae magnitudinis poma[n] fieri, si olla fictilis obruatur circa arborem Punici, et in ea ramus cum flore claudatur, ne resiliat ligatus ad palum: tunc cooperta olla contra aquae muniatur incursus. autumno[o] patefacta suae magnitudinis poma redhibebit[p]. Multa[q] in Punico ipse asserit poma pro- 6
cedere, si tithymali[r] et portulacae succus aequaliter

 mixtus

z. *in* omis. Cr. *fundes* Lugd. E. *illius* post *rad.* addit Cr. Lou.

a. *mittis* Vinc. Br. *infusam* Cr. qui verba *vni* — *sufficiet* omisit.

b. *bisque* Cr.

c. *suppones* Cr. recte Lou.

d. *seras* Cr. recte Lou.

e. *dum* omitt. P. *Etsi* — *seruabis* omis. Cr.

f. *seruantur* P. Erf. Vinc.

g. *et tangas* — *morientur* Cresc. omisso *et*. *et tangis* — *moriuntur* Louan.

h. *aut* — *arbusta* om. P. *aut si cl. aen. vermes eiusdem* Cr. recte Lou.

i. *admixtione* Vinc.

k. *obuiabis* Cr. recte Lou.

l. *cuius tamen lixinio* — *infuso* — *punica reddit arbusta* Cr. vbi tamen Basil. verba *cuius tamen* omisit. Vulgata est in Louan. qui *reddet* habet.

m. *reddet* Vinc.

n. *poma* addit Cr.

o. *autumno vero* E. paulo ante *pluuiae* pro *aquae* Cr. Lou.

p. *habebit* E. *videbit* Cr. *reddet* Lou.

q. *multa* — *adlinatur* omitt. Pol. *multa in punico ait p. pr.* Cr. *ipse* addit Lou.

r. *tithimali* Cr. sed antiqua *titumali*. Vulgo *tithymalli*. Cr. Lou. *titimali* — *gemmet* — *adliniatur*.

mixtus ante quam germinet, trunco arboris adlinatur[s]. Inseri posse affirmat[t] de ramorum connexione, vt medulla vtrinque[v] diuisa se iungat. In se tantum inseri potest circa Apriles Calend. mense Martio vltimo[x]. Sed secto trunco surculus recentissimus statim debet inseri,
7 ne mora exiguum, qui inest[y], siccet humorem[z]. Punica mala seruantur, si picatis[a] pediculis ordinata[b] suspendas. Aliter: Lecta integra in aqua marina[c] vel muria feruente mergantur, vt combibant. post triduum sole[d] siccentur, vt sub dio[e] nocte non maneant[f]: post[g] in loco frigido suspendantur. cum[h] volueris vti, aqua dul-
8 ci pridie macerabis. Feruntur[i] haec pomis recentibus aemulari: item, si a tactu inuicem separata paleis obruantur. Item fossa fit longa, et cortex eiusdem magnitudinis[k] paratur, cui mala acutis surculis suis affiguntur. tunc inuersus cortex supra fossam ponitur, vt mala sine terrae tactu subterpendentia[l] ab humore defendat. Item si induantur[m] argilla, et ea siccata loco frigido
9 pendeant. Item si seriola[n] sub dio[o] obruatur[p], quae habeat

s. *illiniatur arbor in trunco* Cr. sed antiqua omittit *in*.

t. *firmat* E. *firmatur* Lugd. *dicunt* Cr. Bas. sed antiqua *firmantur de ramorum connexione*. Basil. habet *dicunt et inseruntur ramorum connexione*. Vinc. etiam *firmatur*. *affirmatur* Br.

v. *vtriusque* Cr. recte Lou.

x. *circa finem Martii Kalend. Apriles, in trunco seritur, in quo surculus* Cr. *secto trunco* Lou.

y. *qui est siccet* F. Br. *qui est exsiccet* Cr. *exsiccet* etiam Pol. Cresc. Lou.

z. *Colliguntur autem cum suorum grunorum rubedine completa maturitatem praetendunt* Cr. inserit.

a. *picatis* — *Aliter* omitt. Pol. *appendiculis* Cr.

b. *ordinate* Cr. recte Lou. *vel aliter* Cr.

c. *aquam marinam vel salsam mittantur* Cr. recte Louan. *vel muria ferv.* omisit Pol. deinceps *vt cum biberint* Cresc. Louan.

d. *sole* omitt. Vinc.

e. *dino* I. B. R. Lugd. Erf. Cr. *nocte* om. Pol.

f. *permaneant* omisso *non* Cresc. edd. tres.

g. *postea* Cresc.

h. *cum autem vol. vti* E. *et cum eis vti volueris* Cr.

i. *Feruntur* — *operitur* om. Pol. *Feruntur* — *defendat* omitt. Cresc. *fertur hoc vtile pomis* Vinc. deinde *si tactu* Br.

k. *latitudinis* Lugd. Erf. Vinc. bis.

l. *subtus pendentia* Vinc. *superpendentia* Br.

m. *inducantur* Vinc. bis.

n. *alla* Cr. edd. 4.

o. *dino* Cr.

p. *oriatur* Leid. *obruta* Cr. *obruantur* Lou.

habeat arenas vsque ad medium, et mala cum tenacibus
lecta imprimantur canis singulis, vel sambuci virgu-
lis[q], et ita separata in arenis figantur, vt ipsa[r] quatuor
digitis emineant ab arena. Hoc[s] et sub tecto in scrobe 1
bipedanea[t] fieri potest, et vtilius est ad seruandum, si
cum[v] ramo longiore tollantur. Aliter: In seriola cui 10
ad medium aqua mittatur[x], suspenduntur mala, ne
humorem tangant[y], et seria clauditur[z], ne ventus ir-
rumpat[a]. Item in dolio intra[b] ordeum sic ordinantur,
ne se inuicem tangant: et dolium desuper operitur. Vi-
num de[c] malis granatis conficies hoc modo: Grana
matura purgata diligenter in palmea[d] fiscella mittis[e], et
in cochlea[f] exprimis, et lente[g] coques vsque ad medie-
tatem: cum refrixerit[h], picatis et gypsatis vasculis claudes[i]. Aliqui[k] succum non excoquunt, sed singulis sex-
tariis libras mellis singulas miscent, et in praedictis[l]
vasculis ponunt et custodiunt. Mense Martio citri ar- 11
bor quatuor[m] modis seritur, semine, ramo, talea[n],
claua. amat terram rarioris naturae, caelum calidum 1
humoremque[o] continuum. si granis velis serere, ita fa-
cies: terram in duos pedes fodies[p], cinerem miscebis,
breues areas facies[q], vt vtrinque per canales aqua dis-

q. *virgultis* Cr. recte Lou.
r. *ipsa* om. Cr. habet Lou.
s. *et hoc* Cresc.
t. *biped.* om. Cr. Erf. Vinc.
v. *non* Vinc. et Cresc. edd. tres. *suum* Leid.
x. *immittatur* Vinc.
y. *humore tangantur* Erf.
z. *claudatur* Vinc.
a. *erumpat* Cr. Louan.
b. *loco inter* Vinc. *inter* Cresc. recte Lou. idem deinceps *aperitur*.
c. *Ex m. gr. hoc modo fit vinum* Cr.
d. *palmeam fistellam* Cresc. edd. tres.
e. *mittas* Cr. recte Lou.
f. *corbea* Cr. *cochea* Br. et Cresc. Lou.
g. *leniter coquis* Cr. *leniter* etiam Vinc. Br.
h. *refriguerit* Erf. *et cum refrigerescerit* Cr. *refrigescerit* Lou. *refriguerit* Vinc. alibi *refrixerint*.
i. *claudis* Cr. Br. Vinc. bis. E.
k. *Aliqui — custodiunt* omitt. P. *Alii* Erf. Vinc. bis. et Cr.
l. *praedicto vase custodiunt* I. B. Br. R. Lugd. Cresc. editr. tres. et *in praedicta vasculo* E. *praedicta vasa condunt* Vinc. bis habet.
m. *multis* Lugd. E. Vinc. Cr.
n. *talea claua* om. P. *claua* Br.
o. *que* om. E.
p. *et eidem* add. Cr.
q. *facias* Cr. Basil. *et vtrinque decurrat* Cresc. vbi antiqua mea *vtrumque*. *vt vndecunque* Lou.

currat. in his areis palmarem[r] scrobem manibus aperies[s], et tria grana[t] deorsum verso acumine[v] iuncta[x] constitues, et obruta quotidie rigabis. citius procedent,
12 si beneficio aquae tepentis[y] vtaris. Natis[z] germinibus semper proxima herba runcetur[a]. Potest hinc[b] triana planta transferri. Si ramum velis ponere, non amplius sesquipede[c] debebis immergere, ne putrescat. Claua[d] seri commodius potest, quae sit manubrii crassitudine[e], longitudine cubitali, ex vtraque parte leuigata[f], nodis et aculeis recisis, sed integra summitate gemmarum,
13 per quas spes futuri germinis intumescat. Diligentiores et fimo[g] bubulo adlinunt vtrinque, quod summum est, vel marina alga vestiunt, vel argilla subacta partis vtriusque extrema cooperiunt, atque ita in pastinato solo deponunt. Talea[h] et gracilior et breuior esse potest; quae similiter vt claua[i] mergetur. sed talea[k] palmis duo-
15 bus superst: claua omnis obruitur. in spatio non desiderat interualla maiora. aliis arboribus non debet an-
14 necti[m]. Calidis locis[n], sed irriguis et maritimis[o] maxime gaudet, quibus humor exundat. Sed[p] si quis hoc genus[q], vt in regione frigida nutriatur, extorquet, loco vel[r] parietibus munito vel in meridianam[s] partem verso dispo-

r. *palmarem* om. P.
s. *aperias* Cr. recte Lou.
t. *genera* P.
v. *cacumine* Cr.
x. *iunctam* Cr. recte Lou.
y. *tepidae* Cr recte Lou.
z. *natis — transferri* om. P.
a. *truncetur* Cr. recte Lou.
b. *hinc* om. Cr. Basil.
c. *semipede vel sexquipede* Cresc. Basil. *sesquipede* Lou. *sexpede* pr. et antiqua mea. *sesquipedem* Br. Leid.
d. *Clabam* Cr. edd. tres. Omittit P. Vulgo *Claua — est.* Sed Erf. *Claba. s. c. om. potest* habet.
e. *grossitudine* Cr. edd. tres.
f. *longa* Cr. *laeuigatur* Lou.
g. *dil. tamen fimum bubalum adhibent* Cr. Bas. *fime bubale* antiqua mea. *fimo bubulo adlinunt* Lou.
h. *taleam* Cr. Bas. *talia* antiqua mea et pr. *talea* Lou.
i. *clabam* Cr. Basil. *claba* Lou.
k. *talia* Cr. antiquus meus.
l. *in — maiora* om. Cr.
m. *debent aduerti seu annecti* Cr. recte Lou.
n. *desiderat aerem calidum sed* Cr.
o. *locis vel maxime prope gaudet quibus* Cr. antiquus meus; sed Bas. *locis gaudet et quibus.* omissis reliquis.
p. *Sed* om. Cr.
q. *genus arboris in reg. fr. nutrire desiderat* Cr. *Si quis tamen h. g. arboris — nutrire des.* Lou.
r. *vel* om. Cr.
s. *meridionalem* Cr. recte Lou.

disponat hanc arborem. sed[t] hibernis mensibus tectam[v], stramine velet agresti: vbi aestas refulserit[x], aëri arbor nuda et secura reddatur. Talea[y] sive clava eius[z] cali- 15
dissimis regionibus et[a] per autumnum ponitur: frigidissimis Iulio et[b] Augusto positas et quotidianis rigationibus[c] animatas ipse vsque ad poma et magna incrementa perduxi. Citreum iuuari[d] creditur, si cucurbitae vicinis locis serantur: quarum vites etiam combustae vtilem citri arboribus cinerem praebent. Gaudent 16
assidua fossione[e] hinc proueniunt poma maiora. Nisi quae arida sunt, rarissime debemus abscindere[f]. Inseritur mense Aprili locis calidis, Maio frigidis, non sub cortice, sed fisso[g] trunco circa ipsas radices. Inseritur[h] et piro, vt quidam volunt[i], et moro, sed[k] insiti surculi qualo[l] desuper omnino[m] muniendi sunt, vel fictili vasculo[n]. Asserit Martialis apud Assyrios[o] pomis hanc arborem non carere: quod ego in Sardinia et[p] in territorio Neapolitano in fundis meis comperi (quibus solum et caelum tepidum est, et[q] humor exundans[r]) per gradus quosdam sibi semper poma succedere, cum maturis se acerba substituant, acerborum[s] vero aetatem florentia consequantur, orbem quendam continuae fecunditatis

t. *sed* om. Cr. habet Lou.
v. *tectum* omnes praeter Lugd. om. Cr. qui *velet* habet, Bas. editio *velut* recte Lou.
x. *refluxerit* Cr. pr. et ant. recte Lou. *redierit* Cr. Basil. *et* addit pr. ant. Basil. Lou.
y. *talea* Cr. antiquus meus et princeps.
z. *eius* om. Cr. habet Lou.
a. *et* om. Cr. habet Lou.
b. *vel* Cr.
c. *irritationibus* Cr. voluit *irrigat. cotidi.* Louan.
d. *rimari* Vinc. Omisit haec Cresc. vsque ad *Gaudent*.
e. *et hinc* Cr. *peruenium* Lou.
f. *abscindere* dedi cum Cresc. et Edd. *abscidere* cum I. B. R. Lugd. et Commel. Gesner.
g. *scisso* Cr.
h. *radices, et in piro et in moro secundum quosdam* Cr.
i. *volunt et moro* om. Lugd. E. *volunt* om. Br. inclusit Commel. et Gesner.
k. *sed — vasculo* om. P. et Cr.
l. *qualo sunt* om. Lugd.
m. *omni modo* E.
n. *claudantur* Lugd.
o. *Sirios* Lugd.
p. *et in* om. Pol. Palat. Lugd. E. *Sardia* Erf. Inclusit *et in* Gesner.
q. *et* om. Br. Lugd. inclusit Commel. et Gesner.
r. *est* add. P. *abundans* Cr.
s. *arborum* Cr. recte Lou.

17 tatis sibi ministrante[t] natura. Feruntur acres[u] medullas mutare[x] dulcibus; si per triduum aqua[y] mulsa semina ponenda macerentur, vel ouillo[z] lacte, quod praestat. Aliqui mense Februario truncum obliquo foramine ab imo terebrant, ita vt altera parte non exeat: ex hoc humorem fluere permittunt, donec poma formentur: tunc foramen luto replent: sic[a], quod est me-
18 dium, fieri dulce confirmant[b]. Citreum et[c] in arbore potest per[d] totum annum propemodum custodiri[e]: melius si vasculis quibuscunque claudatur. Si velis legere atque seruare, nocte luna[f] latente debebis eum ramis foliatis carpere, et secreta[g] disponere. Alii singula vasis singulis claudunt, vel[h] gypso adlinunt, et opaco loco ordinata custodiunt. Plerique in[i] cedri scobe vel in[k] straminibus minutis vel in paleis tecta ser-
19 vant[l]. Mespili[m] locis calidis maxime gaudent, sed irriguis[n]; tamen frigidis quoque proueniunt: magis sabulone pingui, atque[o] glareosa terra, cui arena permista est vel argilla cum saxis. serenda est taleis[p] mense Martio vel Nouembri, sed solo stercorato et subacto[q], ita vt vtrumque caput taleae[r] stercus obducat. Sunt eius incrementa tardissima. amat putari atque[s] circumfodi,

t. *administrante sibi* Cr.
u. *acres* Cr. antiquus meus.
x. *maturare* E.
y. *aqua* om. I. B. R. Br.
z. *lacte ouili* Cr. *ouino* Lou. qui deinceps *aliquo foramine imo terebr.*
a. *sicque quod* Cr. *siquod* Br.
b. *affirmant* Cresc. et Vinc. sed vulgata est in Louan.
c. *Poma eius in* Cr.
d. *per totum annum* om. P. *toto fere anno seruari possunt, vel in paleis, vel melius si in vasc. quibusdam claudantur* Cr.
e. *toto anno seruari. Melius quam si* Pol.
f. *una tacente* Vinc. *una latenter* alibi.
g. *discreta* Vinc.
h. *vel gypso adl.* om. P.
i. *in — vel* om. P.
k. *in* om. I. B. R. Br. Lugd. E. inclusit Commel. et Gesner.
l. *seruarunt* P. et Vinc. bis.
m. Ita Erf. Vulgo *Mespila.*
n. *irriguis et frigidis proueniunt, magis tamen sabulo pingui* Vinc. *Aerem calidum temperatum et frigidum sustinent et terram desidenone sabulosam et pinguem vel glareosam* Cr.
o. *aut* Lugd. Vinc. Br. *aut glarea terra* Erf.
p. *taleis* omitt. P. *Seritur* Cr.
q. *et subacto* om. Cr.
r. *caput stercus obrnat* Cr. Basil. sed antiqua: *caput calce stercus conducat seu obrnat.* recte Lou.
s. *atque — refouere* omitt. Pal. *Sunt eius — refouere* om. Cr.

sodi, et parco humore inter siccitates saepe refoueri. Seritur et semine, sed in longiorem[t] speratur aetatem. Si vermibus occupatur, stilo aereo[u] purgandi sunt, et 20
amurca vel humana vetere vrina vel vina[x] calce perfundendi, sed parcius propter arboris noxam, vel aqua decocti[y] lupini. Sed[z] putatur hinc[a] arbor sterilis fieri. Fimus[b] et cinis vitium simul si radicibus infundantur, fertilem reddunt. Si formicae molestae[c] sunt, rubrica 21
cum aceto et cinere temperata necabuntur[d]. Si poma labuntur, frustum[e] de eius radice praecisum[f] in media trunci parte figatur[g]. Inseritur mense Februario in se et in piro et in malo[h], surculus tamen[i] eius ex arbore media debet assumi: nam de summitatibus vitiosus est, in trunco fisso[k] inserenda est: nam corticis macies[l] ieiuna nil nutriet. Mespila ad seruandum leguntur 22
necdum[m] mitia, quae et in arbore diu durabunt, vel in vrceolis[n] picatis, vel in ordinem suspensa, vel[o], vt quidam, posca [vel sapa[p]] condita. Die serena leguntur ac media, et paleis obruantur discreta, ne ea[q] vicissim tactus afficiat[r]. Vel cum pediculis lecta semimatura, et salsa aqua per dies quinque macerata postea sapae

t. *longam* Cr. *spargitur* Vinc.
u. *aereo* Cr. sed antiqua: *in eo.* Vinc. *purgandae.*
x. *vina* om. Cr.
y. *decocta cum lupinis* Cr. recte Lou. qui *percius.*
z. *Sed* Vinc. I. B. R. Br. Lugd. Cr. edd. tres. Vulgo *Si.*
a. *hoc* Cr. recte Lou.
b. *fimus -- reddunt* om. Cr.
c. *infestae* Cr.
d. *necabunt* Cr. recte Lou.
e. *frustrum* Cr. *frutex* Vinc.
f. *abscisum vel praecisum* Cresc. recte Lou.
g. *figimus* P. *figamus* Cr.
h. *et pomo, in spina alba et citonio* Cr.
i. *autem* Cr.
k. *fissa* Vinc. *scissa* Lou. Cr.
l. *materies iei. non potest nutrire* Cr. Bas. sed antiqua: *materies vel macies ieiuna vel nutri et aucae putari* etc. *nam cort. macies ieiuna, si in cortice inseramur, nil nutriet* Lou.
m. *nondum* Cr.
n. *vasculis* Cresc. Basil. sed antiqua *vergotis. viriolis* Louan.
o. *vel -- condita* om. Pal. vsque ad verba *vel cum pedic.* om. Cr.
p. *pasca condita* I. B. R. *vel sapa* om. etiam Lugd. Erf. Vinc. qui habet: *vt quidam volunt pasca condita.*
q. *per aliis obruantur -- ne in ea* Cresc. antiqua mea.
r. *officiat* Cr. recte Lou.

sapae[s] infundantur, vt innatent. Seruantur et[t] melle,
23 sed si minus[v] matura collegeris. Calidis locis fici plan-
ta radicata Nouembri mense, temperatis Februario, fri-
gidis melius[x] Martio vel Aprili ponenda est: si taleam
vel cacumen ponas, vltimo Aprili, cum ei se viridior
succus infuderit. Plantae in scrobe depositae lapides
substituendi sunt ad radicem; fimo terra miscenda est.
Si loca frigida sunt, plantarum cacumina diuisis cannae
24 internodiis defendantur a frigore. Si cacumen velis
ponere, trisulcum[y] ramum binum vel trinum ab au-
strali parte decides[z], et sic obrues, vt diuisa cacumina
terra interiacente velut tres surculos[a] reddant. Taleam
sic ponemus, vt caetera, cui leuiter ab infima[b] parte
diuisae lapidem mergemus in fisso. Ego mense Febru-
rio vltimo vel Martio in Italia plantas grandes ficorum
per pastinatum solum disposui, et eo anno poma pe-
perere supra comprehendendi felicitatem velut tributa[c]
25 reddentes. Legendae sunt plantae, in quibus frequens
nodus exuberat[d]: steriles creduntur, quae nitidae sunt,
et oculos suos per longa internodia distulerunt. Si plan-
tam fici prius[e] nutrias in seminario, et maturam trans-
feras

s. Ita Erf. Vulgo *saepe*. Cresc. *macerata ita tamen ne innatent*. sed antiqua et princ. *maturata postea saepe infundantur ne enatant. macerata -- ne enatent* Louan. Vulgo erat: *vt enatent*.

t. *et in* Cr. *sero et melle* Vinc. bis habet.

v. *nimis* Vinc. *melle si nimis* Cr. Erf.

x. *melius* omitt. Pol. *plantantur plantulis alimude acceptis locis siccis mense Octobri et Nouembri -- frigidis vero mense M. vel in mense Aprili si taleam -- ponas vltimo Martii vel in mense Aprili cum eis se viridis*. Cresc. *cum taleam* Louan. deinde: *ei se viridior*.

y. Post *infuderit* ita pergit Cr. *si acumen ponis ramum binum vel trinum -- decides*. Lou. *cacumen*.

z. Ita recte Lugd. E. Gr. Vinc. bis pro *decidas*. Deinde Vinc. *vt sic diuisa*

a. *sulcos* Erf.

b. *fima* Pol. *vt ei leuiter ab vna parte diuisae lapide infisso mergemus*. Cresc. sed *lapides mergemus infisso* Louan.

c. *tributum* E. *pepererunt -- tributo* Vinc. bis. deinceps *Eligendae* Cr. Lou.

d. Ita recte pro *exuberat* Lugd. Erf. Cr. Louan. et Vinc. *exuberat* Cr. Basil. qui ita pergit: *quae vero nitidae sunt et oculos -- steriles esse creduntur*.

e. *prius* om. P. et Cr. qui habet etiam *nutries*. recte Lou.

feras in scrobem, poma generosiora [f] producet. Aliqui [g] multum prodesse confirmant, si plantam fici diuiso squillae bulbo intersitam strictamque vinculis collocemus. Scrobes amat altus, interualla maiora [h], terrae genus durum et gracile, et siccum pro vtili sapore pomorum. prouenit et petrosis atque asperis: tamen potest 26
locis prope omnibus seri [i]. quae in montanis et frigidis locis nascuntur, quia minus lactis habent, ad siccitatem durare non possunt: vsus illis in viridi est, melioris magnitudinis et saporis arguti. quae nascuntur in campis et locis calidis, et pinguiores sunt et in siccitate durabiles. Si genera numerare velimus, immensum est: 27
sufficit, quod omnibus aequa cultura est. illa distantia est, quod in Caricis melius alba seruatur: in locis nimie [k] frigidis praecoquas ficus seramus, quae cito veniant, vt ante imbres genus hoc possit occurrere; calidis vero et aestuosis eas, quae sero maturant. Gaudet [l] assidua fossione. per autumnum proderit, si stercus admoueas, praecipue de auiariis. recidenda [m] sunt in ea quae aut putria aut male nata repereris: et ea ratione putanda est, vt inclinata per latera possit expandi [n]. In locis humectis ficus saporis obtusi est, cui circum- 28
cisis contra hoc radicibus aliquantus cinis debet affundi. Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt, vt non sit necesse per singulas arbores pro remedio eadem poma suspendi. Mense Iunio circa solstitium caprificandae sunt arbores fici, id est, suspendendi grossi ex caprifico

lino

f. *generosa* Erf.

g. Hinc ad sect. 31. omitt. Pol. Vsque ad *scrobes* om. Cr.

h. *et magna interualla propter longitudinem radicum eius.* Cr. deinde reliqua omittit vsque ad §. 27. *in locis nimie.*

i. *fieri* Erf. mox om. *locis.*

k. *In locis frigidis ficum seramus -- eam quae serius maturat* Cr. *cito prouenient -- sero maturant* Louan. *eam quae sera maturat* Vinc. Leid. Br.

l. *gaudent* Erf. mox *putrida* habet. Cresc. *gaudetur -- fossione, cui multum proderit si per -- appones maxime de armentis.* Cr. sed *auiariis* recte Louan.

m. *rescindenda sunt in ea quaecunque aut putrida -- reperies* Cr. *recidenda -- putria -- reperis* Lou.

n. *incidi* Lugd.

lino velut serta[o] pertusi. Si hoc desit, obrotani virga suspenditur, aut callum, quod in vlmeis foliis inuenitur, aut arietina[p] cornua circa radices arboris obruuntur; vel truncus arboris, quo loco turget[q], scarificandus est, vt possit humor effluere. Ne vermes patiatur,
29 ramum terebinthi vel lentisci taleam cum plantis fici cacumine ponemus inuerso, vncinis aereis[r] tollendi sunt vermes[s] ex fico. Alii amurcam alii vetetem vrinam ablaqueatis radicibus miscent. Alii bitumen[t] et oleum aut solam calcem viuam latebris vermium allinunt[v]. Si formicae molestae sunt, rubrica butyro et pice liquida mista circa truncum debet induci. Alii coracinum piscem[x] contra formicas in arbore suspendendum esse
30 confirmant. Si fructus suos velut aegra proiiciet[y], alii rubrica aut amurca insulsa mista aqua arborem linunt[z]; vel cancrum fluuialem cum ramo rutae suspendunt; vel algam marinam, vel fascem lupinorum; vel radici terebratae cuneum figunt, vel securi arboris corium saepe proscindunt. Cum folia producere incipiunt fici[a], vt fructum multum et pinguem ferant, in principio germinis cacumina summa decutimus[b], vel illud tantum
31 cacumen, quod ex arboris medietate procedit. Si maturam ficum vis serotinam[c] facere, incipientes grossos decute, cum illis fabae fuerit magnitudo. Vt ficus cito matu-

o. *serra* Asc. et Comm. *seva* G. Gym. *serta* I. B. Br. R. I. I. Lugd. *sera* vel *sita* Vinc.

p. *arietina -- obruuntur* omitt. Lugd.

q. *tumet -- fluere, ne vermes creet, qui si creati fuerint, vncis ferreis trahantur seu tollantur a fico.* Cresc. sed ibi antiqua mea *vncinis* habet.

r. *vel ferreis* addit Vinc.

s. *vermes* om. Lugd.

t. *vitimen* Lugd.

v. *apponunt* Cr. *allinunt* Vinc. bis. Vulgo *liniunt.* Br. *linunt -- butiro.* deinde *includi* pro *induci.*

x. *coracinem* Br. *coracium* Erf. deinde *suspendendas* Br.

y. *proiiciat* E. *proiicit, aliqui radici terebratae cuneum infigunt.* Cr. reliquis omissis, sed ibi antiqua mea habet *figunt.*

z. Ita Lugd. pro *liniunt.*

a. *procedere incipient fici* E. *cum folia incipit producere. Fici vt multum -- faciant fructum* Cr.

b. *decidamus* Cr. *decidimus* Lou. *vel hoc tantum cacumine* Cresc. *vel hoc tant.* Br.

c. *serotinam* omitt. Erf. et *mox fuerit discute* Vinc.

maturet, succo[d] cepae longioris cum oleo et pipere mixto vnge poma, quando grossi incipiunt subrubere. Aprili mense ficum debemus inserere inter corticem vel si nouellae arbores sunt[e], fisso ligno, quod statim[f] operiendum est et[g] ligandum, ne ventus introeat. Melius comprehendunt, si circa terram recisa inserantur arbusta. Aliqui et Iunio mense inserunt. Surculus legendus est anniculus: inutilis enim creditur[h] maioris vel minoris aetatis. Inoculari ficus locis siccis Aprili, humidis[i] melius Iunio[k] mediante poterit, Octobri mense locis tepidis. Propagari ficus ramis potest. inseritur autem in caprifico, in moro, in platano, et oculis et surculis. Ficus virides seruari possunt vel in melle or- 33
dinatae, ne se[l] inuicem tangant, vel singulae intra viridem cucurbitam clausae, locis vnicuique cauatis, et item[m] tessera, quae secatur, inclusis, suspensa ea cucurbita, vbi non sit fumus vel ignis. Alii missas ficus recentes minus maturas in nouo vase fictili lectas[n] cum pediculis et a se separatas recludunt, et in dolio vini pleno vas natare permittunt. Martialis dicit Caricas 34
per genera multa seruari, cum ratio vna sufficiat. Ergo hoc genere, quo Campania tota custodit, seruare debemus[o]. in eratibus ficus expanditur vsque ad meridiem, et adhuc mollis in qualum refunditur[p]. Tunc calefacto fumo[q] ad panis coquendi modum, suppositis tribus lapidi-

d. *succo caepae* hic et saepe Lugd. *succum cepae* Cr. *succo* Lou. *grassa* Cr.

e. *sint*, *scisso ligno statimque cooperiendum est* Cr.

f. *statim* om. Pol.

g. *et lig.* om. Pol.

h. *creditur* om. Erf. *aetatis. item inoculari sive implastrari et ad buccellum inseri potest mense Maio et Aprili, Iunio et Iulio. Inseritur autem in caprifico -- et in platano.* Cresc. vbi Louan addit: *et in se multo melius.* dem pro *anniculus* habet *a vinculis.*

i. *humidis* om. P. Lugd. Erf.

k. *Iulio* Lugd. Br.

l. *se contingant* Pol. et Cr. *contingant* etiam Vinc. qui *in aqua melle* omisit.

m. *iterum* Vinc. bis. *saquatur* Br.

n. *lectas* om Erf. *separatis* Cr.

o. *Siccantur autem et seruantur hoc modo quo Campania tota custodit* Cr.

p. *retunditur* Vinc. bis

q. *ad panis* vsque ad *vbi bis coctis* omitt. Cr. addit tamen Lou. *vbi qualis includitur.*

lapidibus, ne ardeat qualus includitur[r], et clauso fumo vbi discocta ficus fuerit, sicut est calida, interpositis foliis suis in vas[s] fictile conditur bene picatum[t], densius pressa, et operculo diligenter[v] obducitur[x]. Si plu-
35 viis abundantibus crates[y] non possis expandere, sub tecto eas ita ponis[z], vt semipede erigantur[a] a terra, et eas ad vicem solis, cinis calidus[b] subiectus vaporet, et subinde ficus, sicut est diuisa, vertatur[c], vt ficorum coria siccentur et pulpae tunc duplicatae[d] in cistellis seruentur aut loculis. Alii maturas mediocriter ficus et diuisas in cratibus expandunt toto[e] sole siccandas, et recipiunt eas nocte sub tecta. Nunc[f] ficulnea cacumina obruuntur vtiliter, cum tumescunt, vt plantas faciant,
36 si earum copia non abundat. Vt etiam varios fructus vna ficus exhibeat, ramos duos nigrae et albae arborum[g] inter se ita vinculo stringis[h] ac torques, vt germina[i] miscere cogantur. sic obruti et stercorati et humoribus iuti[k], vbi prodire coeperint, germinantes oculos aliqua sibi[l] annexione conglutina[m]. tunc germen adunatum parturiet duos colores[n], quos vnitate diuidat[o], diui-

r. *includitur etiam clauso* Vinc. bis. *vbi cum decocta* Vinc. bis. *bis cocta* Cr.

s. *inter vas* Vinc. Deinde *claditur* Cr. *claudatur* Lou.

t. *bene picatum* om. Vinc. bis.

v. *diligentius* Vinc. bis. Cr. Lou.

x. Hinc vsque ad finem f. 36. omitt. Pol.

y. *Sed pluuiis -- si soli non possis* Vinc. bis. *non potes* Cresc. recte Lou.

z. *reponis* Erf. *compones* Cresc. recte Lou. *pones* Vinc. bis.

a. *erigatur* Cr.

b. *calidus* omitt. Br. Lugd. Erf. *ad lucem solis cui subiectus vaporet subinde* Cr. recte Lou. *ad inuicem solus cinis subiectus* Vinc. bis. *ad inuicem* Br.

c. *tergatur -- et ficorum folia* Vinc. bis. *caria et pulpae* Cr.

d. *duplicata — seruetur* Br. *duplicata seruantur* Cr. recte Lou. *pulpae deinde sublata* Vinc. bis.

e. *coctas* Cr. *totas* Lou. *recipiunt nocte sub tecto* Cresc. recte Lou. *eas* om. Br. *sed recipiunt nocte* Vinc. bis. *et percipiunt nocte* Erf.

f. *tunc* Erf.

g. *ambarum ita inter se* Lugd. *albae arboris* omisso *inter se* E. *arborum* omitt. Cr. VIII 7.

h. *constringes* Cr. *stringe* Lou.

i. *inter se* addit Vinc. bis.

k. *adiuti* Cresc. *viti* pr. antiq. et Lou.

l. *inter se* Lugd. *aliqua adiunctione* Cr. *admixtione* Louan.

m. *conglutinata* Lugd. *conglutinent* Vinc. bis.

n. *vt quos* Vinc. bis.

o. *diuidet et diuisione* Cr. recte Lou.

diuisione coniungat. Nunc et pirus vel malus inseri 37
ac seri potest, et cydonia et prunus inseritur, et sorba ponuntur et morus, nono Calendas[p] Apriles die[q], et inseruntur pistacia, et locis frigidis pini semen aspergitur.

XI. Hoc mense comparandi sunt boues, qui tamen, siue de nostris capiantur armentis, siue emantur, idcirco nunc comparabuntur[a] vtilius, quia necdum sagina temporis[b] pleni[c] aut celare possunt fallaciam venditoris et vitia sua, aut repugnando[d] domiturae contumacem pleni roboris exercere fiduciam. Haec tamen signa 2
spectanda[e] sunt in bobus, seu de nostro seu de alieno grege fuerint comparandi, vt sint boues nouelli, quadratis et grandibus membris, et[f] solidi corporis, musculis (ac[g] toris) vbique surgentibus[h], magnis auribus, latae[i] frontis et crispae, labris[k] oculisque nigrantibus, cornibus robustis ac sine curuaturae prauitate lunatis[l], patulis naribus[m], et resimis[n], ceruice torosa[o] atque[p] compacta, palearibus largis et circa genua fluentibus, pectore grandi, armis vastis[q], ventre non paruo, porrectis lateribus, latis lumbis, dorso recto et plano, cruribus solidis[r], neruosis et breuibus, vngulis magnis, caudis longis ac setosis, pilo totius corporis denso[s] ac breui, rubei maxime coloris aut[t] fusci. Melius autem 3

p. Ita pro *Calendarum Aprilium* scripsi ex I. B. R. Br.
q. *die* om. P. *pistacea* et antea *cydonea* Br.
Tit. XI. a. *parabuntur* Lugd. E. Br.
b. *corporis* Vinc.
c. *plena vt — possint* Vinc.
d. *ad repugnandum* Br. Erf. et Vinc. bis.
e. *expectentur* Cr. *spectentur* Lou.
f. *et* om. Cresc. ante *grandibus* Lou. omittit etiam *et*.
g. *actoris* om. P. Vinc. bis, et Cr. Igitur inclusi.
h. *turgentibus* Vinc.
i. *lata fronte et crispa* P. et Cr.
k. *labiis* Cr. recte Lou.
l. *limatis* Cr. *liniatis* Lou
m *auribus et simis* P. *naribus et summa cernice* Cr. *et simis* Lou.
n. *resupinis* E. *reficcis* Vinc.
o. *coriosa* Cr. recte Lou.
p. *atque* om. Vinc.
q. *robustis* Cr. Bas. *nascis* antiqua mea recte Lou.
r. *et* addit Cr.
s. *depresso* Vinc.
t. *et* Cr.

boues[v] de vicinis locis comparabimus, qui nulla[x] soli aut aëris varietate tenentur[y]. aut si hoc deest, de locis similibus ad similia transferamus[z]. Illud ante[a] vniuersa curandum est, vt viribus ad trahendum comparentur aequales, ne valentioris[b] robur alteri procuret exitium[c]. In moribus[d] haec consideranda sunt[e]. Sint[f] arguti, mansueti, timentes hortamen[g] clamoris ac verberis, cibi[h] appetentes[i]. Sed si regionis ratio patitur, nullus melior cibus est, quam viride pabulum. vbi vero deest, eo ordine ministretur, quo pabuli copia et laborum[k]
4 coget accessio. Nunc tauros quoque (quibus cordi est armenta construere) comparabit[l], aut[m] his signis a tenera aetate submittet[n]; vt sint alti atque ingentibus[o] membris, aetatis mediae, et[p] magis quae[q] iuuentute minor est, quam quae[r] declinat[s] in senium: torua[t] facie, paruis cornibus, torosa[v] vastaque ceruice, ven-
5 tre substricto. Vaccas etiam nunc maxime parabimus. sed eligemus forma altissima, corporis[x] longi[y], vteri capacis et magni[z], lata[a] fronte, oculis nigris et grandibus, pulchris cornibus et praecipue nigris, aure setosa, palearibus[b] et caudis maximis, vngulis breuibus[c], et cruribus nigris[d] et paruis, aetatis[e] maxime trimae, quia

v. *et* add. Cr.
x. *non illa* Cresc. Basil. *in illa* antiqua mea. *qui nulla* Louan.
y. *terrentur. vel* Cr.
z. *transferemus* Lugd. et Cr.
a. *illud est enim ante omnia* Cr. sed *enim* omitt. Louan. *illud autem in vniuerso* Vinc.
b. *valentioribus* Cr. recte Lou.
c. *exercitum* Cr. recte Lou.
d. *autem* add. Cr.
e. *vt sint* Vinc.
f. *sicut* Cr. recte Lou.
g. *hortamenta clamores et verbera* Cresc. *clamoris et verberum* Lou. *verbera* etiam Vinc.
h. *cibum* Cresc.
i. *appetentiores. Si* Vinc.
k. *laboris* Cr. recte Lou.
l. *parabit* Vinc.
m. *et his* E.
n. *submittunt* Erf. *summit.* Br. *tauri cognoscuntur his signis* Cresc.
o. *vigentibus* Cr. et Vinc. recte Lou.
p. Inclusit Commel. et Gesn.
q. *qui in iuuent.* Cresc. et Vinc.
r. *qui* Cresc. et Vinc.
s. *declinant ad* Cr. *qui iuuentute — qui declinat in sen.* Lou. *declinat* Vinc. bis. Vulgo *declinet.*
t. *parua* Cr. recte Lou.
v. *tortosa* Cresc.
x. *corporum* Cr.
y. *longi* om. Cr. Basil.
z. *longi* P. et Cresc.
a. *lata* Cresc. Vulgo *alta.*
b. *laxis* addit Vinc.
c. *et paribus* addit Cr.
d. *nigris et* om. I. B. R. Br.
e. *Ceterum mediae aetatis* Cresc. vbi antiqua mea *Ceteri.*

quia vſque ad decennium[f] foetura ex his procedet[g] vtilior. nec ante aetatem trimam[h] tauros[i] his oportet[k] admitti. Sed erit ſtudium diligentis amotis[l] ſenioribus, 6
nouellas ſubinde conducere, et ſteriles aratro ac laboribus deputare. Graeci aſſerunt, ſi mares creare velis, ſiniſtrum tauri in coitu ligandum eſſe[m] teſticulum; ſi foeminas[n], dextrum: tamen[o] tauros diu ante[p] abſtinendos, vt, cum tempus eſt[q], acrius in cauſas dilati[r] feruoris incumbant. Sed his armentis hieme maritima 7
et aprica loca[s], aeſtate opaca paremus ac frigida, montana maxime: quia melius frutetis[t], et his[v] herba internaſcente ſaturantur[x]. quamuis[y] circa fluuios recte propter amoena loca paſcantur: foetura[z] tamen aquis tepidioribus adiuuatur[a], vnde (magis[b]) vtilius habentur, vbi pluuialis aqua tepentes format lacunas[c]. Tolerat 8
tamen frigus hoc armenti genus, et poteſt facile hibernare ſub dio[d]: quibus tamen ſepta fieri propter iniuriam grauidarum conuenit laxiora. Stabula vero vtilia ſunt[e] ſtrata ſaxo aut[f] glareis aut arenis, deuexa[g] aliquatenus[h],

f. *decimum* I. B. R. Br.
g. *fœtus procedit* Creſc. *procedit* etiam Vinc. bis.
h. *ante bimam aetatem eis taurus non deb. admitti, vt triennae* (antiqua mea *triniae) pariant* Cr.
i. *tauris* Codex Vlitii ad Nemeſ. 114.
k. *debet* P.
l. *vetulis amotis* P. *Cuſtos diligens debet vetulis et ſterilibus amotis reparare nouellas et — et aratro* Cr. Baſil. ſed pr. et ant. *amotis reputare ſi quae nouellas ſubinde et ſteriles ar. ac lab. reputare.* Louan. *amotis nouellas ſubinde conducere et ſteriles* cet. Br. *obmotis.*
m. *eſſe* om. Cr.
n. *feminam vel feminas* Cr. antiquus meus.
o. *tum tauros* E. probante Ernesti. *tauros tamen* Vinc. *tamen* om. Creſc.
p. *admiſſuram* add. Creſc.
q. *erit admittendi* Cr.
r. *dilati* om. Cr. editt. tres.
s. *et aprica loca* om. Cr.
t. *frutectis* Vinc.
v. *his* om. Cr.
x. *foturantur* Vinc.
y. *quia quamuis* Vinc. bis.
z. *foeturae* Cr.
a. *adiuuantur* Cr.
b. *magis* om. Cr. igitur inclusi. *vtiliusque paſcentur* Vinc.
c. *laſcinias* Vinc. antea *fluuialis* Br.
d. *diuo* Lugd. Erf. ſemper ſic. Vinc.
e. *ſunt ſaxo aut* om. P. *ſunt ſaxo vel gl. aut arena vel lapidibus ſtrata* Cr.
f. *atque* I. B. R. Br. *ac* Cr. Lou.
g. *adnexa* Cr. antiquus meus.
h. *aliquantulum* Cr. recte Lou. *nulla* Br.

vt humor possit elabi, parti meridianae obuersa[i] propter flatus glaciales, quibus aliquis resistere[k] debet obiectus[l].

XII. Hoc mense vltimo domandi sunt trimi boues, quia[a] post quinquennium bene[b] domari non possunt aetatis repugnante duritia. Capti[c] ergo statim domentur, qui quidem prius, cum teneri sunt[d], frequenti[e] manus attrectatione mansuescant[f]. Sed stabulum noui boues largioribus spatiis habere debebunt, vt et ante stabulum loca[g] nullis concludantur angustiis, et pro-
2 ducti non[h] aliqua vitientur offensa. In ipso vero stabulo asseres transuersi a terra septem[i] pedibus alti configantur, ad quos boues ligentur indomiti. Tunc eligis absolutam tempestatibus et impedimentis omnibus diem, qua capti perducantur ad stabulum. quorum si nimia fuerit asperitas, vno die ac nocte inter[k] vincula mitigentur atque[l] ieiunia: tunc appellationibus blandis[m], et illecebris oblatorum ciborum[n], non a latere, neque a tergo[o], sed a fronte accedens bubulcus admulceat[p] nares, et terga pertractet, mero subinde conspergens: hac tamen cautione[q], ne aliquem calce contingat aut cornu[r]: quod vitium, si in primordiis effectui[s] sibi

i. *aduersa* Cr. *meridiei* Lou.
k. *obsistere* Cr. edd. 4.
l. *obiectis* Cr. recte Lou.

Tit. XII. a. *nam* Cr. *qui* E.
b. omitt. Cr.
c. *Capite* P. Vinc. et Cr. editt. tres.
d. Ita Cr. pro *fuerint*. Ita etiam Columella VI. 2.
e. *assidue* add. Vinc.
f. *mansuescunt* nescio vnde laudat Gesner.
g. *loca* om. P.
h. *nulla vit.* I. B. R.
i. *septenis* Vinc.
k. *vinculis et ieiuniis vincentur seu mitigentur* Cr. vbi verba *vinc. seu* om. Lou.
l. *mitig. ieiuniis* Iuntt. *ieiunio* Vinc.
m. *blandis* om. Cr. habet Lou. *et* om. Br.
n. *ciborum* om. Cr.
o. *tergo pertractet* Cr. sed Lou. *pertr.* omisit.
p. *admulceat flares* Cr. *commulceat* Vinc. Vulgo erat *admulceat, nareſque et.*
q. *actione* Pol.
r. *calce vel cornu percutiat* Cr.
s. *primordiis affectauerit, obt.* Cr. *effectiuum — obtinebit* Br. *effectum* Vinc.

sibi cessisse senserit, obtinebit. Tunc mitigatis[t] os et 3
palatum salibus frica[v], et in gulam[x] demitte praesul-
sae[y] adipis librales offas, et vini[z] sextarios singulos
cornu infundente per fauces: quae res intra[a] triduum
totius saeuitiae iram resoluet. Aliqui eos inter se iun-
gunt, ac docent[b] onera tentare[c] leuiora, et quod vtile
est, si arationi parantur[cc], subacto prius solo exercendi
sunt, vt nouus labor tenera adhuc colla non quasset.
Expeditior autem ratio est domandi, vt[d] asperum bo- 4
vem mansueto et valido boui coniungas[e], quo ostendente facile ad omnia cogetur officia. Si post domituram[f] decumbit[g] in sulco, non[h] afficiatur igne, vel[i] verbere: sed potius, cum decumbit, pedes eius ita ligentur vinculis, vt non possit progredi aut stare vel pasci[k]. Quo facto siti ac[l] fame lassatus[m] carebit hoc vitio.

XIII. Hoc mense saginati ac pasti ante admissarii generosis[a] equabus admittendi sunt, et repletis foeminis iterum[b] ad stabula colligendi. Neque tamen aequalem numerum omnibus[c] debemus adhibere[d], sed aestimatis viribus vniuscuiusque[e] admissarii, submittenda[f] sunt pauca vel numerosa coniugia, quae res efficiet admissa-

t. *mitigans* Vinc. *mitigati* Br.
v. *fricabis* a. Vict.
x. *linguam dimitte* Erf.
y. Ita Palat. Lugd. *praesalsae ad. librares* Pol. *libriles* Lugd. *librales* om. Vinc. Vulgo est: *praesulsi.*
z. *inde* Vinc.
a. *in* Vinc.
b. *eos* add. P. et Cr. antea *coniungunt* Lou. Cr.
c. *portare* Cr.
cc. Ita Cresc. Lou. *parandas* reliquae Edd. quae post *exercendi sunt* addunt *in arena.* Louan. *aut arena.*
d. *si* Cresc.
e. *iungas* Cr.
f. *domaturam* Lugd.
g. *decumbet* Cr.
h. *non* — *decumbit* omitt. I. B. Br. R.
i. *nec* P. et Vinc.
k. *pascere* Cresc.
l. *vel* Cr. *et* Louan.
m. *laxatus* Cr. Louan. et antiquus meus.

Tit. XIII. a. Ita Br. Ald. Erf. et Vinc. bis. Vulgo *generosi.* Vinc. *aut posti.*
b. Ita Vinc. Vulgo *foeminis item.*
c. *omnium* Lugd. E. Br.
d. *exhibere* Vinc.
e. *cuiusque emissarii* P. et Vinc.
f. *admittenda* Lugd.

rios non parum aetate durare. Iuueni tamen equo et viribus formaque constanti non amplius quam duodecim vel [g] quindecim debemus admittere, caeteris pro
2 qualitate virium suarum. Sed in admissario quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulchritudo. In forma hoc [h] sequemur, vastum [i] corpus et solidum, robori [k] conueniens altitudo [l], latus longissimum [m], maximi [n] et rotundi clunes, pectus late patens, et [o] cor-
3 pus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus et solidus [p], et cornu concauo altius calciatus. Pulchritudinis partes hae sunt: vt sit exiguum [q] caput et siccum, pelle propemodum solis [r] ossibus adhaerente, aures breves et argutae [s], oculi magni, nares patulae, et erecta ceruix, coma densa [t], et cauda profusior, vngularum
3 solida et fixa [v] rotunditas. Meritum [x], vt sit audax animo, pedibus alacris [y], trementibus membris, quod est indicium fortitudinis, quique ex summa quiete facile concitetur, vel ex citata festinatione non difficile [z] tenetur. (Motus [a] autem equi in auribus [b] intelligitur,
4 virtus in membris trementibus.) Colores hi praecipui, hadius

g. *vel quindecim* om. Lugd.

h. *haec* Lugd. E. Vinc.

i. Isidorus XII. 1. *forma vt sit validum.*

k. *robore* Isid.

l. *altitudo*, *latitudo* Isid. vbi tamen Vincentius referens locum Isidori omisit *latitudo*

m. *longum substrictius* Isidor.

n. *maximae et rotundae* Isid. sed rectum ex Isidoro retulit Vinc. *clunis* Br.

o. *et* omitt. Isidor. et eum eo Vinc.

p. *siccus et cornu concauo solidatus* Isidor.

q. *egregium* I. B. R. Br.

r. *solis* om. Pol. et Isidor. qui *propemodum* etiam omittit.

s. *acutae* Isid. sed rectum ex eo refert Vinc.

t. *et erecta ceruix*, *coma densa et cauda* Isidor. vnde Vinc. *erecta ceruix comae densae et cauda.* Vulgo desunt h. l. verba *et erecta ceruix, densa.*

v. *solidstatis fixa* Isid. sed Vinc. ex eo habet *soliditas fixa.* Pontedera ibi corrigebat *solida et fixa.*

x. Sectionem hanc tertiam ex Codice inseruit Wasse ad Sallustium; habet etiam Isidorus et Vinc.

y. *alacer* Isidor.

z. *facile* Codex Wassii.

a. *motus — trementibus.* Haec spuria censuit cum Wassio Gesner.

b. *naribus* Isidor. sed rectum habet ex eo Vinc. et Isidori editio Basil. 1489. monente Gesnero.

badius[d], aureus, albineus[d], russeus[e], murreus[f], cervinus, gilbus[g], scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus. Sequentis meriti[h], varius[i] cum pulchritudine, nigro vel albineo vel badio[k] mistus, canus cum quouis[l] colore, spumeus, maculosus, murinus, obscurior. Sed in admissariis praecipue legamus clari et vnius coloris: caeteri vero despiciendi, nisi magnitudo meriorum[m] culpam coloris excuset. Eadem 5 in equabus considerandae sunt, maxime vt sint longae[n] et magni ventris et corporis: sed hoc in generosis seruetur armentis. Caeterae passim[o] toto anno inter pascua dimissis[p] secum maribus impleantur. Equarum natura est partum spatio duodecimi[q] mensis absolvere. Illud in admissariis seruandum est, vt mediis aliquibus spatiis separentur, propter noxam furoris alterni[r]: sed his armentis pascua legamus pinguissima, hieme aprica, frigida et opaca (prouideamus[s]) aestate, nec adeo mollibus locis[t] nata[v], vt vngularum firmitas de asperitate nil sentiat. Si equa ma- 6 rem pati noluerit, trita squilla naturalia eius infecta libidinem contrahunt[x]. Deinde grauidae non vrgean-

c. *baidius* Lugd. hic et postea. *basidus* Erf.

d. *albineus* om. Isid. *ubineus* Br.

e. *rosteus* Isid.

f. *mirteus gilbus glaucus scutulatus canus candidus albus, gutt. niger* Vinc. alibi *myrteus glaucus scutul. can. cand. gutt. niger, murreus* Br.

g. *gilbus glaucus scut. canus, candidus, albus gutt. niger. Sequent.* Isidor.

h. *Sequenti autem ordine* Isidor.

i. *varius ex nigro badioque distinctus reliquis varius color vel cinereus deterrimus* Isidor. *varius c. p. nigro badioque mixtus* Vinc.

k. *abfido* E.

l. *qualibet* P.

m. *meriti* P. recte; vt puto.

n. *longae et magni ventris* Erf. vulgo *longi.* Vlitius ad Nemes. Cyneg. 244. delet verba *ventris et.*

o. *passim* om. P.

p. *admissis* I. B. R. Br. *demissis* Commel. *impletur* Br.

q. *XIII mēs* Pol.

r. *alterum* Vinc. bis. antea *debemus* Cr. postea *replendae sunt* Lou. et Basil. *replendo sunt* pr. et antiqua.

s. *prouideamus* omitt. Pol. igitur inclusi.

t. *locis* om. P.

v. *nacta* P

x. *concitabunt* ante Vict. Vinc. sed alibi *excitabunt* cum Erf. *libidine concitabit* Lugd. deinceps *praegnans non vrgeatur nec f. frigusque toleret* Cresc. Lou. *praegnans — frigusque tollerat* reliquae.

tur, nec famem vel frigus tolerent, nec inter se loci[y] comprimantur angustiis. Generosas equas et quae masculos nutriunt alternis annis submittere debebimus, vt pullis puri[z] et copiosi lactis robur[a] infundant; caeterae
7 passim replendae. Aetas incipientis admissarii quinti anni initio esse debebit. foemina recte[b] bima concipiet, quia post decennium[c] iners ex ea soboles et[d] tarda nascetur. Pulli equarum nati manu tangendi non sunt, quia eos tactus laedit assiduus: quantum ratio patitur, defendantur a frigore. In pullis pro aetatis merito ea sunt consideranda, quae signum bonae indolis monstrant, quae in patribus vel matribus spectanda praecepi. dabit et hilaritas, alacritas agilitasque documen-
8 tum. Nunc[e] domandi sunt pulli, vbi tempus bimae aetatis excesserint. Consideranda sunt magna, longa[f], musculosa et arguta corpora, testiculi pares et[g] exigui: et caetera quae in patribus dicta sunt. Mores, vt vel ex summa quiete facile concitentur, vel ex[h] incitata
9 festinatione non difficile teneantur. Aetatis consideratio talis est: Bimo et sex mensium dentes medii superiores[i] cadunt. quadrimo canini[k] mutantur. infra[l] sextum[m] annum molares superiores cadunt. sexto anno quos primo[n] mutauit, exaequat. septimo anno omnes dentes[o] eius explentur. Latent ab hinc[p] aetatis notae: sed prouectioribus tempora cauari incipiunt, supercilia canescere[q], dentes plerumque prominere. Hoc mense

y. *locis angustis* Lugd. E. Vinc. Cr. Lou.
z. *puri sint* Vinc.
a. *copiam* Pol. *puri copiam lactis* Cr. qui paulo post: *quinque annorum ad minus esse debet.*
b. *et bima* Br. Lugd. et Vinc. deinde *laesit* Br. postea *qui — dicti* Br.
c. *dec. quod ex ea nascetur, erit tardum* Vinc.
d. *et tarda* om P. Cr.
e. *etiam* add. Vinc.
f. *nigra* inserit Vinc.
g. *et* omitt. Br. Vinc. inclusit Commel.
h. *excitata* Pol. et Vinc. bis. *in excitata* Lugd.
i. *super.* om. P.
k. *earum proximi* Vinc.
l. *intra* Columella VI. 29. 4.
m. *quintum* P.
n. *primos* Columella.
o. *dentes* om. P.
p. *latent hinc* Vinc.
q. *canere* E.

mense omnia quadrupedia maxime equos exstrare debemus.

XIV. Si quem[a] mulorum genus creare delectat, equam magni corporis, solidis ossibus, et forma egregia debet eligere: in qua non velocitatem sed robur exquirat. Aetas[b] quadrima vsque in decennem huic[c] admissurae iusta[d] conueniet. Si asinus visam[e] equam fastidit[f] admissus, ostensam prius asinam (donec coëundi[g] voluptas[h] solicitetur) postea[i] subducimus; et tunc equam libido incitata non spernet, et raptus illecebris generis sui in permistionem[k] consentiet alieni[l]. Si 2
morsu furens laedit obiectas[m], aliquatenus labore mitescat. Creantur ex equa et asino, vel onagro et equa muli[n]. sed generosius nullum est huiusmodi animal, quam quod asino creante nascetur. Vtiles tamen admissarii nascentur ex onagro et asina: qui post in sobole secutura[o] agilitatem fortitudinemque restituant. Ad- 3
missarius tamen asinus sit huiusmodi, corpore amplo, solido, musculoso, strictis et fortibus membris, nigri vel murini maxime coloris aut rubei: qui tamen si discolores[p] pilos in palpebris aut auribus geret[q], colorem sobolis plerumque variabit. Minor trimo, maior decenni non debet admitti. Annicula mula debet a ma- 4
tre

Tit. XIV. a. *Si quidem* Lugd.
b. *a quadr.* Vinc. bis. *eius aetas a quadriennio vsque ad decennium existat* Cresc. sed Lou. *a quadrima vsque vsque in decennem.*
c. *huic — conueniet* om. P.
d. *iusta* Erf. probante Ernesti.
e. *visam* addidi ex P. et Cr.
f. *fastidiat* Vinc.
g. *coeundi* om. P. et Cr.
h. *voluptate* E.
i. Ita correxi vulgatam: *adhibemus: qua subducta, equam:* ex Cr. *prius ea subd. et tunc equam* P. postea *libidine* Cr. Lou.
k. *permixtione* Cr. Br.
l. *alienam* Vinc.
m. *obiecto.* Lugd.
n. *muli* ex P. addidi. *Ex equa et asina vel asino et equa muli creantur* Cr. *creantur muli* Lou. deinde Cr. *quod ex asino et equa nascetur.*
o. *sobolem secuturam* Erf. postea: *Admissurus ergo* Cr.
p. *diuersi colores* Vinc. *maxime* post *murini* om. Cresc.
q. *aut naribus generet* Erf. *gerit, variabit sobolis plurimum colorem* Cr. sed Louan. *sobolem plerumque* postea Cr. *minor triennio — decennio* denique *repelli et per minores* Cr. sed *mentes* Lou.

ne depelli, et per montes asperos pasci, vt itineris laborem in tenera aetate solidata contemnat[s]. Minor vero asellus maxime agro[t] necessarius est, qui et laborem non recusat[v] et negligentiam tolerat.

XV. Hoc mense maxime apibus solet morbus incumbere. nam post hiberna ieiunia tithymali[a] et vimi amaris[b] floribus, qui prius nascuntur, auidius appetitis[c] solutionem ventris incurrunt et pereunt, nisi affueris velocitate remedii. Praebebis[d] ergo mali granati cum vino Amineo[e] grana contrita[f], vel vuae passae cum rore Syriaco et austero vino, vel simul omnia levigata[g] et incocta vino aspero. quae deinde in ligneis canalibus[gg] refrigerata[h] ponantur. Item rosmarinus aqua mulsa decoctus congelatur, et in imbrice ponitur succus huiusmodi. Quod si horridae videntur atque contractae torpere[i] silentio, et mortuarum corpora frequenter efferre[k], canalibus ex canna factis mel cum gallae puluere vel siccae rosae coctum debebis infundere. Illud[l] ante omnia expediet, vt putres partes fauorum vel vacuas ceras, quas aliquo casu examen ad paucitatem redactum non valebit implere, semper[m] seci-

r. *inuenis* Vinc.

s. *non contemnat* Vinc. sed idem libro XVIII. *vt inueniens lab. — aetate assuescat et solidata non contemnat.*

t. *aratro* Lugd.

v. Ita P. pro *tolerat* — *negleg. propemodum non recusat.* Columella VII. 1. 2. *custodis negligentiam fortissime sustinet.* Brusch. *qui* ante *et labor* omittit.

Tit. XV. a. Vulgo *tithymalli.* Cr. *titimalli* Cresc. antiq. *tithymali* Cr. Bas.

b. *amari* Cr.

c. *appetentes solutione — intereunt nisi* P. Cr. edd. tres. *appetitis* Lou.

d. *implebis* Lugd.

e. *austera* Cr.

f. *trita* Erf. Cr. statim continuat *et in vasculis refrig. ponantur* omissis reliquis.

g. *coniugata purgata et incocta* Vinc.

gg. *vasculis* P. Cr. edd. tres.

h. *refrigeranda* E.

i. *corpore sitere* Cr. sed antiqua mea *silentis* habet. recte Lou.

k. *afferre* Cr. antiq. meus cum pr. et Lou. *offerre* Vinc.

l. *Ante omnia studebis* Cr. Basil. sed antiq. meus. *Aliud autem omnia expectetur* habet. recte Louan.

m. *semperque recides* Cr. antiq. meus, *semper* om. Erf. probante Ernesti.

rapidae acutissimis ferramentis subeatur, ne mola[n] alia pars fauorum cogat apes domicilia concussa deserere. Nocet[o] apibus plerumque felicitas sua. Nam[p] si nimiis[q] floribus annus exuberat, dum solam curam gerendi[r] mellis exercent, de prole nil cogitant, cuius[s] omissa reparatione populus idem labore confectus extinguitur, totius generis[t] exitio, itaque cum mellis nimietatem videris ex[v] florum grandi et continua messe defluere, interiectis ternis diebus, clauso foramine non[x] eas patiaris exire. ita ad generandam[y] sobolem se conferent. Nunc circa Calend. Apriles curandi sunt aluei, 4 vt omnia purgamenta tollantur et sordes, quas tempus contraxit hibernum, et vermiculi et tineae et araneae, quibus corrumpitur vsus fauorum, et papiliones, qui vermiculos[z] stercore suo faciunt nasci. Tunc fumus incensi [et[a] sicci] bubuli stercoris adhibeatur, qui aptus est apium saluti. quae purgatio frequenter[b] vsque[c] in autumni tempora[d] celebretur. Haec omnia caeteraque efficiet custos[e] castus et sobrius, et alienus ab alliis[f] et cibis acribus, et odoris immundi, atque omnibus falsamentis.

XVI.

n. *ne pars alia remota* Cr. recte Lou.

o. *Nocet — sua* om. Cr.

p *Si propter abundantiam florum de melle tantum sed de prole nihil cog.* Cr.

q. *nimis* Lugd.

r. *generandi* Vinc.

s. *cuius — exitio* om. Cr.

t. Ita P. vulgo *gentis*,

v. *ex — defluere* om. P. *et videris nimietatem, interi.* Cr.

x. *ne eas* Erf. Paulo antea *trinis diebus* Cr. Lou.

y. *generandum se conferent* Pol. Cr. editt. 4. Vulgo *conferentur*. I. B. R. *conferuntur*. Vinc. *generandum sobolem*. postea *tempore hiberno* Cr. Lou.

z. *qui stercore suo vermes faciunt* omisso *nasci* P. Cr. edd. 4. deinceps *corrumpuntur* Cresc. Louan. postea *fimus*.

a. *et* om I. B. R. Br. E. Vinc. *et sicci* om. P. *fumus ster. bub. sicci adib.* Cresc.

b. *frequens* Cr.

c. *vsque* om. P.

d. *autumnum tempus* Erf. *celebratur* Br. Cr. Lou.

e. *efficiet custos castus* Cr. Vulgo *efficies*, *castus* omisso *custos*.

f. *ab alleis* Cr. Louan. *ab alueis* Cresc. edd. meae duae. Ex iisdem dedi etiam *et cibis*. Vulgo erat *a balneis vel a cibis*. Cr. Lou. *et cibis acerbis*. Idem Cresc. alio loco habet: *Custos autem cum talia procurat, vt Palladius scribit, debet esse purus et ab omni immundicia et odore alicuius acredinis vel alterius mali saporis liber*. Brusch. etiam *ab alliis* habet.

XVI. Hic mensis ad deprehendendas horas consentit Octobri.

Hora	I	et	XI	pedes	XXV
Hora	II	et	X	pedes	XV
Hora	III	et	IX	pedes	XI
Hora	IV	et	IIX	pedes	VIIX
Hora	V	et	VII	pedes	VI
Hora	VI			pedes	V

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER QVINTVS.

TIT. I.

Aprili mense [a] in areis, quas ante [b] (sicut diximus) praeparasti, medica serenda est. quae semel seritur [c], decem annis permanet, ita vt quater vel sexies possit per annum recidi. agrum stercorat, macra animalia reficit, curat aegrota. iugerum eius toto anno tribus equis abunde [d] sufficit. Singuli cyathi [e] seminis occupant locum latum pedibus quinque [f], longum pedibus [g] decem. Sed mox ligneis rastellis [h] obruantur 2
iacta semina, quia sole citius comburuntur. Post sationem [i] ferro locum tangi non licet, sed rastris ligneis frequenter herba mundetur, ne teneram medicam premat. Prima messis eius tardius fiet [k], vt aliquantum 3
semen excutiat. caeterae vero messes quam volueris cito peragantur, et iumentis praebeantur. Sed primo parcius praebenda est nouitas pabuli: inflat enim, et multum

VARIETAS LECTIONIS.

Palladii Lib. V. *siue Aprilis.* Tit. I. a. *Hoc mense, vt* in libris aliis E.
b. *diximus ante debere praeparari* Pol
c. *et decem a perm. continuis* Vinc. *simul ser. et decem* Br.
d. *abunde* om. P.
e. *quati* Lugd. *ciati* E.
f. *VI* Pol. Br.
g. *pedibus* om. L. B. R. Br.
h. *rastrellis* E.
i. *Post s. vero ferro* E.
k. *fiat* P. Lugd. Erf. *aliquantulum* Vinc.

tum sanguinem creat. Vbi secueris[l], saepius riga, post paucos dies, cum fruticare[m] coeperit, omnes alias herbas runcato[n]: ita et sexies per annum metis, et annis decem poterit manere continuis.

II. Nunc locis temperatis oliua inseratur; quae inseritur inter corticem more pomorum, sicut supra dictum est. sed vt oleastro inseras, contra illud, quod ex oliueto insito et casu incenso renascitur oleaster infelix, sic prouidendum est. positis prius oleastri brachiis in scrobe, in qua disponemus inserere, scrobes ita reple-
2 bimus, vt mediae vacuae sint. cum comprehenderit oleaster, inseremus in infimo, vel insitum ponemus: et insitionem[a] prope infra terram nutriemus. deinde sicut adolescit, terram subinde colligimus. Ita commissura in profundo latente, quisquis vrit aut caedit, oliuae locum non aufert[b] pullulandi: quae et apertam redeundi felicitatem de[c] olea, et occultam valendi fera-
3 citatem de oleastri connexione retinebit. Aliqui oleas in radicibus inserunt, et vbi comprehenderint, cum aliqua parte radicis auellunt, et transferunt more plantarum. Graeci oleas ab[d] octauo Calendas[e] Apriles die vsque in tertium Nonas[f] Iulias inseri debere praecipiunt: ita vt[g] locis frigidis serius, calidis maturius inserantur[h]. Locis frigidissimis nunc vinearum fossio ante Idus peragenda est, et siqua[i] de Martio mense restabunt[k], vites
4 quoque inserimus[l]. Seminaria[m] quae sunt ante facta, herbis

l. *seruis* P. *vbi saepius seueris, riga* E.
m. *fructificare* Lugd. E. Vinc. *fruitificare* Br.
n. *truncato* Br.

Tit. II. a. *insitione* E.
b. *auferet* E. *auferet vim pull.* Vinc.
c. *de olea — ferac.* om. Lugd. *felicitatem* Vinc.
d. *a nono* P.
e. Vulgo *Calendarum Iuliarum.* Sed *Kalendas* Iens. *Calendas Apriles* B. R. Br.
f. Ita Lugd. Br. et Vinc. pro *Nonarum Iulii.*
g. *in* add. I. B. R. Br.
h. *inseratur* Lugd. E.
i. *si quae* Vinc.
k. *restant* P. *restabunt* Br. E. et Vinc. Vulgo *restabunt. Vites quoque.*
l. *inseremus* Br. Vinc. alibi *sunt inserendae.*
m. *Seminaria* om. P.

herbis liberentur, et leniter circumfodiantur. Nunc locis mediocriter siccis milium[n] seritur[o] et panicum. Hoc mense pingues campi et[p] agri, qui diu aquam tenent, proscindantur post Idus, cum et[q] omnes herbae protulerunt[r], et earum[s] semina nondum maturitate firmata sunt.

III. Hoc etiam mense, vltimo et prope vere transacto[a] brassicam serere possumus, quae cauli seruiet, quia[b] cymae[c] tempus amisit. Nunc apium[d] bene seritur locis calidis et frigidis, terra quali voluteris, dummodo ibi[e] sit humor assiduus; quamuis nasci, si necesse fuerit, et in siccitate non deneget, et prope omnibus mensibus a primo vere [vsque[f]] ad autumnum seratur extremum. Ex[g] ipsius genere est hipposelinon, durius tamen et austerius, et helioselinon[h] molli folio et caule tenero, quod nascitur in lacunis: et petroselinon maxime locis asperis. haec omnia genera[k] possunt habere diligentes. Apios[l] maiores facies, si semen quantum tribus digitis comprehendi potest, linteolo clauseris rariore, et breui fossa obrueris. ita omnium seminum germen capitis vnius soliditate nectetur. Crispi fiunt, si semina ante tundantur, vel si super areas nascentes[m] aliqua pondera volutentur, aut pedibus proculcentur[n] enata.

n. *multum milium* I. B. Br. R.
o. *seremus* E.
p. *et* om. Cr. II. 19. *quamdiu* Vinc. Duac. VI. *proscindantur* Br.
q. *et* om. Cr. *peterimus Iulio vel cæteris* Br.
r. Ita Lugd. et Vinc. Vulgo *protulerint.*
s. *earum* Cr. recte Louan. qui demceps *maturate.*
Tit. III. a. *exacto* P.
b. *quia — amisit* om. P.
c. *quimae* Lugd. I. B. Br. R.
d. *duplius* P. *Tunc apium* Leid. *bene seritur* E.
e. *vbi humor aqueus est* Lugd. *vbi humor assiduus est* E. *humor vbi ass. est* Br.
f. *vsque* om. Lugd. I. B. Br. R. Vinc.
g. *in* Lugd.
h. *leoselinon* Pol. *helioselinon* I. I-G. *oleoselinon maxime* reliquis omissis Lugd. *olosel.* Vinc. alibi *eloselin.*
i. *calide* P.
k. *possunt semina diligenter habere* P.
l. *Apios — nectetur* def. P.
m. *acentes* Lugd.
n. *conculcentur* Erf. *voluntantur* Vinc.

enata. Apii semina[o] vetustiora citius nascuntur; quae
3 nouella sunt, serius. Hoc[p] mense atriplicem seremus,
si rigare poterimus, et Iulio, et[q] caeteris vsque ad au-
tumnum mensibus. amat assiduo humore satiari. semen
statim cum spargitur obruendum est, herbae ei subinde
vellantur. transferri necessarium non est, cum bene se-
ritur; tamen potest melius adolescere[r], si spatio rariore
pangatur, et iuuetur succo laetaminis et humoris. ferro
tamen recidendum[s] semper est, quia ita pullulare non
4 cessat. Nunc ocimum seritur: cito nasci dicitur, si sta-
tim cum seueris, aqua calida perfundas. Rem miram
de ocimo Martialis affirmat, quod modo purpureos
modo albos flores modo roseos[t] pariat, et si ex eo[u]
semine frequenter seratur, modo in serpyllum modo in
5 sisymbrium mutetur. Hoc etiam mense melones et cu-
cumeres seruntur et porrus, et in primordio capparis[x]
et serpyllum et colocasiae[y] plantaria ponemus, et lactu-
cas, et betas et cepullas[z] et coriandrum seremus, et in-
tyba secunda satione, quibus vtamur aestate, et cucur-
bitas, et[a] mentam radice vel[b] planta.

IV. Locis calidis Aprili mense ziziphum[a] conse-
remus[b], frigidis vero Maio vel Iunio. amat loca cali-
da[c], aprica. seritur ossibus et stipite et planta, crescit
tardissime[d]. Sed si plantam ponas[e], Martio magis
[in]

o. *Alii semina* E.
p. *Hoc — cessat* om. P.
q. *vel* Vinc. *si poterit irrigari* Cr.
r. *et non desiderat transplantari et a quibusdam seritur mense Decembri, in terra bene culta et stercorata, et melius prouenit, si rare fuerit seminata. Potest autem seri per se in suis areis simul cum aliis herbis, et semper amputandus est ferro, quia pullulare non cessat.* Cr.
s. *semper est recidendus* Lugd. E. Vinc. *ferro quoque. rescindendum — seueris* Br.
t. *russeos* Lugd. et Vinc. *afferat* Cr. *modo roseos* om. Vinc.
v. *eodem* Lugd. *serpillum — sisibrium* Cr. antiqua mea. *Sisymbrium* Basil.
x. *caparis* Vinc. *in* ante *primordio* om. Br.
y. *colocasii* Vinc.
z. *cepulas* Vinc. Br.
a. *et — planta* om. Lugd.
b. *et* Vinc.
Tit. IV. a. *ziziphum* I. B. Br. R. Lugd. *ziziphum* Pal.
b. *seremus* P. *ziziphum — conserenda* Vinc.
c. *frigida* Erf.
d. *amarissime* E.
e. *ponas* E. Vinc. Vulgo *ponis*.

[in [f]] terra molli, si ossibus seras[g], in scrobe palmari, ita vt terna grana per scrobem cacuminibus ponantur inuersis. quibus in imo et[h] in summo affundatur[i] laetamen et cinis, et herbis adnascentibus manu planta liberetur erumpens. Cum pollicis soliditati similis fuerit, 2 transferatur in locum pastinatum vel in scrobem. Terram diligit non nimis[k] laetam, sed proximam tenui atque ieiunae. Per hiemem prodest illi, vt circa codicem lapidum cumulus aggeretur[l], qui aestate debet auferri. Si arbor haec tristis est, ferrea strigili subrasa 3 hilarior fiet, vel si fimum bubulum radicibus modice et frequenter affundas. Zizipha collecta matura in longo[m] vase fictili seruantur oblito, et loco sicciore composito: vel recenter[n] lecta poma, si guttis vini veteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. seruantur etiam decisa cum ramis suis, aut fronde sua inuoluta atque suspensa.

V. Hoc etiam mense locis temperatis mala granata ponuntur, ea ratione qua dictum est, et inseruntur. Nam[a] circa Calendas Maias Persicus inoculari potest, quo more emplastratur[b] ficus, sicut diximus, cum de insitione loqueremur. Hoc mense calidis locis citri arbor inseritur, sicut supra memoraui. Nunc locis frigidis fici[c] plantaria disponemus, seruantes eam, quae supra dicta est, disciplinam. Nunc etiam ficum debe- 2 mus inserere in ligno vel sub cortice, sicut ante praecepi, et eam locis siccis inoculare. Nunc planta palmarum, quam[d] cephalonem vocamus, locis apricis et

f. *in* omis. Erf. Vinc.
g. *ponas* Lugd. Pal.
h. *et in summo* om. Lugd.
i. *affundantur* E.
k. *minus* I. B. R. Br.
l. *aggeratur* I. B. Br. R. Lugd. *aggregetur* Pal. Vinc. *adgeratur* Leid. deinceps *ferro astrigili* Leid.
m. *loco* Pal.
n. *recens* Br. Lugd. Erf. *recentia* Vinc.

Tit. V. a. *nunc* Lugd. E. recte.
b. *inplastr.* Lugd. Iens. Br. E.
c. *ficus* Erf. deinde pro *ficum.* Br. *ficus.*
d. *quae cefal.* Lugd.

calidis est ponenda. Hoc mense sorbum poterimus inserere in se, in[e] cydonio, in spina alba.

VI. Tot violae vncias [infundas[a],] quot olei libras miseris, et diebus XL sub dio[b] habere debebis. Violae purgatae, vt de rore nihil habeant[c], libras quinque vini veteris X sextariis debebis infundere, est post XXX dies X mellis ponderibus temperare.

VII. Hoc mense vituli nasci solent, quorum matres abundantia pabuli inuentur, vt sufficere possint tributo laboris et lactis. ipsis autem vitulis tostum[a] molitumque[b] milium cum lacte misceatur saliuari[c] more praebendum. Nunc locis calidis tondeantur oues, et serotini foetus hoc mense signentur. Nunc etiam prima est admissura, quae[d] excellit, arietum, vt agnos iam maturos hibernum tempus inueniat.

VIII. Hoc mense locis apricis[a] apes quaeremus. sed loca mellifica[b] indicant apes, si circa fontes frequentissimae[c] pascantur: nam si rariores videbuntur, in his locis mellificari vtiliter non potest[d]. Quod si frequentes aquantur, vbi sint examina earum, hoc genere possumus inuenire. Ac primo quam longe aut prope[e] sint, exploremus[f]. rubricam liquidam[g] breui vasculo infusam geramus, et obseruemus fontes aut aquas vicinas: tunc dorsa apum bibentium tangamus[h] illo liquore tincta

e. et I. I. G.

Tit. VI. a. *infundas* omitt. P. Lugd. E.

b. *dino* Lugd.

c. *habent* Lugd.

Tit. VII. a. *tritum* P.

b. *que* deest I. B. Br. R.

c. *salin.* — *praebendum* omitt. P. *saluiati* a. Vict. *salinati* Vinc. sed alibi *ferraci*. *salinatim ori* Lugd. *saluiatum ore* Erf. deinde *tondantur* Br.

d. *quae excellit* om. P. et Cresc. Paulo antea *etiam* om. Br.

Tit. VIII. a. *aptis* Pol. Lugd. Cr. Lou. Vinc. bis. *apertis* Cr. Bas. et antiqu. meus.

b. *mellifua* Vinc.

c. Ita Erf. Vinc. et Br. vulgo *frequentissime*.

d. *poterunt* Pol. *non possunt* E.

e. *aut prope* add. Pol. et Cresc. edd. tres.

f. quae vulgo sequuntur: *aut proxime* om. P. Cr. edd. tres. *ac proxime* Vinc.

g. *vel quid aliud tingens* Cresc. addit.

h. *tangantur* P. Cr. edd. tres. *tangat* Lugd. E. Vinc.

cta festucula[i], atque ibidem moremur. Si cito reuersae fuerint, quas tinximus, hospitia earum proxima esse noscemus[k]: si tarde, spatio longiore subnota, quod pro mora temporis aestimamus[l], ad proxima facile venies; ad longinqua hoc genere perduceris[m]. Cannae 3
vnum internodium cum suis recides[n] articulis, et in[o] latere aperies. ibi[p] mel exiguum vel[q] defrutum mittes, et iuxta fontem pones. cum ad eum[r] conuenerint apes, atque ingressae fuerint post[s] odorem, foramen pollice claudes apposito[t], et vnam tantum patieris[v] exire, cuius fugam persequere. ea tibi partem demonstrabit[x] hospitii. cum ipsam[y] coeperis non videre, alteram continuo dimittes[z], et sequeris. ita singulae subinde dimissae te facient[a] vsque ad locum examinis peruenire. Aliqui 4
mellis breuissimum[b] circa aquam[c] vasculum[d] ponunt, de quo cum apis aquando[e] gustauerit, ad commune pabulum pergens alias exhibebit: quarum frequentiam[f] subinde crescentem, notata reuolantium parte, vsque ad examina persequeris[g]. Quod si est examen in spe- 5
lunca reconditum fumo[h] eiicietur, et cum exierit, aeris sonitu territum in frutice vel in aliqua siluae se parte suspendet, et ita adinoto vasculo recipietur. Si vero in cauae arboris ramo fuerit, acutissima serra idem ramus supra infraque decisus et munda[i] veste coopertus

i. *restiçula* Vinc. *fistula* E. *festuca* Cr.
k. *cognoscimus* Cresc. *notemus* Vinc. antea *tixerimus* Cr. Lou.
l. *tarde* — *existimamus* Cr. *subnota*, *pro mora* omisso *quod* Lou.
m. *producimus* Cr. recte Lou.
n. *recidas* Cr. *recisis* Erf. Vulgo *recidas*. *recidis* Br.
o. *in* om. Cr. habet Lou.
p. *vbi* Cr. recte Lou.
q. *vel def.* om. P. Cr. *defritum* Lugd. *defructu* Erf. *mittis* Br.
r. *id perv.* P. Cr.
s. *prius* Vinc.
t. om. E. *composito* Cr. recte Lou.
v. *patiaris* Cr.
x. Ita Cr. et Vinc. Vulgo *demonstat*. Erf. etiam *monstrabit*.
y. *eam* Cresc.
z. *emittes* Cr. *dimittis* Br. *statim dim. et sequaris* Cr. Lou.
a. *faciunt* Lugd. Erf. Br.
b. *mel circa* Cr. Basil.
c. *aquas* Cr. Vinc.
d. *in vasculo* Cr.
e. *aquam deg.* ante Vict. E. Cr. *aquanda* P. Lugd. Vinc. *opes* — *degustauerint* Cr.
f. *frequentia* — *te notata volant* Cr.
g. *prosequaris* Vinc.
h. *fimo* Lugd.
i. *nuda* Vinc.

6 poterit afferri et inter aluearia collocari[k]. Vestigantur autem[l] mane, vt tota[m] dies sufficiat ad sequendum[n]. nam vespere peracto opere ad aquam[o] plerumque non redeunt. Vasa autem, quibus[p] recipiuntur, perfricanda sunt citragine[q], vel herbis suauibus, et conspergenda[r] imbre mellis exigui: quod si verno fiat, et circa fontes aluearia sic tincta ponantur, locis quibus apum frequentia est, multitudinem sibi sponte conducent, si
7 tamen seruari a furibus possunt[s]. Hoc etiam mense, sicut supra, purganda sunt aluearia sordibus, et necandi[t] papiliones, qui maxime abundant florentibus malvis, quos hoc genere intercipiemus. Vas aeneum miliario[v] simile, id est altum et angustum, vespere inter aluearia collocemus, et in fundo eius ponamus lumen accensum. illuc papiliones conuenient[x], et circa lumen volitabunt, et angustia vasculi ab igne proximo interire cogentur.

IX. Huius mensis horae, horis mensis Septembris aequantur[a] hoc genere.

Hora	I	et	XI	pedes	XXIV
Hora	II	et	X	pedes	XIIII
Hora	III	et	IX	pedes	X
Hora	IV	et	IIX	pedes	VII
Hora	V	et	VII	pedes	V
Hora	VI			pedes	IIII

k. *locari* P.
l. *autem* om. P.
m. *toto die* Lugd. *tota die* Vinc.
n. *querendum* P.
o. *aquas* Erf. et Vinc.
p. *cum quibus* P.
q. Vulgatum *citreagine vel* om. P. *citragine* dedi ex Vinc. *citriagine* Erf.
r. *spargenda exiguo melle* P.
s. *possint* Vinc.
t. *vetandi* Vinc.
v. *uiliario simile id est* om. P, et Cr. edd. tres. *vasculum altum aeneum et ang.* Cr.
x. *conueniunt* Cr. recte Lomandeinceps *igni* Lugd.
Tit. IX. a. *concordant* Pol.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS.

TIT. I.

Maio[a] mense locis frigidis et humectis panicum seremus et milium[b], more quo dixi. Nunc omnia prope, quae sata sunt, florent, neque tangi a cultore debebunt. (Florent autem sic:) frumenta et ordeum et quae sunt seminis singularis[c], octo diebus florebunt, et deinde[d] per[e] dies XL grandescent flore deposito vsque ad[f] maturitatis euentum. quae vero duplicis seminis sunt, sicut faba, pisum caeteraque legumina, XL diebus florent simulque grandescunt. Hoc mense in locis 2 siccis, calidis siue maritimis foena recidantur[g], prius tamen quam exarescant. Quod si pluuiis infusa fuerint, conuerti ante non debent quam pars eorum summa siccata[h] sit.

II. Nunc consideremus nouella[a] vitis quae protulit sarmenta, et ei pauca et solida relinquamus[b], et admini-

VARIETAS LECTIONIS.

Palladii Lib. VI. *sive Maius.* Tit. I. a. *Maio mense* Lugd. I. B. Br. R. E.

b. *nullum* sphalma quarund. notarum Morg. I. 88.

c. *singuli* Lugd.

d. *dein* Lugd.

e. *XL diebus* P. Cr.

f. *ad* om. Lugd.

g. *recidantur* E. rectius.

h. *siccetur* P. *siccata est* Lugd. I. B. Br. R. *sicca sit* E.

Tit. II. a. *nouella vitis* E. Vinc. Vulgo *nouellae vitis sarm. q. pr.* Cr. *consideranda sunt sarm. quae nouella vel vetus vitis pr.*

b. *et in nouellis* add. Cr.

miniculis firmemus, donec pulchre prolata[c] duoscant. non[d] autem amplius resectae et pullulanti viticulae, quam duae[e] vel tres materiae relinquantur, et alligentur propter iniuriam venti[f]. Ideo[g] autem tres materias dixi debere dimitti, ne dissipantibus ventis nulla remaneat, si in primordio reliqueris[h] pauciores. Hoc mense pampinari conueniet. sed tunc[i] est opportuna[k] pampinatio, cum teneri rami[l] digitis stringentibus crepabunt sine difficultate carpentis. haec res vuas efficit pinguiores[m], et maturitati[n] consulit solis admissu[o].

III. Nunc quoque pingues[a] agri et herbosi proscindantur. sed si agros incultos volueris aperire, considerabis, siccus[b] an humidus sit ager, siluis aut gramine[c], frutetis vestitus aut silice[d]. Si humidus erit[f], fossarum ductibus ex omni parte siccetur. sed apertae[g] fossae notae sunt, caecae[h] vero hoc genere fiunt. Imprimuntur sulci per agrum transuersi[i] altitudine pedum ternum[k]: postea usque ad mediietatem lapidibus minutis[l] replentur aut glarea, et super[m] terra[n], quam egesseramus[o], aequatur. Sed fossarum capita vnam patentem fossam

c. *firmata* Cresc.
d. *ne ampl.* Cr.
e. *duas vel tres materias relinquamus* Cr.
f. *vehementi* Cr.
g. *Ideo — remaneat* om. Cr.
h. *relinquas* Cr.
i. *tum* Cr.
k. *optima* I. B. R. Br. *necessaria* Cr.
l. *rami* om. P.
m. *grandiores* Barth. deinceps Cresc. addit: *successuram materiam corroborat et fructum vtilati consulit.*
n. *maturationi* Barth.
o. *sole admisso* Cr. Basil.

Tit. III. a. *gelidus* Vinc. sed alibi recte.
b. *an sit humidus ager an siccus* Cr. II. 19.
c. *germine silice vel frutecis* Cr. *vbi* Basil. *fruticis.* contra *frutectis* Lugd. Vinc. bis. Cr. Lou.
e. *tectus aut salice* Vinc.
f. *et si quidem est humidus* Vinc. Duac.
g. *quidem* add. Vinc. Duac.
h. *caeteae* Lugd. *caeteae hoc gen.* Cr. Bas. *caeteri non hoc genere* Cresc. antiqua mea et pr. *caeterae vero hoc genere* Lou. *occultae autem* Vinc. Duac.
i. *ex transuersi* Cr.
k. *trium* Erf. Cr. Vinc. bis. sed idem *terquerum* alibi.
l. *minutis* om. Pol. et Cr. *replentur* omitt. Leid.
m. *ac desuper* Vinc. *et desuper* Cr.
n. *terram* Lugd. Erf.
o. *q. eg.* om. Cresc. *quae fuerat egesta aequantur* Vinc. Duac. *aequetur* Leid.

fossam petunt, ad quam declives decurrant[p]: ita et humor deducetur, et agri spatia non peribunt. Si[q] defuerint lapides, sarmentis vel stramine[r] subiecto[s] cooperiantur vel quibuscunque virgultis. Sed[t] si nemorosus est[v], extirpatis aut raro[x] relictis arboribus excolatur[y]. Si lapidosus, per macerias[z] saxorum turba[a] collecta et purgari poterit, et inde[b] muniri[c]. Lineas et[d] gramen et filices frequenti aratione vincentur[e], sed filicem, si saepe fabam conseras vel lupinos, et si[f] subinde nascentem mucrone falcis incidas[g], intra exiguum tempus absumes.

IV. Hoc mense arbores et vites, quae ablaqueatae fuerant, occare[a], hoc est, operire iam[b] conuenit. Nunc ad[c] rudem faciendam silua caedatur, quando omni fronde vestita est. Caedendi autem hic modus est, vt optimus operarius in alta silua modii spatium, mediocris vero tertia minus possit abscindere[d]. Nunc[2] et seminaria fodiuntur assidue, et locis praegelidis[e] et pluuiosis oleae putantur, et eis muscus abraditur. Ac[f] siquis lupinum stercorandi agri causa seminauit[g], arato illum[h] nunc debebit[i] euertere.

p. *recurrant* Lugd. Erf. Cr. Vinc. bis. tamen ubi *currant*.
q. *Sed* Cr. antiqua nica.
r. *stramentis* Vinc.
s. *superiecto oper.* P. E. *stramine cooperiuntur* om. *subiecto* Cresc. recte Lou.
t. *Sed* om. Cr.
v. *ager* add. Vinc.
x. *rare* Cr.
y. *recolatur* P. *colatur* Cr.
z. *per multas partes saxorum turba collecta purgari p.* Cr.
a. Ita L. B. R. Br. Lugd. Barth. Cr. Vinc. bis. Vulgo *a turba collectas*.
b. *inde* om. Pol. et Cresc. *idem* I. B. R.
c. *nitriri vel muniri* Cr. *minui* Vinc. Duac.
d. *et* om. Cr.
e. *vincuntur* Cr. et Vinc. Duac.
f. *si* om. Vinc. Cr. habet Lou.
g. *recidas* Cr. deinde *inter* habet, ita Vinc. Duac.

Tit. IV. a. *cecare* Vinc.
b. *nos* P.
c. *Nunc caedendam esse materiam quando omni fronde silua bestia est* Pol. Cresc. XII. 4. *Item hoc mense ut dicit Palladius materia caedenda est cum sylua est omni fronde vestita.*
d. Vulgo *abstidere*.
e. *pergelidis* I. B. R. Br. Lugd.
f. *Ac si* Lugd. Cr. XII. 5.
g. Ita Erf. et Cr. pro *seminabit*.
h. *illum* om. P. *illum euertendo condet* Vinc. *Arotro illum* om. Cr.
i. *debet* Erf.

V. Hortorum[a] spatia, quae per[b] autumnum seminibus impenda destinantur[c], aut plantis, nunc convenit pastinare[d]. Hoc mense apium bene[e] seritur, sicut iam ante dictum est, vel coriandrum, et meloues, et cucurbitae, carduus, et radices, et suta pangentur[f]. Porri quoque planta transfertur, vt rigationibus[g] animetur.

VI. Locis calidis nunc mala Punica florere incipiunt. Ramus ergo cum flore (sicut Martialis dicit) si obruto circa arborem fictili vase claudatur, et ne resiliat, ligetur ad palum, pro vasculi magnitudine pomum reddit autumno. Hoc etiam mense locis calidis emplastrari[a] Persicus potest. Locis frigidis nunc citri arbor inseritur, et[b] ea, quae dicta est, disciplina servetur. Nunc frigidis locis ziziphum conseremus[c], et ficum inserimus[d]. Hoc etiam mense palmae planta disponitur.

VII. Nunc castrandi sunt vituli, sicut Mago dicit, tenera aetate, vt fissa ferula testiculi comprimantur, et paulatim contracti resoluantur. Sed hoc luna decrescente verno vel autumno fieri debere praecipit. Alii ligato ad machinam vitulo, duabus angustis regulis stanneis[b] sicut forcipibus ipsos neruos apprehendunt, qui Graece κρεμαστῆρες dicuntur. His comprehensis tentos testiculos ferro resecant, et ita recidunt, vt aliquid de his capitibus neruorum[c] suorum dimittatur haerere.

Tit. V. a. *agrarum* Cr. XII. 5.
b. *per* om. Barth.
c. *destinata sunt* P. *destinant* Cr. *et plantes* Leid.
d. *pastinati* Cr. Vinc. *conuenit* Cr.
e. *bene* om. P.
f. *pangeur* Cr.
g. *irrigation.* Cr.

Tit. VI. a. *inplastr.* Lugd. Br.
b. *vt ea* E. Br.
c. *conseretur et ficus: inseritur* P. *et fic. inf.* om. Lugd. *et ficum, vel inseremus* E. *et ficum, vel inserimus* Br.
d. *inseritur* I. B. R. Br.

Tit. VII. a. *confringantur. Sed* P. *confractu* H. A. Gr. G. deinde *praecepi* Br.
b. *stanneis* ex Vinc. dedi pro *stagneis.*
c. *nerorum permittatur* P. postea *subdito robore* Leid.

rere. quae res et sanguinis nimietatem prohibet, et non omnino iuuencos subducto robore virilitatis effoeminat. Nec[d] admittendum est, quod plerique faciunt, vt statim castratos coire compellant[e]. nam certum[f] est ab eis generari, sed ipsos fluxu sanguinis interire. Vulnera vero castraturae[g] cinere sarmentorum[h] et spuma linentur[i] argenti. Castratus[k] abstineatur a potu, et cibis 3 pascatur exiguis[l], et sequenti triduo praebeantur ei tenerae arborum summitates, et frutecta mollia, et herbae viridis[m] coma dulciore[n] sagina roris aut fluminis. Pice etiam liquida misto[o] cinere et modico oleo post triduum vulnera diligenter vnguenda sunt. Sed melius genus castrationis sequens vsus inuenit. Alligato enim 4 iuuenco[p] atque[q] deiecto, testiculi[r] stricta pelle claudunt-tur, atque[s] ibi lignea regula premente decidunitur ignitis securibus vel[t] dolabris, vel, quod est melius, formato ad hoc ferramento, vt gladii similitudinem teneat. Ita enim circa ipsam regulam ferri acies ardentis[v] imprimitur, vnoque ictu et[x] moram doloris beneficio celeritatis absumit[y], et vltis venis ac pellibus[z] fluxu sanguinis (strictis[a], plagam) cicatrix quodammodo cum ipso vulnere nata defendit[b].

VIII.

d. *Non enim* Pol. *dimittendum* Vinc.

e. *faciant* P.

f. *quidem* addit Vinc. bis.

g. *castratorum* Vinc. bis et Cr.

h. *sarmentii* Cr.

i. *liniuntur* Cr. Bas. antiqua mea *et liniuntur*.

k. *autem* addit Erf.

l. *exiguis* Cr. Basil. *ac sequenti* Erf. Br.

m. *virides*, *comale dulciores sagimatoriae aut fluuiales* Vinc. XVIII. 9. 7.

n. *dulciore* — *fluuinis* om. P. et Cr. edd. tres. *dulciora* Br. A. Iunt. G. Leid. deinde *praecepi* Br. *herbae viriles coma dulciore sagimatoris* Barth. *a sagina* Lugd. *frutecta* Br.

o. *mixta* Lugd.

p. *vitulo* P. et Cr. edd. tres.

q. *ac* Cr.

r. *testiculo scissa* Cr.

s. *atque* — *decidunitur* om. P. et Cr. edd. tres.

t. *aut* Cr.

v. *aandentis* Vinc. bis. *ardentis* om. Cr.

x. *et* om. Cr. *sic* Vinc.

y. *assumit* P. Cr. edd. tres. E.

z. *a* om. Vinc.

a. *strictis*, *plagam* om. P. et Cr. edd. tres. Igitur inclusi.

b. *defendiunt* Cr.

VIII. Locis temperatis nunc ouium celebranda tonsura est. Sed tonsas oues[a] hoc vnguine medicemur[b]. Succum decocti lupini, feces vini veteris, et[c] amurcam pari mensura miscebis, et in vnum corpus omnia redacta curabis adlinire[d]. Post triduum deinde, si mare vicinum est, litori mergantur[e] extremo: si in mediis terris pascimus, aqua caelestis[f] cum sale paululum decocta sub dio[g] debebit pecorum[h] tonsa et vncta membra diluere[i]. Hoc enim modo curatum pecus toto anno nec scabrum fieri dicitur, et prolixas lanas creare fertur, ac molles.

IX. Hoc mense caseum coagulabimus[a] sincero lacte coagulis[b] vel agni vel haedi, vel[c] pellicula, quae solet pullorum ventribus[d] adhaerere, vel agrestis cardui[e] floribus, vel lacte ficulneo[f], cui serum debet omne deduci, vt et[g] ponderibus vrgeatur. Vbi solidari coeperit, loco opaco ponatur aut frigido, et pressus subinde adiectis pro acquisita[h] soliditate ponderibus, trito[i] ac torrefacto sale debet aspergi, et iam durior vehementius premi[k]. Post aliquot dies[l] solidatae iam formulae per crates

Tit. VIII. a. *oues* omitt. Pol. b. *medicemur* P. Lugd. Erf. Vinc. Idem alibi *medicari oportet*. Vulgo erat *medicemus hoc modo inuabis* Cr. deinceps *succum decocti* Cr. Lou. c. *et* — *miscebis* omitt. Lugd. P. *eisque amurcam miscebis, quibus in v. c. redactis tonsas oues linire curabis* Cresc. d. *adlincre* Lugd. Vinc. sequens *deinde* omitt. Cr. e. *immergantur* Vinc. f. *coelesti* Pol. Vinc. Cr. Louan. Paulo antea *pascimur* Leid. g. *dio* L. B. R. Lugd. Erf. Cr. h. *ouium tonsor vncta* P. *ouium tonsarum et vncta* Cresc. editiones duae. Nam Louan. facit cum P. libro, teste Gesnero; verum equidem in Lou. reperio: *ouium tonsorum et vncta membra diluere*. i. *deluere* Vinc. deinceps *curatur* Br. *si curatur* Cresc. Basil. *curatum* Lou. omittunt reliquae edd.

Tit. IX. a. Cresc. IX. 72. *coagulamus*. b. *quagelis* Lugd. *quagulis* Erf. sequens *vel* om. Cr. c. *vel licula* Lugd. *ad pellicula* Cr. recte Lou. d. *ventrinulis* Vinc. *solent* Cresc. antiqua mea Editio. e. Eadem Cresc. editio *cardium*. f. *ficulna* L. B. R. Lugd. Br. g. *ex* Cr. *et p. vrgeantur* Lou. h. Pro vulgato *acquirenda* habet *acquisita* Lugd. *acquisita* L. B. R. Br. Erf. Cr. *adquisitate* Vinc. bis. i. *tosto* Barth. *et torref.* Cr. k. *premi potest* Cr. l. *aliquos* Erf. Cr. Br. *aliquot* Lou. Cr. *iam statim* Br. *soliditate* Leid. Asc. postea *teneritatem* Cr. Lou.

crates ita statuantur, ne inuicem se vnaquaeque contingat. Sit autem loco clauso et a ventis remoto, vt teneritudinem seruet atque pinguedinem. Vitia casei sunt, si aut siccus[m] sit aut fistulosus: quod eueniet[n], aut si parum premature[o], aut sales[p] nimios accipiat, aut calore solis vratur[q]. In[r] recenti caseo conficiendo aliqui nucleos virides pineos terunt, atque ita misto lacte gelant[s]. Aliqui thymum[t] tritum et[v] frequenter colatum congelant. Qualemcunque[x] etiam saporem velis efficere poteris, adiecto, quod elegeris, condimento[y] seu piperis seu[z] cuiuscunque pigmenti.

X. Hoc mense incipiunt augeri examina, et in extremis fauorum partibus maiores creantur apiculae, quas aliqui reges putant; sed Graeci eos οἴστρους[a] appellant[b], et necari iubent, quia requiem concutiunt quiescentis[c] examinis. Nunc papiliones abundant, quos necemus, more quo dixi.

XI. Nunc circa extremum mensem pauimenta in solariis fiunt[a]: quae in frigidis regionibus et[b] vbi pruinae sunt, glacie suspenduntur et pereunt. Sed si hoc placuerit, sterneimus duplices ordines tabularum transversos atque directos, et paleam vel filicem[c] substerne-

mus,

m. *siccus aut fistulosus est* Pol. et Crescentii Editiones tres.

n. *euenit si aut* Erf. Cr. *eueniet* Lou. *si aut* Vinc. *si aut non satis pr.* Leid.

o. *premantur* antiqua mea Ed. Cr.

p. Ita etiam Lugd. et Barth. *sales inimicos* H. G. Gr. *nimium satis* Cr. sed ex Lou. edit. *sal nimium* laudat Gesner. in mea Lou. est *sed nimium salem*.

q. *aduratur* Erf. *vratur* Cr. recte Lou.

r. *Item* Cresc.

s. *congelant* Cr. edd. tres. *atque sic* eaedem.

t. *cyminum* Cresc. edd. tres. sed Lou. *thimum*.

v. *et* om. Cr. edd. duae.

x. *qualecunque* Cr. edd. tres. et *sapore* Lou. recte. deinceps *potes* Cr. Lou.

y. *condimentis* Cr. edd. duae.

z. *seu* omitt. eaedem Edd. Cr. excepta Lou. *condimenti* I. B. R. Br. *pigmenti* Lugd. et Cresc. edd. tres excepta Louan. *alterinsceanque pigm.* Erf. plane omittit *pigmenti* Pol.

Tit. X. a. *οἴστρους* I. B. Br. R. *costros* E. *cestros* Cr. Lou.

b. *vocant* P. Cr.

c. *si* inf. Barth.

Tit. XI. a. *mittunt* E.

b. *et pruinosis sic fiunt. Sternemus* Pol.

c. *filices substernemus et* P. vulgo *supra constituamus*.

mus[d], et (aequaliter) aequabimus saxo, quod manum
2 possit implere. Pedaneum super rudus inducimus, et assiduo vecte densamus: tunc, antequam rudus siccetur, bipedas, quae per omnia latera canaliculos habeant digitales, iungemus, ita vt calce viua ex oleo temperata, bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, impleantur, et earum coniunctione[e] rudus omne cooperiatur. Nam siccata omnis materia vnum corpus effi-
3 ciet, et nullum transmittet humorem. Postea sex digitorum testaceum superfundemus, et frequenter virgis verberabimus[f], ne rimis possit aperiri. tunc tessellas latiores vel tabellas qualescunque marmoreas aut paginas imprimemus, et hanc constructionem res nulla vitiabit.

XII. Hoc mense lateres faciendi sunt ex terra alba vel[a] creta vel rubrica. Nam qui aestate fiunt, celeritate feruoris in summa cute[b] siccantur, interius humore seruato: quae[c] res scissuris eos faciet[d] aperiri. Fiunt autem sic. terra creta[e] diligenter et omni asperitate purgata, mista cum paleis diu macerabitur[f], et intra[g] formam lateri similem deprimetur[h]. tunc[i] ad siccandum relicta subinde versabitur ad solis aspectum. sint vero [lateres[k]] longitudine pedum duorum, latitudine vnius, altitudine quatuor vnciarum.

XIII. *[De rosato.]* Quinque libras rosae pridie purgatae in vini veteris x sextarios[a] merges[b], et[c] post

xxx

d. *confit, aequaliter. Aequabimus* Lugd.
e. *coniectione* Lugd. et Codex laudatus a Meurs. ad Caro 18. 7.
f. *et frequenter verberemus* om. *virgis* E.

Tit. XII. a. *et creta* Vinc.
b. *crate* P. Lugd. Erf. Vinc. bis, vbi tamen editio Duacensis bis habet *creta*.
c. *quae videlicet res* Vinc. Duac. Idem paulo antea *in interioribus*.
d. *facit* Vinc. Duac.
e. *cribrata* Vinc.
f. *macerabitur* Vinc. Duac. *maturabitur* I. B. R. Br.
g. *iuxta* Vinc. Duac.
h. *reprimetur* I. B. Br. R. Erf. Vinc. (sed Vinc. Duac. *imprimetur* libro VI. Spec. Nat. *lateris similitudine repr.* Lugd.
i. *quidem* addit Vinc. Duac.
k. *lateres* om. Br.

Tit. XIII. *Ad rosetum faciendum in Maio* Vinc.
a. *sextariis* Lugd. Erf. Vinc.
b. *mergis* ante Vict. Erf. *merge* Vinc.
c. *et* om. I. B. Br. R. *ac* Vinc.

XXX dies X despumati mellis libras[d] adiicies[e], et veteris.

XIV. *[De oleo liliaceo.]* Per olei libras singulas dena lilia curabis infundere, et vas vitreum XL diebus locare sub dio.

XV. *[De oleo roseo.]* In olei libras singulas, rosae purgatae singulas vncias mittes[a], et VII diebus in sole suspendes[b] et luna.

XVI. *[De rhodomeli.]* In succi rosae sextariis singulis libras singulas mellis admisces[a], et diebus XL sub sole suspendis[b].

XVII. Rosas nondum patefactas[a] seruabis, si in canna viridi stante fissa[b] recludas, ita vt fissuram[c] coire patiaris: et eo tempore cannam recidas, quo rosas virides habere volueris. Aliqui olla rudi conditas ac bene munitas sub dio[d] obruunt, ac reseruant[e].

XVIII. In horarum mensuris Maius respondet Augusto.

Hora	I	et	XI	pedes	XXIII
Hora	II	et	X	pedes	XIII
Hora	III	et	IX	pedes	IX
Hora	IV	et	IIX	pedes	VI
Hora	V	et	VII	pedes	IV
Hora				pedes	III

d. *libras* omitt. E.
e. *adiice et vtere* Vinc.
Tit. XV. *Ad oleum autem rosem* Vinc.
a. *mittis* ante Vict. et Erf. *mitte ac septem diebus sole et luna suspende* Vinc. omisso *mellis*, quod nescio vnde additum a Gesnero omisi cum Br. Ald. Comuel.
b. *suspendis* I. B. R. Br. A. Iunt. G. Erf.
Tit. XVI. *Ad rhodomel vero conficiendum succi* Vinc. *Rodomelli* Br.
a. *admisce* Vinc.
b. *suspende* Vinc. Codex Pol. titulum hunc omisit.
Tit. XVII. a. *hoc modo* addit Cresc. VIII. 7.
b. *scissa* Cr.
c. *scissuram* Lugd. Erf. Cr. Vinc. bis.
d. *dio* Cresc. paulo antea *vda* Leid.
e. *et res.* Cresc. sed haec verba omisit Erf.

PALEA.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER SEPTIMVS.

TIT. I.

Iunio[a] mense area paranda[b] est ad trituram, cuius primo terra radatur: deinde effossa leuiter mistis paleis et amurca aequatur insulsa[c]. quae res a muribus et formicis frumenta defendit. tunc premenda est rotundo lapide, vel columnae[d] quocunque fragmento, cuius volutatio possit eius spatia solidare. dehinc sole siccetur. Aliqui mundatis areis aquam spargunt, et minuta[e] ibi pecora diu spatiari ac proculcare compellunt. et cum terra vngulis stricta[f] fuerit, spectant solidam siccitatem.

II. Nunc primo[a] ordei messis incipitur[b], quae consummanda[c] est antequam grana arefactis[d] spicis lapsa decurrant, quia nullis[e], sicut triticum, folliculis vestiun-

VARIETAS LECTIONIS.

Tit. I. a. *Hoc* I. B. R. Lugd. Vrs.
b. *praeparanda* Vinc. et Cresc. XII. 6.
c. *infusa* Vinc. XII. 43.
d. *columnae* om. Vinc. bis.
e. *inimica pecora* Vinc.
f. *fricta* Lugd.
Tit. II. a. *prima* Lugd.
b. *recipitur* P. Cresc. III. 16. et XII. 6. *inciditur* E. *inchoatur* Vinc.
c. *consumenda* Cresc. Vinc. bis. recte Lou.
d. *refractis* Lugd. Cr. *refractis — decurrentur* Vinc. sed alibi *decurrant*.
e. *illis velut* Cr. recte Lou. *nullis vt* Vinc.

siuntur. Quinque modios recidere potest plenis[f] agri opera vna messoris experti, mediocris vero tres, vltimi etiam minus. Sed ordei culmos iacere in agris aliquantulum[g] sinamus, quia fertur hoc moro grandescere[h]. Nunc etiam mense postremo locis maritimis et calidioribus ac siccis tritici messis absoluitur. Quam parata tam esse cognosces[i], si aequaliter spicarum populus maturato rubore flauescat[k]. Pars Galliarum planior hoc compendio vtitur ad metendum, et praeter[l] hominum labores, vnius bouis opera spatium totius messis absumit. fit itaque vehiculum, quod duabus rotis breuibus fertur. huius quadrata[m] superficies tabulis munitur[n], quae forinsecus reclines[o] in summo reddant[p] spatia largiora[q]. ab eius fronte carpenti breuior est altitudo tabularum. ibi[r] denticuli[s] plurimi ac rari ad spicarum mensuram constituuntur in ordinem[t], ad superiorem partem recurui[v]. A[x] tergo vero eiusdem vehiculi duo breuissimi temones figurantur[y], velut amites basternarum[z]. ibi[a] bos capite in vehiculum verso iugo aptatur et vinculis[b], mansuetus sane, qui non modum[c] compulsoris excedat. hic vbi vehiculum per messes coepit[d] impellere, omnis spica in carpentum denticulis compro-

f. *plenis* Lugd. Verba *Quinque — minus* om. Cr. Vinc.

g. *aliquantum* Lugd. Vinc. *aliquandiu* Cr.

h. *quia hoc modo grandescit et tritaretur vt triticum* Cr.

i. *cognoscis* Lugd. E. Cresc. qui deinde *flauescit*.

k. *et modus quidem metendi consuetus natus est* inf. Cr. vbi antiqua mea: *solitus*. voluit *solitus*.

l. *propter — assumit* Cr. *assumit* Lugd. E.

m. omitt. *quadrata* Cr.

n. *munitur* om. P. *minuitur* Cr.

o. *reclines* I. I. E. - St. Vinc. *declines* Cr.

p. *reddunt* Cr. Vinc.

q. *longiora* Vinc. et Cr. Lou.

r. *vt ibi* Cr.

s. *dentili* Lugd.

t. *ordine* Lugd. E. Cr. Vinc. sed Duac. Vinc. *ordinem*.

v. *de curru* Cr.

x. *At vero* P.

y. *canones figuntur* Cr. sed et Lou. *tem. figuntur* laudat Gesner. in mea Lou. est *temones figurantur*.

z. *velut am. b.* om. Cr. et Vinc. sed altero loco Vinc. *basternarum*.

a. *vbi* Cr.

b. *et bos mansuetus* Cr. omittit *sane*.

c. *non modo compulsoris* Cresc. recte Lou. *nondum* Vinc.

d. *coeperit* P. Cr. Vinc. *pellere* Cresc. editt. duae meae. *deinceps prensa* Cr. *excepta* Lou.

prehensa cumulatur, abruptis ac relictis[e] paleis; altitudinem vel humilitatem[f] plerumque bubulco moderante, qui sequitur. et ita per paucos[g] itus ac reditus breui horarum[h] spatio tota messis impletur. Hoc campestribus locis vel aequalibus vtile est, et iis[i], quibus necessaria palea non habetur.

III. Nunc frigidissimis locis, quae Maio sunt praetermissa faciemus[a]. agros aeque[b] proscindemus. herbosis et gelidis partibus[c] vineta occabimus[d]. colligemus viciam. foenum Graecum resecabimus ad pabulum. Hoc mense locis frigidis peragenda est leguminum messis: itaque lenticulam collectam, cineri mistam[e], bene seruabimus, vel vasis olearis aut salsamentariis repletis statimque gypsatis. Nunc et faba luna[f] minuente velletur, ante lucem sane[g]; et antequam luna procedat[h], excussa et refrigerata reponatur[i]. ita gurguliones[k] non patietur infestos[l]. Hoc mense lupinus colligitur, et si placuerit, statim seritur[m] ex area: sed longe ab humore est ponendus in horreis. sic enim diutissime custoditur, maxime si granaria eius afflauerit fumus assiduus.

IV. Hoc mense circa solstitium brassicam seremus, quam inchoante transferemus Augusto, vel irriguo loco, vel pluuia initiante madefacto. Apium quoque bene serere

e. *reliquis* Vinc.
f. *altitudine vel humilitate* Cresc. recte Lou. *plurimumque* Vinc.
g. *Sicque perpauco itu ac reditu* Vinc. Duac.
h. *temporis* Cr.
i. Pro *et iis quibus* Cr. habet *vbi*. Vinc. *et his quibus* cum Brusch.

Tit. III. a. *excoluntur. oportet fere tunc agros aeque proscindi herbosis ac pr. gel. vineta occari* Vinc. Duac. VI. 55.
b. *agrosque* Cr. XII. 6.
c. *locis* P. *herbosis locis ac frigidis* Cr.
d. *optabimus* Cr.
e. *vetus et dura si cineri misceatur, melius seruabitur* Cr. III. 13.
f. *luna* om. Cr. Basil.
g. *sane* om. Cr. habet Loum. *locum* Br.
h. *et* Interserit Cr.
i. *ponatur in horreo et sic* Cresc. sed ex altero loco Cresc. XII. 6. correxi *reponatur*. Ibi enim est *reponetur*. Vulgo *ponatur*.
k. *curcul.* I. B. R. Br. *aut nullo modo aut minus pat. inf.* Cr. III. 8.
l. *infestos* om. Vinc.
m. *seritur* I. B. R. *feretur* Lugd. *separetur* alii libri. *fertur* Cr. edd. tres. *feritur* Vinc. Vulgo *seretur*.

seseris poterimus, betae et[a] radices et lactuces et coriandrum, si[b] rigemus.

V. Hoc etiam mense ramus Punici (sicut supra diximus) poterit[a] intra fictile vasculum[b] claudi, vt ad eius magnitudinem poma restituat[c]. Nunc pira vel mala, vbi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quaecunque[d] vitiosa, vt succus qui ingrate his posset impendi, ad meliora vertatur. Hoc etiam mense locis frigidis ziziphum serere poterimus. Nunc caprificandae sunt arbores fici, sicut in eius narrauimus disciplina. aliqui eas et hoc mense inserunt. Locis frigidis Persicus inoculatur: palmae planta circumfoditur. Hoc mense vel[e] Iulio celebratur insitio in pomis[f], quae emplastratio dicitur. solis arboribus conuenit[g], quibus pinguis succus in cortice est, vt ficis et oleis ac similibus, vt Martialis dicit, et Persico. fit autem sic: ex nouellis 3
ramis et nitidis[h] ac feracibus gemmam[i], quae bene apparebit[k] sine dubio processura, duobus digitis quadratis circumsignabis[l] vt ipsa statuatur in medio, et ita subtiliter corticem leuabis acutissimo scalpro, ne gemma laedatur. item ex ea arbore, cui gestimus[m] inserere, similiter cum gemma tolletur emplastrum, nitido tamen atque vberi loco. Tunc ibi conuenienter astringitur[n], 4
et pressum circa gemmam vinculis[o] cogitur sine germi-

Tit. IV. a. *et rad. et lact.* om. Lugd.
b. *si rigemus* om. P.

Tit. V. a. *potest* Cr. XII.
b. *vas sicut diximus claudi* Pol. Lugd.
c. *reddat* Cr. XII.
d. *omnia* Cr. ibid.
e. *sicut in Iulio fit insitio quae dicitur* Cr. XII.
f. *ramis* Vinc. *hic autem modus mense Iunio fieri posse asseritur, licet ex ante et post modicum comprehendat, dummodo gemma conuniens habeatur* Cresc. II. 22. sed in libro XII. 6. *emplastratio in piris et malis et fraubus et oleis et caeterorum, quibus in cortice pinguis succus exiterit. implastratio* Br.
g. *conuenire* P.
h. *ramis incisis* Cr. II. 22.
i. *gemma* Cr.
k *apparet processua* Vinc.
l. *circumsignetur* Cr.
m. *gestimus* P. Cresc. editt. tres. Vulgo *velimus*.
n. *conuenienter impressum* Cresc. editt. tres.
o. *vinculo* Vinc.

ne laesione cohaereret, vt ea quae appositae[p] redditur, locum gemmae prioris includat. tunc[q] luto superlinis[r], et liberam gemmam relinques[s]. Ramos[t] superiores eius arboris secabis[v] ac stirpes[x]: et[y] ab vno et viginti diebus exactis resoluto[z] vimine vinculorum, reperies externi seminis geminam mire in arboris alienae membra transisse.

VI. Hoc etiam mense vituli recte (vt dictum est ante) castrantur. Nunc etiam caseum iure[a] conficimus, et oues in frigida regione tondemus.

VII. Hoc mense aluearia castrabuntur, quae matura esse ad mellis reditum[a] signis (quam[b]) pluribus instruemur. Primum[c] si plena sint, apum[d] subtile murmur audimus. nam vacuae sedes fauorum velut concaua aedificia voces, quas acceperint[e], in maius extollunt. quare cum murmuris sonus magnus et rauceus est, agnoscimus non esse idoneas ad metendum crates fauorum. item cum fucos, qui[g] sunt apes maiores, a sedibus suis, grandi intentione deturbant[h], matura[i] mella testantur. Castrabuntur autem aluearia matutinis horis, cum torpent apes, nec caloribus[k] aspe-

ran-

p. *apposita* Lugd. *apposite* Crese. *sic apposita* Vinc. bis.

q. *Tum* Lugd. *tamen* P.

r. *super linis* diuis. P. *super perlinis* I. B. R. *debet liniri* Vinc.

s. *relinquis* Cr.

t. *deinde* add. Cr.

v. *resecabis* Cr. *seca* Erf.

x. *ac stirpes* om. Cr.

y. *sicque* XXI. Vinc. alibi *at viginti vno diebus* habet. *Deinde vero viginti diebus extractis aut pluribus* Cr. *ac viginti vno* Br. Lugd. Erf.

z. *resolutis vinculis* Cr. edd. tres. Idem postea *transfixam* habet: sed Louan. ibi *transisse* habet I. B. R. Br. Erf. *transire* iant.

Tit. VI. a. *iure* om. B. et Cr. XII.

Tit. VII. a. *redditum* Cr. antiqua mea cum Pol. *redactum* I. B. R. Br. Lugd. E. et Vinc. bis.

b. *quam* om. Br. Lugd. Erf. Cr. Vinc. sed alibi Vinc. *signis praestitibus edocentur*. Vinc.

c. *quidem* add. Vinc.

d. *apum* om. Cr. habet Louan. idem *sint. persubtile* P.

e. *accipiunt* Cr. *acceperunt* Crese. Lou.

f. *in altum* Cr. Basil. sed antiqua mea *in manus*. recte Lou.

g. Ita haec collocat Cr. Vulgo *fucos a sed. suis, qui s. ap. m.*

h. *perturbant* Cr. omissis verbis *a sed. suis*.

i *iam matura* Cr. *iam* om. Lou. *mellantur* deinceps Lugd.

k. *laboribus* Lugd.

cantur[l]. Fumus admouetur[m] ex galbano et arida fauio bubulo, quem in pultario[n] factis carbonibus conuenit excitare[p]: quod vas ita figuratum sit, vt velut inuersi infundibuli[q] angusto ore fumum possit emittere. atque ita cedentibus apibus mella recidentur[r]. Ad examinis pabulum hoc tempore pars fauorum debet quinta dimitti[s]. sane putres, ac[t] vitiosi faui de aluearibus[v] auferantur. Nunc[x] mella conficimus congestis in mundissimum sabanum fauis ac diligenter expressis, sed[y] antequam premamus[z], partes[a] fauorum corruptas, vel pullos habentes recidemus: nam malo sapore mella[b] corrumpunt. Mel recens paucis diebus apertis[c] vasculis habendum est, atque in summitate purgandum, donec refrigerato calore[d] musti (more) deferueat. Nobilius[e] mel est, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit[f]. Hoc etiam mense ceram conficimus, quae in vase aeneo feruenti aqua pleno minute concisis fauorum reliquiis mollietur, et deinde[g] in aliis vasculis sine aqua resolute digeretur[h] in formas. Nunc[i] mense vltimo noua egrediuntur examina, custos esse debe-

l. *excitantur* P. Cr. edd. tres.

m. *admouetur* Cr. *ammouetur* Lou.

n. *pulmentario* P. Cr. edd. tres.

o. *fictis* Lugd. *ficcis* Cr. vnde Morgagni II. 15. efficiebat *sitis* cum antea malet I. 89. *dactis*. Sed legendum est *fictis*.

p. *excitari* Cr. recte Lou.

q. *infidibuli* P. *infudibuli* Par. Iunt. et Codd. Palat. *in fidubli* Lugd. *infundibili* Herv. Verba *velut inu. inf.* om. Cresc. *inuersum infibuli* Vinc.

r. *recidentur* Cresc. *rescindantur* Vinc.

s. *dimittitur* omisso *debet* P. Cr. editt. tres.

t. *aut* Cr.

v. *alueariibus* P. Lugd. Vinc.

x. Pro his Cr. *mel ex fauis sine apibus fitbee modo. ex fauis quinquam etc.*

y. *sed* om. E. Cr.

z. *premantur* Cr.

a. *tollantur si quae parte sunt corruptae ac pullos habentes, quia malo corrumpuntur* Cr. vbi antiqua mea: *si qui sunt ibi parte corrupta* Pol. *vel pull. hab.* omittit.

b. *malo* Vinc.

c. *in vasculis debet poni ipsum apertis potatis d. habeni* Cr.

d. *musti calore def.* Vinc. Lugd. E. Br. *musti refs. qui def.* Cr. *nisi* Vinc. *refrigeratio ma. n. feru.*

e. *Mel nobi. mul. vir.* Cr.

f. *effluxerit v. sp.* Cr.

g. *et inde* E.

h. *dirigatur* Lugd.

i. *sed* Lugd. Br.

futuri regis figuratur inter cetera foramina, quae pulli os continent[h], vnum maius ac longius velut vber apparet. Sed tunc transferendi[i] sunt, quando erosis[k] cooperculis ad nascendum matris capita nituntur exerere[l]: nam[m] si immaturos transtuleris, interibunt. Si autem se subitum leuabit examen, strepitu[n] aeris terrebitur, aut tessulae; tunc ad aluearium redibit[o], aut in proxima fronde[p] pendebit, et inde in nouum vas herbis consuetis et melle conspersum[q] manu attrahatur[r], aut trulla, et cum in eo loco requieuerit, vespere inter alia collocetur.

VIII. Hoc etiam mense pauimenta faciemus sub diuo et lateres, more quo dixi.

IX. Graeci asserunt Aegyptios hoc more[a] prouentum futuri[b] cuiusque seminis experiri: aream breuem loco[c] subacto et humido nunc excolunt, et in ea diuisis[d] spatiis omnia frumenti[e] vel leguminum semina[f] spargunt. Deinde in ortu caniculae, qui[g] apud Romanos quartodecimo Calendas Augusti die tenetur, explorant quae semina ortum sidus exurat, quae illaesa custodiat, his abstinent, illa procurant[h]; quia indicium noxae aut beneficii per annum futurum generi vnicuique sidus aridum praesenti exitio vel salute praemisit.

X. Per

h. *habent* Cr.

i. *transferendae sunt* Cresc. recte Lou.

k. *erasis* om. E. et Vinc. *evasis* Cr. recte Lou.

l. *exercere* Cr. recte Lou. *exeri* Vinc.

m. *si iam maturos* Lugd. *deinceps suffulcris* Cr. sed antiqua mea ibi habet *maturos — introibunt*. Lou. *immaturos transtuleris*.

n. *sonitu* Pol. *ac tessulae terrentur* Cresc.

o. *rediet* P. Lugd. E. Vinc. Cr. vbi Bas. *redibit*. postea *vel in* Cr.

p. *rupe* Pol.

q. *conspersa* Lugd. Vinc. bis. *conspersa aur. et cum* P. *vel in trulla* Cr. Basil. vbi antiqua mea pr. et Lou. *vel trulla*.

r. *contrahatur alia et cum eo loco* Vinc.

Tit. IX. a. *tali modo* Vinc.

b. *futuri* om. I. B. R. Br. Vinc. bis. *venturi* E.

c. *loui* Pol. *in loco sub.* E.

d. *diuersis* Vinc.

e. *leguminum vel frum.* P.

f. *genera* Vinc. bis.

g. *quae* Lugd. deinde vulgatum *Calendarum Augustarum* ex Br. correxi.

h. *his abstinent, illa procurent* Erf.

X. Per olei libras singulas chamaemeli[a] herbae florentis auream[b] medietatem, proiectis albis foliis, quibus flos ambitur, vnciarum singularum pondus infundis[c], et quadraginta diebus in sole constitues.

XI. [Dyoeanthe.] Siluestres vias, cum florent, sine rore colligimus, et expandimus[a] in sole, ne quid restet humoris, et flos ad excutiendum siccior apparetur[b]. tunc cribello[c] spisso cernimus, vt grana non transeant, sed flos solus decidat. hunc in melle seruamus infuso: et cum diebus triginta fuerit conditum, temperamus[d] eo genere et more, quo rosatum moris est temperare.

XII. [Alfita.] Ordeum seminaturum[a], cui adhuc superest aliquid de virore, per manipulos ligabis, et torrebis in furno[c], vt facile[d] mola possit infringi, et in modio vno salis aliquantum, dum molitur, miscere curabis ac seruabis[e].

XIII. Iunius ac Iulius horarum sibi aequa spatia contulerunt.

Hora	I	et	XI	pedes XXII
Hora	II	et	X	pedes XII
Hora	III	et	IX	pedes IIX
Hora	IV	et	IIX	pedes V
Hora	V	et	VII	pedes III
Hora	VI			pedes II

Tit. X. Omittit Pol.
a. *camomillae* I. B. R. *camemillae* Br. *chamaemillae* A. Iunt. G. *chamimeli* Lugd. suprascripto *mameli*. Erf. *camamilli*.
b. *aureae mediatatis* I. I. G.
c. *infundes* Lugd.
Tit. XI. Omittit Pol.
a. *pendemus* Vinc.
b. *apparebit* Vinc.
c. *cribrello sp. cribremus* Vinc.
d. *temperemus* Vinc. deinceps om. Br.
Tit. XII. a. Vulgo *De Alica*. Lugd. *Dialfita*. Br. et Vinc. XII. 93. *Alfica*.
b. *seminarium* Lugd. *seminaturus* Vinc.
c. *forno* Lugd.
d. *facili* Vinc.
e. *seruas* ante Vict. *sicque seruabis* Vinc.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER OCTAVVS.

TIT. I.

Iulio mense agri qui Aprili proscissi fuerant, circa Calendas iterantur [a]. Nunc locis temperatis tritici messis [b] expletur, more quo dictum est. siluestres agri vtilissime [c] extirpabuntur [d] arboribus atque virgultis, cum luna decrescit, desectis [e] radicibus atque combustis. Hoc mense arbores [f], quae in messe steterant, sectis messibus obruantur aggestione terrarum propter nimios solis ardores. Opera vna xx maximas obruet. Nunc et nouellae vites mane et vespere iam calore deposito effodi debent, et auerso [g] gramine puluerari. Hoc mense vtiliter vel ante caniculares dies filices extirpabis et caricem [h].

II. Hoc

VARIETAS LECTIONIS.

Tit. I. a. *iterentur* Br. E. Vinc.

b. *messis est et leguminum nondum expleta completur* Cr. XII. 7.

c. *vtilissime* I. B. R. Lugd. Erf. Palat. Vinc. *vtilime* Br.

d. *extirpentur* P. *extirpantur* Cr.

e. *defectis* Lugd.

f. *arbores* omitt. Erf.

g. *aduerso* Cresc. XII. sed idem IV. 16. *debet effodi et omni herba et gramine diligenter extirpato radicitus, quoniam radices plurimum obsunt.* sed antiqua mea sic: *effodi, gramine aduerso puluerisari. Graminum radices* et reliqua quae vide supra, IV. 7. in varietate. *auerso* Cr. Lou. *puluerisari* habet etiam Cresc. XII. et Vinc.

h. *Item gramen et filicem ante caniculares dies optime dissipamus* Cresc. XII.

II. Hoc etiam [a] mense cepullas [b] serimus, irriguis ac frigidis locis, et radices [c] et atriplicem, si rigare possumus, et ocimum, maluas, betas, lactucas, et porros rigandos [d]. Hoc mense loco irriguo [e] napos seremus et rapa [f], solo putri [g] et soluto nec spisso. (Rapa) locis humidis laetantur et campis. sed napus in sicco et prope tenui [h] atque deuexo et sabuloso meliot [i] nascitur. Loci proprietas vtrumque semen in alterum mutat. nam 2
rapa in alio solo per biennium sata [k] mutantur [l] in napos [m]; alio vero napus transit in rapum [n]. Subactum [o] solum stercoratum versatumque conquirunt, quod [p] et ipsis et segetibus proderit, quae ibi anno eodem seruntur. Iugero raporum quatuor sextarii, napi autem quinque sufficiunt. Si spissa [q] sunt, inter[illegible]es aliqua, vt 3
caetera roborentur. Vt vero semina [r] maiora redigantur, eruta rapa [s] foliis omnibus purgabis, et ad dimidii digiti crassitudinem in caule succides. Tunc in sulcis diligenter subactis octonis digitis separata obrues, et iniicies terram, et [t] calcabis. ita magna nascentur.

III. Hoc etiam mense emplastratio [a] celebrari potest, sicut ante demonstraui, et pirus vel malus locis humi-

Tit. II. a. *etiam* om. P.
b. *cepulas* Vinc. deinde *aut frig.* Br.
c. Ita Lugd. Erf. Vinc. Vulgo *radicem* Pol. *radices*, *maluas* omissis reliquis: *et* ante *rad.* om. Br.
d. *rigamus* Pol.
e. *rigno* Lugd. Erf. Vinc.
f. *rapas* Vinc.
g. *pauo* I. B. R. Br. *putrido* E.
h. *in solo sicco et tenui et prope vinum et deuexo et sabuloso melius nascitur loco. proprietas napi* (antiqua mea *napum*) *in napum et e converso transmutatur* Cr. sed Louin. *et deuexo et sabul. — loci propr.*
i. *melius* Oresc.
k. *rapae — satae* Vinc. *sata* om. Erf.
l. *mutatur* Vinc. Isidor. Br.
m. *napum* Isidor.
n. *rapa* Lugd. Erf. *rapum* Isidor. Br. et Vinc. bis.
o. *Sed vt optime proficiat subactum stercoratumque et versatum quaerit* Cr. *stercoratum versatumque* Lou.
p. *et in illis locis optime prouenit in quibus segetes eo anno fuerunt* Cr. *et* ante *segetibus* om. Br.
q. *Si spissi sunt nimis interualles* (Bas. *internalles*) *aliquas vt alti* Cr. *spissae — aliquas — caetera* Vinc.
r. *in semina* Vinc.
s. *eruta rapa* Vinc.
t. *calcibus proculcas* Pol.
Tit. III. a. *impl.* Br. Lugd. Erf.

humidis nunc insita me explorante processit. Hoc etiam mense in pomis serotinis, quae vbertate nimia ramos onerauerunt (sicut praedixi) interlegenda[b] sunt, siqua vitiosa repereris, vt arboris succum verterunt ad meliorum nutrimenta pomorum. Nunc citri[c] taleam loco irriguo frigidis regionibus me plantasse memini, et quotidianis animasse liquoribus, quae et nascendo et afferendo votum felicitatis aequauit[d]. Hoc tempore[e] locis humidis inoculari ficus et inseri citrius[f] potest: mense iam medio palmae planta circumfodi[g]. Nunc locis temperatis amygdala matura sunt ad legendum[h].

IV. Hoc tempore[a] maxime[b] tauris submittendae sunt vaccae, quia decim mensium partus sic[c] poterit maturo vere concludi; et certum est eas post vernam pinguedinem gestientes veneris amare lasciuiam. Vni tauro quindecim vaccas Columella asserit posse sufficere, curandumque ne concipere aequeant, nimietate pinguedinis. Si abundantia pabuli est in regione, qua pascimus, potest annis omnibus in foetuum[d] vacca submitti; si vero indigetur[e] hoc genere, alternis temporibus[f] onerandae sunt, maximeque[g], si eaedem vaccae alicui opari seruire consueuerunt. Hoc mense arietes candidissimi[h] eligendi et admittendi sunt mollibus lanis, in quibus non solum corporis candor[i] considerandus est, sed

b. *legenda* P.
c. *citrus* I. B. Br. R.
d. *aequabit* Lugd. I. B. R. om. ab hoc verbo vsque ad *Nunc* etc. Pol. *felicitatibus* E.
e. *Hoc mensis* E.
f. *citretum* I. B. R. Br. Lugd. E. *citrus* Cresc. XII.
g. *colligenda* P.
h. *sunt colligenda* omisso *matura* Cresc. XII. atque huc pertinere videtur varietas *colligenda* a Gesnero annotata antea.

Tit. IV. a. *mense* Vinc.
b. *maxime* om. P. *et tauris* R.
c. *sic* om. P.
d. *futurum* Lugd. *foetura* Cresc. recte Lou.
e. *indigent* E. *sed si deest*, *alternis* Cresc. *si deest*, *sunt alt. annis* om. Lou.
f. *annis* Cr.
g. *maxime si alicui op. ser.* Cr. *consueuerint* Lou.
h. *candidissime in regionibus illis, in quibus sunt oues albae, item mollibus* Cresc.
i. *splendor* P. et Cr. editt. mes.

sed etiam lingua[k]: quae si maculis fuscabitur[l], varietatem reddit in sobole[m]. De albo[n] plerumque nascitur[o] coloris alterius: de fuscis[p] nunquam[q] (sicut Columella dicit[r]) potest albus[s] creari. Eligemus arietem altum, procerum, ventre promisso[t], et lanis candidis[v] tecto, cauda longissima, velleris densi[x], fronte lata, magnis testibus, aetatis trimae[y], qui[z] tamen vsque in[a] octo annos potest vtiliter inire[b]. Foemina debet bima submitti, quae vsque in quinquennium foeturae necessaria est, anno septimo deficit. eligenda est vasti corporis et prolixi velleris ac mollissimi, lanosi et magni vteri. Sed[c] prouidendum est in hoc genere, vt pabuli vbertate saturetur[d], et longe pascatur[e] a sentibus, qui et lanam minuunt[f], et corpus incidunt. Admittendi sunt 4 mense Iulio, vt nati[g] ante hiemem conualescant. Aristoteles asserit, si masculos plures[h] creari velis, admissurae tempore siccos[i] dies, et halitum Septentrionis eligendum, et contra eum[k] ventum greges esse pascendos: si foeminas generari[l] velis, Austri captandos flatus, et in eum pascua dirigenda, ac sic ineundas[m] matres.

k. *linguae* E.
l. *fuscatur* Cr. recte Lou. *fuscatae sit* Vinc.
m. *et si nigra est, nigros creat* addit Cr. vbi antiqua mea omittit *si*.
n. *quoque nascetur* Cr. *quandoque* Cr. Louan. vt ait Gesner. aliter mea Lou. vbi *nascitur* exstat. *quoque plerumque* E.
o. *foetus* addit Vinc.
p. *fustis* Cresc. antiquus, *nigris* Basil. *vero* addit Vinc.
q. *nunquae* P.
r. *asserit* Vinc. bis. *vt ait Col:* Cresc.
s. *alius* Cr. editt. tres.
t. *prominentis* suprascr. *prominente* Erf.
v. *candidissimis* Lugd. Vinc. bis.
x. *depressi* Cr. editt. tres. et Vinc.
y. *primae* Br. Cr. Leid. Vinc. bis.
z. *quae* Cr. recte Lou.
a. *ad* Cresc.
b. *possit sufficere* Cr. Bas. antiqua mea pr. et *inire* habet. *coire* Vinc.
c. *Prouidendum est (enim* antiqua addit) *in hoc genere* Cresc. IX. 68. *Prouidendumque est in h. g.* Lou.
d. *satietetur* Cr.
e. *pascantur* Cr. deinceps *quae etiam* sed Lou. *quae et*.
f. *diminuunt* Cr. recte Lou.
g. *natae* Vinc. alibi *nati foetus*. Br. *Aristoteles*.
h. *creare* omisso *plures* Cr.
i. *sic custodies* P. et Cr. Louan. *sic custodis et alitum* antiqua mea, princeps et Louan, *tempore flatum* Basil. reliquis omissis. *sic custodies* etiam Erf. *admissura tempora sic custodies* Vinc.
k. *eundem* Vinc.
l. *creare* Erf. *generare* Cr. recte Lou. *gen. velis* om. Vinc.
m. *ineantas* Vinc. *ac si* Br.

tres. [vt [n]] mortuarum vel vitiosarum [o] numerum [p] nouella [q] sobole reparetur. Autumno debiles quaeque [r] pretio mutentur, ne eas imbecillas [r] hibernum frigus [s] absumat. Aliqui duobus ante mensibus arietes a coitu reuocant, vt facem [t] libidinis augeat dilatio voluptatis. Quidam coire sine discretione permittunt, vt hoc [v] eis genere per annum totum foetura non desit.

V. Hoc mense, cum sol Cancri tenebit hospitium, luna sexta [a] in Capricorni [b] signo posita, gramen ablatum Graeci asserunt nihil de radicibus redditurum [c]. Item si bidentes cyprei [d] fiant, et sanguine tingantur [e] hircino, et post fornacis ardores non aqua sed eodem sanguine temperentur, per eos erutum gramen extingui.

VI. Hoc mense vinum scillite sic facimus: scillam [a] de montanis aut maritimis locis sub ortu [b] Canicularum lectam [c] procul a sole siccamus [d]. Ex hac in vini amphoram vnius librae mensuram mittimus, recisis [e] ante [f] tamen superfluis et abiectis foliis, quibus pars extrema velatur [g]. Quidam velamina ipsa [h] filo inserta suspendunt, vt vino infusa [i] mergantur, et non admista secibus post XL dierum spatium serta [k] quae appensa sunt auferantur. Hoc vini genus tussi resistet, ventrem [l] pur-

n. *vt* omitt. Lugd. Erf. inclusit Gesner.
o. *initiatarum* P.
p. *nouella* om. P.
q. *quoque* Vinc. et Cr.
r. *imbecilliores eas* Cr.
s. *tempus assumat* Cresc. sequens *ante* om. Cr. Louan.
t. *facile libidines* Vinc. *et facem* — *auget delectatio* Cr. recte Lou.
v. *vt ei per totum* Cr.
Tit. V. a. *luna vero in* Vinc.
b. *capricornu* Lugd. *capricorno* E. Cr. Lou.
c. Ita I. B. R. Br. Lugd. Vinc. Cr. Louan. Vulgo et Cr. II. 19. *rediturum.*
d. *cuprei* Vinc.
e. *extinguentur* Vinc.

Tit. VI. a. *squillam* Lugd. E.
b. *ortum Canicularium* Lugd.
c. *lectam* om. Br. Commel. Erf. Vinc.
d. *et ex hac* — *amphora* E. *amphora* etiam Br.
e. Ita Vinc. Vulgo *incisis.*
f. *ante* om. P.
g. *vallatur* Br. E. Vinc. et Codex Gronouii Observ. III. 18.
h. *ipsa* om. P.
i. *inserta* P.
k. *inserta* Vinc.
l. *per ventrem* Lugd.

prodabit, flegma [m] dissoluet, splenoticis [n] proderit, acumen praestabit [o] oculorum, concitabit digestionis auxilia.

VII. *[De hydromelli.]* Inchoantibus [a] Canicularibus diebus aquam puram pridie sumis ex fonte. In tribus aquae sextariis vnum sextarium non despumati [b] mellis admisces, ac diligenter per carenarias [c] diuisum quinque horarum spatio continuo per inuestes pueros curabis agitare vasa ipsa concutiens. Tunc XL diebus ac noctibus patieris esse sub caelo.

VIII. *[De aceto scillitico.]* Squillae albae crudae proiectis duris atque extrinsecus positis omnibus, tenerum medietatem ad libram et sex vacias per minutas partes recides, et in aceti acerrimi duodecim sextariis merges [a]. Vas signatum quadraginta diebus patieris esse sub sole: post abiecta squilla acetum diligentius excolabis, et in bene picata vasa transfundes. Aliud acetum digestioni et saluti accommodum: Squillae dragmas VIII, aceti [c] sextarios XXX mittis in vasculo, et piperis vaciam vnam, mentae et casiae aliquantum [d], et post [aliquod [e]] tempus vteris.

IX. Sinapis semen ad modum sextarii vnius et semis [a], redigere curabis in puluerem, cui [b] mellis pondo V, olei Hispani [c] vnam libram, aceti acris vnum sextarium misces, et tritis omnibus diligenter vteris.

X. Iulii

m. *fl. diss.* om. P.
n. *spenetiori* P. *splenicis* Palat.
o. *praebebit* E.

Tit. VII. *De Idromeli* Br.
a. *incohantibus* Br.
b. Vulgo *dispumati.*
c. *carcen.* I. B. Br. R. *carasen.* Lugd. *cauernas* Palat. E, *per car.* om. Fol.

Tit. VIII. *De vino scyllitico* Br. sed recte in altero titulo toti libro praeponitur.

a. *merges vas signatum: et XL diebus* Br.
b. Ita pro *picato vase* Br. Lugd. Erf.
c. *aceti* om. Br.
d. *aliquantulum* Erf.
e. *aliquod* om. I. B. Br. R. Lugd. Erf. et Vinc. qui sextarios XX habet.

Tit. IX. a. *semicirculi* Br. *seminculi* E. *reddigere* Br. *reddere* E.
b. *cui* om. Br.
c. *Panis* P. *Spani* Lugd.

X. Iulii[a] et Iunii horas per[b] mensuramen libri compositit.

Hora	I	et	XI	pedes	XXII
Hora	II	et	X	pedes	XII
Hora	III	et	IX	pedes	IIX
Hora	IV	et	IIX	pedes	V
Hora	V	et	VII	pedes	III
Hora	VI			pedes	II

Tit. X. a. *Iulii mensis et Iun.* b. *per mensuram libri compositit* Rugg.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

DE

RE RVSTICA

LIBER NONVS.

TIT. I.

Augusto[a] mense vltimo circa Calendas Septembres ager planus, humidus, exilis incipiat exarari. Nunc maritimis locis vindemiae[b] apparatus vrgetur. Hoc etiam mense locis frigidissimis occatio vinearum fit[c].

II. Hoc tempore, si terra exilis in vinea est, et vinea ipsa miserior, tres vel quatuor lupini modios in iugero spargis[a], atque ita occabis. Quod vbi fruticaverit[b], euertitur, et optimum stercus praebet in vineis, quia laetamen propter vini vitium[c] non conuenit inferre vinetis.

III. Nunc[a] locis frigidis pampinatur, locis vero ferventibus[b] ac siccis obumbratur potius[c] vua, ne vi solis are-

VARIETAS LECTIONIS.

Tit. I. a. *Hoc* I. B. Br. R. Lugd. E. deinde vulg. *Septembris* ex Br. correxi.
b. *vineae* P.
c. *sit* om. Lugd. *est* Erf. Vinc. et Br.
Tit. II. a. *sparges* Vinc. *feres* Pol.
b. *frutificauerit* Br. Erf. *fructificauerit* Vinc.
c. *vim* Pol. *pro vini vitia* Erf.
Tit. III. a. *Tunc* E.
b. *ardentibus* P. Lugd. E. Cr. IV. 17. Vinc. *calidis* Cr. XII.
c. *potius* omitt. Cr. *obumbrantur vuae ne in sole arescant* Cr. XII.

arescat, si aut[d] vineae breuitas aut facultas operarum[e] permittit. Hoc etiam mense extirpare possumus carecta atque filecta[f].

IV. Nunc vrenda sunt[a] pascua, vt et altorum[b] fruticum festinatio reprimatur ad stirpes[c], et incensis aridis noua laetius herba[d] succedat.

V. Hoc etiam mense vltimo[a] siccis locis rapa et napus serenda sunt hac ratione qua ante[b] dictum est. Hoc mense vltimo locis siccioribus radices seruntur, quae hieme sui[c] vsum ministrent. amant terram pinguem, solutam, et[d] diu subactam, qualem rapa[e]. tofum[f] et glaream reformidant. gaudent[g] caeli statu nebuloso.
2 serendae sunt spatiis grandibus et alte fossis. meliores[h] proueniunt in arenis[i]. serantur post nouam pluuiam, nisi possint forte rigari[k]. quod satum est, statim debet operiri leui sarculo. Iugerum duo sextarii, vel, vt quidam, quatuor, cum seruntur, implent[l]. Laetamen non est ingerendum, sed potius paleae: quia inde fungosae sunt[m]. Suauiores fiunt, si eas[n] aqua salsa[o] frequenter aspergas[p]. Radices foeminini generis[q] putantur, quae
3 minus acres[r] sunt et[s] habent folia latiora [et[t]] leuia, et cum

d. *si modo* Cr. Bas. sed antiqua mea *si autem*.
e. *permittit operariorum* Cr. Basil. sed antiqua mea *operarium*.
f. *filiceta* A. Iunt. I. I. G. *Item dissipare frequenti aratione gramen et filices* Cr. XII. *Hoc — filecta* om. Vinc.

Tit. IV. a. *sunt arida* P.
b. *altiorum* Vinc.
c. *ad st.* om. P. *stipites* Vinc. alibi *stipes*.
d. Ita Lugd. E. Vinc. bis. et Br. Vulgo *laetius succedant*.

Tit. V. a. *vltimo* om. Pol.
b. *ante* om. I. B. Br. R. E. cum Palatinis.
c. *sui* om. Vinc.
d. *et* om. Lugd. Cr.
e. pro his verbis Cresc. habet *et profunde fossam*.
f. *tossum* Cr. *tophum* Lou.
g. *laetantur* Cr.
h. *melius* Cr.
i. *proueniunt si serantur in arenis* Vinc. bis.
k. *irrigari* Cr.
l. *implebunt* Erf. Br.
m. *quia fumigosae fiunt* Cr. recte Lou.
n. *eas* om. Cr.
o. *sola* P. *laxa* Cr. Lou.
p. *irrigentur* Cr.
q. *esse* addit Cr.
r. *accrescunt et* Pol.
s. *et* om. Cr. habet Lou.
t. *et leuia* om. Pol. et Cr. *leuiora* I. B. R. *laetiora* Erf. *leuia* Vinc. bis. *et* omitt. Lugd. Erf. Br.

cum iucunditate virentia. Ex his ergo semina colligemus. Maiores fieri creduntur, si sublatis omnibus foliis, et[v] solo tenui caule dimisso[x] saepe terris operiantur. Si ex nimis acra[y] dulcem fieri velis, semina die et[z] nocte melle macerabis aut passo[a]. Raphanum tamen sicut brassicam constat esse vitibus inimicam[b]. Nam si circa se[c] serantur, natura discordante refugiunt. Hoe etiam mense pastinacas[d] seremus.

VI. Etiam nunc emplastrantur[a] arbusta. Pirum nunc[b] plerique inserunt, et locis irriguis arborem citri[c].

VII. Hoc mense crabrones molesti[a] sunt aluearíis apum, quos persequi ac necare debemus. Nunc etiam quae Iulio non occurrimus facere[b], exequamur.

VIII. Nunc[a] si deerit aqua, eam[b] quaerere ac vestigare[bb] debebis, quam taliter poteris inuenire. Ante ortum solis iis locis[c] quibus aqua quaerenda est, aequaliter pronus mento ad solum depresso iacens in terra[d] spectabis orientem, et in quo loco crispum[e] subtili nebula acrem surgere videbis[f], et velut rorem[g] spargere, signo aliquo vicinae stirpis aut arboris praenotabis. nam constat siccis locis, vbi hoc fiet, aquam latere. Sed

v. *et* om. Vinc. bis.
x. *demisso* Commel. Vinc. bis. *calidissimo* Cr. recte Lou.
y. *acri* B. R. sed *acra* Iens. et Lugd. quod retinuit Gesner. *acribus dulces* Cr.
z. *ac* Cr.
a. *aut passo* omitt. Cr.
b. *inimicum* Erf. Cr.
c. *prope ser.* Cr.
d. *pastinacam* Erf.
Tit. VI. a. *impl.* Br.
b. *nec* P.
c. *nutriri* P.
Tit. VII. a. *infesti* P.
b. *occurrimus* I. B. R. *occurrimus facere, exequ.* P. *occurrimus, exequ.* reliqui a. G.
Tit. VIII. a. *Tunc* Erf.
b. *sic eam* Vinc. qui omittit deinde verba *quam inuenire.* Erf. omittit *eam.*
bb. *inuestigare debes* Erf.
c. *his solis* Lugd. *his locis* Cr. Br.
d. *iacens in terra* om. Cr.
e. *crispum* om. Vinc.
f. *videris* Lugd. E. Cr. Vinc.
g. *rorem* om. Lugd. *spargere, constat ex naturali rore aquam latere* Vinc. Etiam Cr. omissis mediis habet: *scias in siccis locis ibi aq. lat.*

terrarum genus[h] considerabis, ut possis vel[i] de tenui-
2 tate[k] vel de abundantia iudicare. Creta[l] tenues nec optimi saporis venas creabit; sabulo solutus[m] exiles, insuaues, limosas, et spatio altiore submersas; nigra terra humores et stillicidia non magna ex hibernis[n] imbribus et liquore collecta, sed saporis egregii; glarea[o] mediocres et incertas venas, sed suauitate praecipuas[p]; sabulo masculus et[q] arena et carbunculus certas et vbertate co-
3 piosas: in saxo rubro[r] bonae et abundantes sunt. Sed prouidendum est, ne inuentae[s] inter rimas[t] refugiant, et per interuenia dilabantur. Sub radicibus montium, et in saxis[v] silicibus vberes, frigidae[x], salubres: Locis campestribus salsae, graues, tepidae, insuaues[y]: quarum sapor si optimus fuerit, noueris eas sub terris exordium de monte sumsisse. sed in mediis campis montanorum fontium suauitatem consequentur[z], si vmbran-
4 tibus tegantur arbustis. Sunt et haec signa vestigandae aquae[a], quibus tunc credimus, si neque lacuna est, neque aliquis ibi ex consuetudine humor insidet[b] aut praeterit[c]. Iuncus tenuis, salix[d] siluatica, alnus, vitex[e], arundo, edera caeteraque, si qua[f] humore[g] gignuntur.
5 Locus[h] ergo, vbi supradicta[i] signa repereris[k], fodiatur lati-

h. *terrae genus* Erf.
i. *vel* om. Cr. deinde *et abund.*
k. *aquae* addit Vinc.
l. *namque* addit Cr. Erf.
m. *sabulum solutos* Cr. antiqua mea.
n. *hibernis* om. Cr. habet Lou.
o. *glareae* Lugd. Erf. Cr.
p. *praecipua* Erf.
q. *et* om. Cr. et deinceps *arenae* Lou.
r. *rubeo* Cr. recte Lou.
s. *in ventre* P.
t. *ruinas* Cr.
v. *saxis* om. P. et Cr. *in* om. Br.
x. *et sal.* Cr.
y. *et insuaues plerumque* Cresc. edd. tres.
z. *sequentur* Lugd. *sequuntur* Br. Erf. *frequenter aequat* Cresc. Basil. sed antiqua mea omittit *aequat.* Lou. *sequetur.*
a *inuestigandae* Cr. *vestigandae* omisso *aqua* Erf.
b. *insideat* Erf. *insidet ac* Vinc. *insedit* Cr. *incidit* Cr. Louan.
c. *aut praet.* om. Cresc. 4. editiones.
d. *salix si siluatica repereris. Fodiatur* omissis reliquis Lugd. *salvatica* Cr. antiqua mea.
e. *vitex* om. P. et Cr. edd. 4.
f. *caeteraque quae* Cr.
g. *multum aquosa* Cresc. addit: *certaque si aq̃ humore* Codd. Vaticani teste Pontedera.
h. *Locis* P. *locis ergo* Cr. *locus vero* Erf.
i. *praedicta* P. E. Cr. edd. tres.
k. *reperis* I. B. Br. R. Cr.

latitudine pedibus tribus, altitudine pedibus[l] quinque; et proxime[m] solis occasum, mundum[n] vas ibi aereum, vel plumbeum interius vnctum inuersum[o] ponatur in solo ipsius fossionis. Tunc supra fossae[p] labra crate[q] facta de virgis[r] ac frondibus, additaque[s] terra, spatium omne cooperiatur[t]. Sequenti[v] die aperto loco, si in 6 eodem vase sudores[x] [intrinsecus] inuenientur aut stillae, aquas[y] ibi esse non dubites. Item si vas figuli siccum[z], neque coctum[a], eadem ratione ponatur, ac similiter operiatur; altero vero[b] die, si aquarum vena est[c] in praesenti, vas concepto humore soluetur. Item vellus lanae aeque positum et[d] coopertum, si tantum[e] colligit humoris, vt alia die fundat[f] expressum, copias inesse[g] testabitur. Item lucerna oleo plena et accensa[h], 7 si ibi similiter tecta ponatur, et secuto[i] die inueniatur[k] extincta superantibus alimentis[l], aquas idem locus habebit. Item si in eo loco focum feceris, et terra vaporata humidum fumum nebulosumque ructauerit[m], aquas inesse[n] cognosces. His itaque[o] repertis, certa signorum[p]

l. *pedum* Cresc.
m. *prope* Vinc.
n. *purum* Cr.
o. *immersum* Cr. *vel inter. vnct. inuersum* Louan.
p. *super fossam* Cr. *fossam* etiam Pol. et Cr. Lou. *supra libram fossae crates facta* Vinc. Vulgo *fossa* erat: *fossae* Erf. Br.
q. *crates* I. B. Br. R. Lugd. Erf. Cresc.
r. *virgultis* Erf. *virgulis* Cresc. recte Lou.
s. *addita* Cr. *terrae* Br.
t. *cooperiat* I. B. R. Br. Cresc. Lou. Erf. *operiatur* Cr. edd. tres. in Louan. reperio *operiat*.
v. *Secundo* Lugd. *altero* Erf.
x. *sudores inueniantur* P. et Cr. editt. tres. *intrinsecus* om. etiam Vinc.
y. *aquam* Cr.
z. *fictum* Vinc.
a. *nec coopertum alias* addit Cr. antiqua mea.
b. *vero* praeter Palatinos om. etiam Br. Cr. Vinc.
c. *proxima fuerit*, *vas humore soluetur* Cr. edd. tres. *vas est in praesenti*, *vas* Vinc. bis.
d. Ita Cr. editt. 4. Vulgo *vel. Item si vellus* Lou.
e. *tamen* — *humores* Cr. antiqua mea.
f. *fudet* Cr. recte Lou.
g. *ibi esse* Cr. *copias inesse* Lou.
h. *incensa* Cr. Vinc.
i. *secundo* Lugd. Cresc. editt. 4. *si ibi sim. t. p. et secundo* Lou. *ibi s. t. p. et si sec.* reliquae Edd. Cr.
k. *reperiatur* Cr.
l. *superant. elementis* Br. Cresc. antiqua mea, sed Basil. omittit haec duo vocabulo. *sup. alimentis* Lou.
m. *iactauerit* Cr. recte Lou.
n. *ibi fore cognoscas* Cresc. sed Lou. *agnoscas*.
o. *ergo* Cr.
p. *signorum* om. Vinc.

firmante notitia, puteum fodies [q], et aquae caput requires: vel si plura sunt, in vnum colliges [r]. Tamen [s] maxime sub radicibus montium in Septentrionali parte quaerendae sunt aquae, quia in his locis magis abundant, vtilioresque nascuntur.

IX. Sed in fodiendis [a] puteis cauendum est fossorum periculum, quoniam plerumque terra sulfur, alumen, bitumen educit [b], quorum [c] spiritus misti anhelitum pestis exhalant, et occupatis statim naribus extorquent [d] animas, nisi quis fugae sibi velocitate succurrat. Prius ergo quam descendatur ad intima [e], in eis locis lucernam ponis [f] accensam, quae si extincta non fuerit, periculum non timebis; si vero extinguetur [g], cauendus
2 est locus [h], quem spiritus mortifer occupabit [i]. Quod si alio loco aqua non potest inueniri [k], dextera laeuaque [l] puteos fodiemus, vsque ad aquae ipsius libramentum, et ab his foramina hinc inde patefacta velut nares intus [m] agemus [n], qua [o] nocens spiritus euaporet: quo facto latera [p] puteorum structura suscipiat [q]. Fodiendus est autem puteus [r], latitudine octo [s] pedum quoquouersum [t], vt binos pedes structura concludat: quae structura vectibus ligneis subinde densetur [v], et structa
3 sit [x] lapide tofacio [y], vel silice. Si aqua limosa fuerit,

q. *facies* Vinc. *fodias — requiras* Cr. recte Lou.
r. *colligas* Cr.
s. *maxime vero* Vinc. *maxime* om. Cr.
Tit. IX. a. *defodiendis* Lugd.
b. *educat* Vinc. *adducit* Cr.
c. *quae spiritum pestis* Cr. edd. tres. *hanelitum* Br. *exalant* Br.
d. *torquent* Cr.
e. *infima* Cr. vti volebat scribi Gesner. *vltima* Erf. *ascendatur* Cr. antiqua mea.
f. *ponas* Vinc. et Cr. *pones* Lou.
g. *extinguatur* Erf. Vinc. Br.
h. *locus mortifer. Quod* P. et Cr.
i. *occupauerit* Vinc. bis.
k. *tunc* add. Vinc.
l. *laeuaue — fodiamus* Vinc.
m. *intro* Lugd. P. Erf. V.
n. *agamus* Vinc.
o. *quibus* Vinc. bis.
p. *latera* om. E.
q. *suscipiet* Erf.
r. *puteus* om. E. *ergo put.* Cr. recte Lou.
s. V. I. B. R. Br. *vel septem* inserit Cr. edd. trium.
t. *quaquau.* Pol. Cr. Vinc. bis.
v. *densentur* P. Lugd. *densatur* Vinc. bis.
x. *structura sit* Vinc.
y. *toficio* Br. Lugd. Erf. *tofico* Vinc. bis.

rit[z], salis admissione corrigatur[a]. Sed dum foditur[b] puteus, si[c] terra non stabit vitio generis dissoluti[d], aut humore laxabitur, tabulas obiicies[e] directas vndique, et eas transuersis vectibus sustinebis[f], ne fodientes ruina concludat.

X. Aquam vero nouam[g] sic probabis: in vase aeneo nitido spargis[b], et si[c] maculam non fecerit, probabilis iudicetur[d]. Item decocta aeneo vasculo, si arenam vel limum non relinquit[e] in fundo, vtilis erit. Item si legumina cito valebit excoquere, vel si[f] colore perlucido carens musco[g], et omni labe pollutionis [illegible]iena[h]. Sed[i] qui in alto sunt putei, perforatis vsque ad infimam[k] partem terris ad loca inferiora, possunt vice[l] fontis exire, si vallis subiectae natura permittat.

XI. Cum vero ducenda est aqua, ducitur aut forma structili[a], aut plumbeis fistulis, aut canalibus ligneis[b], aut fictilibus tubis. Si per formam[c] ducetur, solidandus[d] est canalis, ne per rimas aqua possit elabi: cuius magnitudo pro aquae mensura facienda est. Si per planum veniet, inter[e] centenos vel sexagenos pedes sensim reclinetur structura in[f] sesquipedem, vt vim possit habere

z. *sit* P. et Cr.
a. *corrigitur* Cr. Vinc. bis.
b. *fodietur* Erf.
c. *circumcirca* addit Vinc.
d. *dissoluta* Vinc. bis. et Cresc. Basil. sed antiqua mea *dissolutus*, recte Lou.
e. *obiicias* Vinc.
f. *sustin.* om. Lugd. *sustentabis* Vinc.

Tit. X. a. *putei* add. Cr.
b. *aereo* — *sparges* Cresc. *spergis* Lou. *sparges* etiam Vinc.
c. *si aqua* Vinc.
d. *indicabitur* Cr.
e. *reliquit* Erf.
f. *vel est* Vinc.
g. *a musco tamen et* — *est allena* Vinc. *claret et misto* Cresc. Lou. vbi verum *claret et musto* latere puto.
h. *alienae* Cr. recte Lou.
i. *Si in alto qui* Vinc.
k. *vltimam* I. B. R. Br.
l. *inde fontes* Vinc. *possint vitia fontis* Cr.

Tit. XI. a. *structibili* Vinc. *ductili* E. sed correctum *fictili* et add. vel *structili*.
b. *ligneis* om. Cr. qui antea *ducatur* habet.
c. *forma structibili* Vinc. *formam structualem* Cr. Basil. sed antiqua mea *structulem*. *structilem* Lou.
d. *solidanda* Vinc.
e. *intra* Cr.
f. *in* om. I. B. R. Br. E. Vinc. *sexquipede* Vinc. Cr. *in VI. pedes* Cresc. Lou. auctore Gesnero; ego vero in mea *declinetur str. sex pedibus* scriptum reperi.

2 bere cuirendi. Si quis[g] amnis interiectus occurrerit[h], aut per latera eius aquam ducemus obliquam aut ad[i] aquae[l] caput[k] spiraculas librabimus, per quarum[l] structuram perueniat[m]. Sed si se[n] vallis interserat[o], erectas pilas vel arcus vsque ad aquae iusta fastigia construemus, aut plumbeis fistulis clausam deiici patiemur, et[p] explicata valle consurgere. Sed, quod est salubrius et vtilius, fictilibus tubis cum[q] ducitur, duobus digitis crassi[r], et ex vna parte reddantur angusti[s], vt palmi spatio vnus[t] in alterum possit intrare: quas iuncturas viua
3 calce oleo [illegible]ta debemus illinire. Sed antequam in iis[v] aquae cursus admittatur, fauilla per[x] eos mixta exiguo liquore decurrat, vt glutinare possit, siqua sunt vitia tuborum[y]. Vltima ratio est, plumbeis fistulis ducere: quae aquas noxias reddunt. Nam cerusa[z] plumbo creatur attrito, quae[a] corporibus nocet[b] humanis. Diligentis[c] erit aquarum receptacula fabricari, vt copiam[d] inops vena procuret.

XII. Mensura vero[a] fistularum plumbo seruetur huiusmodi. Centenaria x pedum[b] mille ducentas libras habeat. Octogenaria noningentas[c] LX. Quinquage-
[illegible]naria

g. *qui* Lugd.
h. *occurrit.* Vincent. *succurrerit* Lugd.
i. *ad* om. Lugd.
k. *in* addit Lugd.
l. *quas structura* I. B. R. Br. Lugd. E. Vinc. Cr.
m. *perueniet* Vinc. *conueniat* I. B. R. Br.
n. *se* om. Lugd. Br.
o. *interfecat* Vinc.
p. *et* om. I. B. R. Br. *explicita* Cr. *explicata valde* Lou.
q. *conducitur* P. E. *conducitur vt* Cr.
r. *grossi ex parte vna reddantur acuti* Cr. *crassae — angustae* Vinc.
s. *acuti* P. Cr.
t. *palmi vnius* Cr. *minori spatio vna — alteram* Vinc.
v. *is* Br. *his* Erf. Cr. Vinc. bis. *antequam his* Leid.
x. *per eos* om. P. et Cr.
y. *tubulorum* Pol. E. *tabularum* Lugd. Cr. Vinc. sed altero in loco Vinc. *tuborum.* paulo ante *glutinari* Leid.
z. *cernssa* Lugd. Cr. *caerusa* Br.
a. *plurimum* addit Cr.
b. *nocebit* Br. Vinc. bis.
c. *diligenter praeterea debemus aq.* Cr. *diligentis praeterea est* Lou.
d. *vel* om. Cresc. *inops aquarum* Vinc. qui et *fabricare* habet. Deinde *procurret* Br.

Tit. XII. a. *vero* abest P.
b. *pedes* P.
c. *octingentis XL* I. B. Br. R. E. *octingentas quadraginta* Lugd.

naria similiter x pedum pondo sexcenta[d]. Quadragenaria[e] pondo quadringenta LXXX[f]. Tricenaria pondo trecentasexaginta[g]. Vicenaria pondo XL. Octonaria pondo nonaginta[h] sex.

XIII. *[De pnyphacomeli.]* In quae semiacerbae succi sextariis sex mellis triti fortiter duos sextarios debebis infundere, et sub solis radiis diebus XL decoquere[f].

XIV. Augustum Malo par[a] solis cursus aequauit[b].

Hora	I	et XI	pedes	XXIII
Hora	II	et X	pedes	XIII
Hora	III	et IX	pedes	IX
Hora	IV	et VIII	pedes	VI
Hora	V	et VII	pedes	IV
Hora	VI		pedes	III

d. *octoginta* add. Lugd. Br. Ex Leid. *quadraginta* annotauit Gronov.

e. *quadrag. pondo quadr.* om. I. B. R.

f. *quinquagenaria pondo DC* inf. P. *sexcenta* Leid.

g. *CCCCL* P. Lugd. *quadraginta quinquaginta* Leid. *quinquaginta* I. B. Br. R.

h. *centum* Lugd. I. B. Br. R. E.

Tit. XIII. a. *dereliquere* Pol, *quoquere* Lugd.

Tit. XIV. a. *per* Lugd. A. Iunt. G.

b. *aequabit* Lugd.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER DECIMVS.

TIT. I.

Septembri [a] mense ager pinguis, et qui diu tenere [b] consueuit humorem, tertia vice arabitur, quamuis humido anno possit et antea [c] tertiari. Nunc ager [d] humidus, planus, exilis, quem primo [e] Augusto arari diximus, iteratur [f] et seritur. Graciles cliui nunc primum [g] arandi et serendi sunt statim [h] circa aequinoctium. Agri nunc stercorandi sunt, sed [i] in colle spissius, in campo rarius laetamina disponentur [k], cum luna [l] minuitur: quae res [m] si seruetur, herbis officiet. Vni iugero asserit Columella XXIV stercoris carpenta sufficere; in plano vero XVIII [n]. sed [o] iidem cumuli tot dissipandi sunt, quot

VARIETAS LECTIONIS.

Tit. I. a. *Hoc mense* E.

b. *habere* Cresc. II. 19. et XII. recte Lou.

c. *ante* Cr. *quamuis ex hum. — possit antea* Vinc. Duac. *quamuis et humido* Br.

d. *etiam* Vinc.

e. *primitus exarari* Vinc. sed alibi omisit cum Cresc.

f. *seritur et aratur* Cr.

g. *primo* Vinc.

h. *statim* om. P. et Cr. bis.

i. *sed* om. Cr. XII. et deinceps *et in campo.*

k. *disponuntur* Erf.

l. *praecipue cum* Cr. XII.

m. *quae res herbis si — proficiet* Cr. recte Lou. *quae res videlicet si obseruetur* Vinc. VI. alibi *quae res herbis.*

n. *decem et octo* Lugd. antea *stercorum* Cr. Lou.

o. *Item cumuli* Cr. *idem* Br.

quot eadem[p] die poterunt inarari[q], ne stercora exiccata[r] nihil prosint. Eiiciuntur[s] quidem laetamina, et[t] 3
qualibet hiemis parte[v]. sed si tempore suo eiici aliqua ratione non poterunt[x], ante quam seras[y], more seminis per agros[z] puluerem stercoris sparge, vel caprinum manu proiice, et terram sarculis[a] misce. Nec prodest[b] nimium stercorare vno tempore, sed frequenter et[c] modice. Ager aquosus plus stercoris, siccus vero minus requirit[d]. Sed[e] si laetaminis copia non[f] abundat, 4
hoc[g] pro stercore[h] optime cedit, vt sabulosis locis cretam id est[i] argillam spargas, cretosis ac nimium spissis sabulonem[k]. Hoc etiam[l] segetibus proficit, et vineas pulcherrimas reddit. nam[m] laetamen in vineis saporem vini vitiare consueuit.

II. Hoc mense vliginosis locis aut[a] exilibus aut[b] frigidis aut[c] opacis circa aequinoctium triticum et[d] adoreum seretur, dum serenitas constat, vt radices frumenti ante hiemem conualescant.

III. Solet terra humorem salsum vomere, qui segetes necat. vbi hoc fit, columbinum stercus aut cupressi[a] folia oportet inspargere, et ita, vt[b] eadem misceantur, in-

p. *eadem* posui ex Erf. pro *ea die*. Deinceps *potuerint* Vinc. Duac.
q. *vrarari* est vitium Gesner. secundae pro *exarari*.
r. *exsucata* Lugd. E. *exucca* Vinc.
s. *eiiciant* Vinc.
t. *et* om. Cr. *etiam* Vinc.
v. *parte si eiici non potuerunt in suo tempore. Itaque antiqua* Vinc. Duac.
x. *eiici non possunt* Cr. *potuerunt* Vinc.
y. *stratur* Vinc. Duac.
z. *agrum proiici debet et spargi terraque sar. permisceri* Vinc. Duac.
a. *sarculis* om. E. *terram* om. Cr. Lou.
b. *proderit* Cr. recte Lou.
c. *ac* Vinc. Duac.
d. *recipit* Erf.
e. *At* Vinc. Duac.
f. *copia desit* P. et Cr. edd. tres.
g. *hoc etiam* Vinc. Duac. *pro* om. Lugd.
h. *tempore* E. *caedat* Vinc. Duac.
i. Ita I. B. R. Br. Lugd. E. Vinebis. et Cresc. Louan. Vulgo *vel*. Cresc. *et*. sed Lou. *id est*.
k. *sabulum* Cr.
l. *etiam* om. Lugd. *et* Vinc. *etiam et* Cr.
m. *nam et — vstilare* Vinc.

Tit. II. a. *atque* Cr. XII.
b. *ac* Vinc.
c. *aut* om. I. B. R. Br.
d. *et adoreum* om. P. *et hordeum seremus* Erf. *et spelta seritur* Cr.

Tit. III. a. *cipressi* Vinc.
b. *ne* I. B. R.

inarare. meliùs tamen omnibus remediis erit, si aquarius sulcus[c] noxium deducat humorem. In mediocris agri iugero v tritici modios et[d] adorei totidem conseremus. nam quatuor [ager] pinguis accipiet. Si modium, quo[f] seretur, hyaenae pelle vestieris, et ibi aliquamdiu quod serendum est, esse patiaris[g], sata bene prouenire firmantur[h]. Item quoniam[i] quaedam animalia subterranea[k] sectis radicibus necant: plerumque frumenta, contra haec[l] proderit, si herbae, quae sedum dicitur, succus aquae mistus vna nocte madefaciat quae spargenda sunt seminaa vel agrestis cucumeris humor expressus et eius radix trita si aqua diluatur[m], et eodem quae serenda sunt macerentur humore. Aliqui vbi haec[n] segetes suas perferre senserint[o], inter initia vitiorum insulsa[p] amurca vel praedicta aqua sulcos et arata[q] perfundunt.

IV. Nunc gracili solo ordeum seritur cantherinum modiis v per[a] iugerum. Post hoc genus agros cessare patieris, nisi forte lactamen aspergas[b].

V. Nunc vel maturius aliquanto[a] lupinus seritur in qualicunque terra vel crudo[b] solo: cui hoc proderit, vt seratur ante quam frigus incipiat. limoso agro non nascitur: cretam reformidat: amat exilem terram atque rubricam: x modiis iugeri mensura completur.

VI.

c. *succus* Vinc.
d. *et adorei* om. P. *et hordei* E.
e. inclusit cum Commel. Gesner.
f. *quo feretur* om. P. *quo seritur* E. *modum quando* Vinc.
g. Ita Vinc. et Erf. Vulgo *patieris.*
h. *ferentur* Vinc. sed alibi *confirmantur.*
i. *quem* P. Voluit *quom* i. e. *quoniam.*
k. *subterraneis* Vinc.
l. *hoc* Br. Lugd. Erf.
m. *deluatur* Vinc.
n. *hoc* Br. Lugd. Erf. Vinc.
o. *senserunt* Br. Lugd Erf.
p. *amurca infusa aqua praedicta sulcos* Vinc.
q. Ita correxi vulgatum *aratra.*
Tit. IV. a. *V iugerum impletur* Vinc.
b. *asperseris* Vinc.
Tit. V. omittit totum Pol.
a. *aliquando* Erf.
b. *vel culto* add. Vinc.

VI. Hoc mense postremo pisum seremus, terra facili et soluta, loco tepido, caelo delectatur humecto. iugero quatuor modios vel tres sparsisse sufficiet[a].

VII. Nunc sisamum seritur[a] putri[b] solo vel pinguibus arenis vel terra congesticia[c]. iugero quatuor vel sex sextarios seuisse conueniet. Hoc mense postremo prima vice agros proscindemus, qui habituri sunt medicam.

VIII. Nunc viciae prima satio est et foeni Graeci, cum pabuli causa seruntur[a]. Viciae VII modii iugerum aeque et foeni Graeci semen implebit. Farrago etiam loco restibili[b] stercorato seritur[c]: ordei cantherini in[d] iugero X modios spargimus circa aequinoctium, vt ante hiemem conualescat. Si depasci[e] saepius velis, vsque in Maium mensem eius pastura sufficiet. quod si ex ea semen etiam redigere[f], vsque ad Martias Calendas, et dehinc pecora prohibebis.

IX. Hoc mense, vt loca foecundentur exilia, lupinus circa Idus seritur[a], et vbi creuerit, vertitur[b] vomere, vt putrefiat excisus.

X. Nunc prata, si libuerit, possumus[a] nouella formare. Si eligendi facultas est, locum pinguem, roscidum[b], planum, leniter[c] inclinatum, vel huiusmodi vallem

Tit. VI. a. *sufficiat* Br. Ceterum Cr. Basil. Libro III. Caput aliquod inscribit *de Riso* et incipit: *Riston et vopellia sunt alba.* Sed ibi bonum. *Pisum est vobilia alba.* Deinceps pro Palladii verbis: *seremus*, *terra* habet *ser. in terra tam et aura humida* postea *duae partes corbis vel parum minus in bubulcu spergentur* vbi Baf. *in iugero.*

Tit. VII. omittit Pol.

a. *feretur* Vinc.

b. *putrido* Lugd.

c. *congestina* E.

Tit. VIII. a. *feritur* Vinc.

b. *restibuli* Vinc. *sterili* Gr. G. Comm. omittit P.

c. Post *feritur* reliqua om. P. vsque ad finem.

d. *in* inserui ex Br. St. et Erf.

e. *Sed depascitur saepius: nam vsque* Vinc.

f. *rudire* Erf. *reddigere* Br.

Tit. IX. omittit totum Pol.

a. *feratur* Lugd. Erf. Vinc. Br.

b. *vertente vomere putref* Br. Erf. Vinc. bis. sed altero in loco *vt* additum habet.

Tit. X. a. *possumus* om. Lugd. et Vinc.

b. Ita Lugd. Erf. et Vinc. bis. Vulgo *rosidum.*

c. *leniter* Lugd. *oderint* Vinc.

lem deputabimus[d], vbi humor nec[e] statim praecipitari
2 cogitur, nec diu debet inhaerere[f]. Potest quidem et[g]
soluto et gracili solo prati forma, si rigetur, imponi.
extirpandus est itaque locus hoc[h] tempore, et liberandus impedimentis omnibus, vel[i] herbis latioribus[k] et solidis atque virgultis. Deinde[l] cum frequenter exercitatus[m] fuerit, ac multa aratione resolutus[n], submotis lapidibus, et glebis vbique[o] confractis, stercoretur luna
3 crescente recenti laetamine. Ab vngulis[p] iumentorum summa intentione[q] seruetur intactus, praecipue quoties[r] humescit, ne inaequale solum reddant multis locis[s] impressa vestigia. Sed[t] si prata vetera muscus obduxerit, abradendus est[v], et scalptis[x] eisdem locis foeni spargenda sunt[y] semina, et quod[z] ad necandum muscum prod-
4 est, cinis saepius ingerendus[a]. Quod si sterilis[b] factus est locus carie[c], incuria, vetustate, exaretur, ac de nouo rursus aequetur[d]. nam prata sterilia[e] plerumque arare conueniet. Sed[f] in nouo prato rapa conserere possumus, quorum messe finita, caetera quae dicta sunt, exequemur[g]. Viciam tamen[h] foeni seminibus mixtam post

d. *deportabimus* Erf.
e. *nec statim* om. Lugd.
f. *haerere* Vinc. Br.
g. *in* Vinc. Duac. VI.
h. *hic locus* Vinc.
i. *et herbis* Pol. *non solum spinetis et virgultis sed etiam herbis* Cr. *herbisque lat. et solutis virgultisque* Vinc.
k. *altioribus* I. B. R. Br.
l. *Denique* Vinc.
m. *exercitus* Pol. Vinc. *excultus* Cr.
n. *solutus* Cr.
o. *vbique* om. P. et Cr.
p. *vero* inserit Vinc.
q. *attentione* Vinc.
r. *quotiens* Br. Lugd. B. *cum* Cr.
s. *mollibus* Erf.
t. *Si vero* Vinc. *sed cum vetusta fuerint musco cooperta, radantur* Cr.
v. *abradendus scalpris et eisdem* Cr.
x. *captis* Erf.
y. *sunt* om. Pol.
z. *quodque* Vinc.
a. *inserendus* Erf. *saepe* Cr.
b. *omnino* addit Cr.
c. *incuria* omissa *carie* Lugd. *carie incuriae* Erf. Br. *locus aretur pluries et denuo* Cr. *denuo etiam* E. *vetustissima corrupta aruri et denuo prata noua formari* Cr. XII. 9.
d. *denuo aequatus fornet pratum* Cresc. VII. 2.
e. *pratum sterile — conuenit* Vinc.
f. *Sic — conferi possunt rapae* Vinc.
g. *quarum messe — exsequenda* Vinc.
h. *cum* Vinc. *spergemus* deinceps Cr. Lou. *Si vero ex campestribus locis fiant, aequandus est omnis locus et glebis confractis tam huic quam superiori semen viciae cum foeni semine spargendus est* Cr. VII. 2.

post haec spargemus. Rigari vero antequam durum solum fecerit[i], non debebit[k], ne eius cratem minus solidam vis interfluii[l] corrumpat[m] humoris.

XI. Hoc mense locis tepidis maritimisque celebranda vindemia est, frigidis apparanda. Sed maturitatem vindemiae cognoscimus hoc genere: si expressa vua[a] vinacia, quae in acinis celantur, (hoc[b] est grana,) sint[c] fusca, et nonnulla[d] propemodum nigra: quam[e] rem naturalis maturitas facit. In[f] doliis picandis hic modus erit, vt dolium ducentorum congiorum XII libris picetur[g], deinde pro minoris aestimatione subducas. Diligentiores[h] optimae cerae in decem[i] picis libras vnam libram miscent, quae et odori proficit et sapori, et picem lenitate[k] permulcens[l], frigoribus eam non patitur dissilire. Picis tamen gustu exploranda dulcedo est, quia saepe vina eius amaritudine[m] vitiantur.

XII. Nunc quibusdam locis panicum metetur et milium. Tempore hoc faselus[a] ad escam seratur. Nunc in amitibus[b] apparetur aucupium noctuae, caeteraque instrumenta capturae, vt circa Calendas exerceatur Octobres[c].

XIII. Nunc papauer seritur locis siccis et calidis: potest et[a] cum aliis oleribus seminari. fertur vtilius provenire,

i. *fuerit* Cr. Bas.
k. *debet* Vinc.
l. *superfluii* Cr. recte Lou.
m. *interrumpat* Erf.

Tit. XI. a. *vuae grana* Cr. edd. tres.
b. *hoc est grana* om. Cresc. edd. tres.
c. *sint* om. I. B. R. Br.
d. *aliqua* Cresc.
e. *quam esse facit mat. nat.* Cresc. vbi Basil. habet: *quibus indicatur maturitas naturalis.* recte Lou.
f. *apparanda in doliis pic. Hic erit modus,* Vinc.
g. *proiicietur et deinde* Lugd.
h. *In doliis picandis dilig.* Vinc.
i. *viginti* Lugd. Erf. Vinc. bis.
k. *sanitate* P.
l. *permiscens* I. B. R. Br. P.
m. *amaritudo corrumpit* P.

Tit. XII. a. *fasiolus* Colum. XI. 2. 72.
b. *in am.* om. Pol. *adminiculis* Vinc.
c. Ita Lugd. et Vinc. pro *Octobris.*

Tit. XIII. a. *etiam aliis* P. E. *etiam cum aliis herbis seri* Cresc.

venire, vbi virgae et sarmenta combusta sunt. Eo pore hoc brassicam[b] seres vtilius, vt plantas eius Novembri inchoante transponas: de quibus et hieme olus
2 et vere possit cyma[c] produci. Hoc mense spatia hortorum, quae per vernum[d] feminibus impletura es, alte tribus pedibus pastinare debebis, et luna decrescente (his) stercus inferre. Hoc mense vltimo[e] thymum seremus; sed melius plantis nascitur, quamuis possit et semine. agrum diligit apricum, macrum, maritimum[f]. Nunc circa aequinoctium seres origanum: stercorari ac rigari, donec conualescat, appetit[g]. Amat loca aspera atque saxosa. Iisdem diebus seritur capparis[h]: late serpit: succo[i] suo terris nocet. serendum[k] est ergo, ne procedat vlterius, circumueniente fossato, vel luto structis[l] parietibus, solo sicco et gracili: herbas sponte per-
3 sequitur: floret aestate. Sed occasu Vergiliarum capparis arescit[m]. Gith[n] hoc mense vltimo bene seritur. Hoc mense nasturcium[o] seremus et anethum locis temperatis et calidis, et[q] radices locis siccis, et pastinacas et caerefolium circa Octobres Calendas, et lactucas et betas et coriandrum, et primis diebus rapa[r] et napos.

XIV. Mense Septembri circa Calendas Octobres vel Februario tuberes seremus sobole vel nucleis[a], cuius tenera diligenter putriri debet infantia. Sumatur cum radicibus planta diuulsa[b]: bubulo fimo linatur[c] ac luto: statuatur pingui terra et subacta, subditis conchis et marina

b. *brassicam* — *mense vltimo* om. P. *seris* Br.
c. *cima* Br. *quima* Lugd. Erf.
d. *vere* — *implenda sunt* Cresc. XII.
e. omitt. Vinc.
f. *Hoc mense hortorum, quae per vernum* — *decrescente stercus inferre* inserit h. l. Pol.
g. *amplectitur* Br. Lugd. Vinc. *sterc.* — *app.* om. Erf.
h. *capparis* Vinc.
i. *succo* Lugd.
k. *serendus* Vinc.
l. *strictis* Lugd. P. E. Vinc.
m. *caparis marcescit* Vinc. *marcescit* etiam Erf.
n. *Gid hoc etiam* Lugd. *Giddi* I. B. Br. R. P. Erf.
o. *bene* addit Pol.
p. *anetum* Vinc.
q. *et* om. Vinc.
r. *rapam* Vinc. *rupas* Br.
Tit. XIV. a. *nucleo* Vinc.
b. *obuulsa* Erf.
c. *linietur* Erf. Br. *liniatur* Laid.

marina alga: terris magna sui parte condatur. Alii 2
pomis statim grana decussa et sole siccata pingui et probe[d] cribrata terra autumno tria simul ponunt, quae seruantur in vnum[e] coire virgultum: quod assidua rigatione iuuandum est atque fossura, quae solum leuiter scalpens[f] teneritudini robur inducat, post annum deinde vel aliquanto tardius, quae fuerit de semine planta transfertur: et hoc genere fructus efficit dulciores. Mense 3
Ianuario vltimo vel Februario tuberum[g] surculus mirabiliter proficit cydonio insitus. inseritur autem malis omnibus (et[h] pirs,) et prunis et[i] Calabrici: melius trunco fisso quam cortice. desuper qualo vel fictili vase munitur, repletis vsque prope summitatem surculi[k] terra subacta cum stercore. Prosunt tuberibus[l], quae malis prodesse memorani. Tuberes[m] seruabuntur, si obruantur in[n] milio vel vrceolis picatis et oblitis.

XV. Hoc etiam mense pauimenta in solariis et lateres faciemus eo[n] more quo Maio mense descripsi.

XVI. *[De diamoro.]* Succum mori agrestis paululum facies deferuere. Tunc succi [ipsius[a]] duas partes et vnam[b] mellis admisces, et mista curabis ad pinguedinem[c] mellis excoquere[d].

XVII. Vuas quas seruare volumus, legamus illaesas, neque acerbitate rigidas, neque maturitate defluentes[a], sed

d. Vulgatum *prope* corrigi iussit Geiner.

e. *vnicum* Lugd. Br.

f. *cappens* E. deinde *transferatur* Br.

g. *tuberum* Br. Lugd. E. In Columella XI. 2. 96. *tubures* habent Edd. primae, et in Plinio Codices Harduini.

h. *et pyris* om. Lugd. P. E.

i. *et cal.* om. P. *Calabraci* Gr.

k. Vulgo *surculis*.

l. *tuburibus* Br.

m. *tubures* Br.

n. *nucleo* Vinc.

Tit. XV. a. *eo* om. Erf.

Tit. XVI. a. *ipsius* omitt. I. E. R. Br. P. Erf. Vinc. sed alibi Vinc. *eius succi.* — *admiscebis.*

b. *in vnam* Vinc.

c. *spissitudinem* E.

d. *excoquere* Lugd. hic et saepius *decoquere* Vinc.

Tit. XVII. a. *refluentes* P. Lugd. E. *ligamus* — *fluentes* Cresc. Lou.

sed quibus est et granum luce penetrabile et[b] splendidum, et tactus cum molli iucunditate[c] callosus. Siqua sunt (corrupta[d] vel) vitiosa, resecemus: nec patiamur interesse, quibus inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta aestiui caloris induruit. Tunc incisos botryonum tenaces calida pice oportet ambiri[e], atque ita in loco sicco, frigido, et obscuro sine luminis irruptione suspendi.

XVIII. Vitis cuius[a] fructus humore putrescit, per latera pampinanda[b] est ante[c] trigesimum vindemiae diem, et sola frons illa seruanda est, quae in summitate posita solem nimium defendit[d] a vertice.

XIX. Septembris et Aprilis dies horis similibus conferuntur[a].

Hora	I	et	XI	pedes	XXIV
Hora	II	et	X	pedes	XIV
Hora	III	et	IX	pedes	X
Hora	IV	et	IIX	pedes	VII
Hora	V	et	VII	pedes	V
Hora	VI			pedes	IV

b. ita P. et Cr. Vulgo *penetrabili spl.*
c. *iocund.* Lugd. Cresc. *mellis iocund.* Erf.
d. Inclusa om. P. et Cr. *vel rimosa* Vinc. *recensemus* Leid.
e. Ita Cr. et Erf. sed hic ex correctione. Vulgo *ambuni.*

Tit. XVIII. a. *cui unae putrescunt* Cr. IV. 17.
b. *pampinientur* Cr.
c. *triginta diebus ante vindemias* Cr.
d. *defendat* E. probante Ernesti. *in vertice* Cr.
Tit. XIX. a. *conferunt* E.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER VNDECIMVS.

TIT. I.

Octobri[a] mense adoreum seremus ac triticum. Iusta satio[b] est a decimo Calendas[c] Nouembres, vsque ad sextum[d] Idus Decembres regionibus temperatis. Nunc etiam laetamen effertur ac spargitur. Hoc etiam 2
mense seremus ordeum, quod dicitur cantherinum. Seritur macra et sicca terra, vel multum[e] pingui, nam[f] quia hoc semine macescunt arua, pingui vincitur agro: alteri non habet quod[g] amplius nocere possit, cum propter macritatem semen aliud ferre non valeat. laeto agro nunc[h] est serendum. Etiam nunc eruum[i], lupinum[k] et pisum et sisamum[l] seremus (vt dixi): sisamum 3

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii Lib. XI. *sine October* Tit. I.] a. *Hoc tempore hordeum* I. B. Br. R. *Hoc mense* Erf.

b. *satis* Erf.

c. Ita pro *Calendarum Nouembrium* Br.

d. *Sexto Idus Nou.* I. B. R. *sexto Idus Decembres* Br. Vulgo *Decembris.* Pol. *X Kis.*

e. *satis* Br. Erf. Leid.

f. Pro verbis *nam — agro* Br. *Ac vincitur alteri non habet amplius quod nocere: quae semen aliud ferre non posset.* Lugd. *hac vincitur alteri — possit, quae semen al. f. n. possit.* Pol. om. *nam — serendum. pingui. hac quippe vincitur, aliud non habet amplius, quod noceat, quo semen aliud ferre non potest* Vinc. *amplius quod nocere* omisso *possit* Leid.

g. *non habet amplius quod n. p.* Erf.

h. Ita pro *non* Lugd.

i. *herbum* Br.

k. *Inpinus* A. Iunt. Commel.

l. *sisannum* P.

vsque ad Idus Octobres, et faselum, tamen[m] terra pingui aut[n] restibili agro: quatuor modiis iugerum complebimus.

II. Hoc mense lini semen seremus, si placet; quod tamen[a] pro malitia sui serendum non est; nam terrae vber[b] exhaurit. Sed si velis loco pinguissimo et modice humido, seretur in iugero VIII[c] modiis. Aliqui macro solo[d] spissum serunt: ita[e] assequuntur vt linum subtile nascatur.

III. Nunc opportuna vindemia est, cuius tempore notanda est foecunditas vitium et notis quibuscunque signanda, vt ex[a] his ad ponendum sarmenta possimus eligere. Asserit autem Columella explorari foecunditatem[b] vno anno non posse sed quatuor: quo numero[c] cognoscitur vera generositas surculorum.

IV. Hoc mense postremo[a], vbi calidi ac sicci aëris qualitas est, vbi exilis et aridus [est[b]] campus, vbi collis praeruptus aut macer, vites vtilissime[c] ponuntur, de
a quibus satis mense Februario disputaui. Nunc locis siccis, calidis, exilibus, macris, arenosis, aridis[d], quaecunque de pastinis, de vitibus ponendis, putandis, propagandis, reparandis, vel arbusto faciendo ante dicta sunt, rectius fiunt[e], vt contra exilitatem glebae[f] hibernis imbribus adiuuentur. Sic et humorem sitientibus con-

m. *tamen* om. Pol. *terra tamen* Erf.
n. Ita pro *ac* Br. Erf.

Tit. II. a. *tamen* addit Vinc. bis. Vulgo dcerat.
b. *vbertatem* Br. E.
c. *IX* P.
d. *in agro solo* E.
e. *asserunt quod* Vinc.

Tit. III. a. *exilis* Lugd. pro *ex illis*. Verba *et notis — signanda* omitt. Vinc. bis.
b. *fertilitatem* P. *vno anno explorari fertilit. non* Lugd. *fertilitatem* bis habet Vinc. et Cr. IV. 8.
c. *nomine* Vinc.

Tit. IV. a. *extremo* P. *extremo* Cr. XII. 10. idem *calidi et sicci*.
b. E. om. *est*.
c. *vtillime* Lugd. *vt* Iul. I. 1. E. et Vinc. bis. *commode* Cresc. *vtilime* Br.
d. *apricis* Lugd. I. B. Br. R. E. *apertis* Cr. Idem *pastinatis — nunc rectius fiunt*.
e. *fuerit* Pol.
f. c. *exilem glebam* E.

conferunt, et recisa vel mersa glacie non adurunt[g], quia talibus locis pruinarum vis et natura nescitur.

V. Post Idus Octobris[a] ablaqueanda est omnis novella vinea seu in pastino, seu in scrobibus aut sulcis, vt amputentur radices superuacuae, quas produxit aestate[b]: quae si conualuerint[c], inferiores radices faciunt[d] interire, et ita remanebit vitis in summitate suspensa: quae res eam frigori obnoxiam faciet[e] et calori. Sed hae radiculae non ad siccum[f] debent recidi, ne aut plures inde nascantur, aut noua plaga corpori vitis impressa vi secuti[g] algoris vtatur. recidemus[h] autem relicto digiti spatio: et si placida ibi[i] hiems est, apertas relinquemus vites: si violenta, ante Decembres Idus operiemus[k]: si praefrigida, aliquantum[l] columbini stercoris sub[m] ipsa hieme circa viticularum[n] vestigia largiemur, quod contra frigus nimium[o] Columella dicit toto faciendum esse quinquennio.

VI. Hoc tempore idcirco locis quibus dixi propagatio melior est, quia firmandis radicibus vitis incumbit, cum proferendi palmitis[a] eam cura non permouet[b].

g. *Sic — adurunt* om. E.

Tit. V. a. *Octobres* L. *Nouembris et P.* Deinde *vinea* omittit Br. L. E. V. *vt post sulcis* om. Vinc. bis.

b. *aetate* Cresc.

c. *conualuerunt* Cr. recte Lou.

d. *facient* Vinc. bis. *perenni in terra et remanet vitis* Cr. sed antiqua mea *faciunt* habet cum pr. sola Lou. addit *uutrire* pro *interire.*

e. *faciet et frigori obnoxiam et E. frigori facit obnaxiam et calori Cr. faciet* Louan.

f. Vinc. *situm* alibi *surcum.* Cr. *stipitem.*

g. *secuti* Br. Lugd. Vulgo *secuturi. impresso, insecuturo algore aut calore vratur* Cr. *cor vitis insecura vi algoris vratur* Vinc. sed alibi *vi secuta.* Antiqua mea Cresc. *in secuturi.* recte Lou. *algoris vratur.*

h. *recidintur* Cresc. *digito pro spatio* Vinc.

i. omittit *ibi* Cresc. sed habet XII. 10. deinde *relinquamus apertas, cum ante hiemem hoc est factum.* Louan. *aptas.* Br. *relinquimus.*

k. *mensem Decembris operimus* Cresc. *operimus* etiam Vinc. bis. *perfrigida* Cr. Lou.

l. *aliquantulum* Vinc. bis. et Cr. XII. 10. altero loco *modicum* Cr.

m. *sub ipsa hieme* om. P. Cr.

n. *circa viticulas largiemur* Cresc. *largiemur* Lou. *vineularum* Erf.

o. *nimium* omitt. Pol.

Tit. VI. a. *palmitis* Lugd. *palmitis ne* Br. *cum proferendis palmitibus* E. Vulgo *palmites* etiam Cr. IV. 20.

b. *prouenet* E. Vinc. bis. et Cr. Lou. sed Basil. *permouet.* antiqua mea *vram non prim.*

VII. Hoc mense aliqui vites et arbores locis calidissimis inserere consueuerunt.

VIII. Nunc etiam locis calidis et apricis[a] oliueta instituemus more vel ordine, quem Februarius mensis ostendit. Seminaria quoque olearum locis talibus faciemus hoc tempore, et omnia quae ad oleam[b] pertinebunt. Oliuas quoque albas condiemus, sicut postea referetur[c]. Hoc tempore ablaqueandae sunt arbores oleae prouinciis siccioribus ac[d] tepidis, ita vt eis a su-
2 periori parte humor possit induci. Omnem sobolem conuelli Columella praecepit[e], mihi autem videtur paucas dimitti semper ac[f] solidas, ex quibus vel[g] in vetustate matris loco delecta[h] succedat, vel melius nutrita, et aggestae[i] terrae beneficio etiam suas habens radices ad oliuetum faciendum sine cura seminarii transferatur arbuscula. Nunc si suppetit, intermisso triennio stercoranda sunt oliueta locis maxime frigidis[k]. Caprini stercoris sex libraе vni arbori vel cineris modii singuli sufficient. Muscus tamen semper radatur arboribus: et putentur (sicut Columella dicit) octo annorum aetate transacta. Videtur[l] mihi vnoquoque anno sicca et[m] infructuosa cum aliqua debilitate nascentia debere re-
3 cidi[n]. Quod si fructus arbor laeta[o] non afferet, terebretur[p] Gallica terebra vsque ad medullam foramine impresso, cui oleastri informis talea (vehementer) arctetur,

Tit. VIII. a. *apiis* Cr. XII. 10. deinde *Februario mense* P.
b. *alias* Cr.
c. *feratur* P. *resurtur* Erf. deinceps *ablaqueandas* Cr. Lou.
d. *in locis aridis aut* Gr. deinceps *posset* Lou.
e. *praecipit* Erf. et Cr. *euelli* Cr. Lou. *mihi vero* Erf. *autem* om. Br.
f. *aut solidas* Cr. recte Lou.
g. *vel* om. Cr. habet Lou.
h. *dilecta* Br. Lugd. *derelicta* Cr. Lou. *nata* Cr. Basil.
i. *agresti* E.
k. *et exilibus* add. Cr. omittens *intermisso triennio*. deinceps *radatur ab eis* Cr. Lou.
l. *autem* inf. Cr.
m. *et* om. Lugd. Cr.
n. *resecari* Br. Lugd. E. Cr. Lou. *resecare* Cr.
o. *laetas* I. I - G. mox *affert* Erf. *fert* Cr. sed pr. Lou. et antiqua *mea affert*.
p. *terebratur* Cr. recte Lou.

tur[q], et ablaqueatae arbori amurca insulsa[r], vel vetus vrina infundatur[s]. Hoc enim velut coitu steriles arbores vberantur, quas tamen durante malitia[t] oportebis inserere. Hoc mense fossas riuosque purgabimus.

IX. Graeci iubent[a], si vuam nimius[b] imber infuderit, posteaquam mustum eius primo ardore feruebit[c], vt ad alia vascula transferatur. Ita propter naturae gravitatem remanens aqua subsidet, et translatum vinum pure feruabitur, relicto quicquid se illi ex imbre miscuerit[d].

X. Nunc oleum viride[a] faciemus hoc genere. Olivam quam recentissimam, cum varia est, colligis, et si diebus aliquot collegeris, expandis, ne calefiat. si qua ibi putris aut sicca est, remoues. Vbi vero compleueris modum factorii, sales tritos vel non tritos, quod est melius, in oliuam eandem[b] mittis per decem modios tres salis, et molis[c] primo, et sic salitam in nouis canistris esse patieris, vt pernoctet cum salibus, et ducat in se eosdem sapores: ac[d] mane premi incipiat olei meliorem fluxum redditura, salis sapore concepto. canales sane et omnia receptacula olei calida aqua prius a lauabis, vt nihil de anni praeteriti rancore custodiant. Focos etiam non propius admouebis, ne olei saporem fumus inficiat. Nunc mense postremo locis siccis et calidis ad oleum faciendum lauri baccas legemus[e].

q. *immittitur* Cr. Bas. sed antiqua mea *talea arcetur* omisso *vehementer*. quod vocabulum spurium censeo. *arctetur et alldq.* Lou. *arteteur* Brusch.

r. *infunditur* Cr. Bas. sed antiqua: *ablaqueatis arbori am. infusa vel.* Etiam Lou. *infusa.*

s. Ita P. et Cr. Vulgo *fundatur.* Erf. *funditur.* deinceps Cresc. *Hoc modo sterilas* sed recte Lou.

t. *si durant in malitia* Erf.

Tit. IX. a. *dicunt* Vinc.

b. *irriguus alias nimius* Vinc.

c. *feruebat* Vinc.

d. *miscuerat* ante Vict. Erf. et Vinc. bis.

Tit. X. a. *viride* om. E.

b. *eandem* om. Vinc. qui alibi etiam habet: *oliuam mittere et per.*

c. *mollis* Vinc. *Molis. Pro decem modiis tres salis et molles salis* E.

d. *cum*, alibi *et* Vinc.

e. *legimus* Vinc.

XI. Mense Octobri serenda sunt intyba, quae hiemi[a] serutant. Amant humores et terram solutam. Arenosis et falsis locis atque maritimis summa prouenniunt. Area his planior apparetur, ne radices eorum terra fugiente nudentur. Quatuor foliorum transferantur ad locum stercoratum. Nunc plantae cardui ponuntur[b] quas cum ponemus, radices earum[c] summas ferro resecamus, ac fimo tingimus[d]: ternum[e] pedum spatio separamus incrementi causa[f], pedali scrobe depositas binas aut ternas[g]. cinerem saepe sub hieme diebus siccis fimumque miscebimus[h]. Hoc mense sinapim[i] seremus, terram diligit arenam[k], et si fieri potest, congesticiam, quamuis vbicunque nascatur. sarculari debet assidue vt respergatur puluere, quo fouetur, non minus[l] gaudet humore. De quo semen legere disponis, suo loco esse patieris; quod ad escam parabis, robustius facies transferendo. In sinapi vetus semen inutile[m] est vel sationi vel vsui: quod dentibus fractum si intus viride videbitur, nouum est: si album fuerit[n], vetustatem fatetur[o]. Hoc mense malua serenda est, quae occursu hiemis ab incrementi longitudine reprimetur. loco pingui delectatur et humido: gaudet laetamine. Transferuntur plantae eius, cum coeperint folia quatuor habere vel quinque: melius comprehendit eius planta quae tenera est: maior enim translata languebit. sapor illis[p] est melior, si non transferantur, sed ne

Tit. XI. a. *hiemi* I. B. R. Lugd. *hieme* E. et alii. mox *terram solutam arenis.* Erf. E.

b. *ponantur* Cr.

c. *earum* om. Cr.

d. *cingimus* Cresc. et Vinc. sed alibi *ferro consilius* Vinc. *ac si fimo tingimus* Cr. Lou.

e. *trium* Vinc. *ternorum* Cr. P. *pedum* om. Leid. *trinorum — separemus* Cresc. Lou.

f. *cum incrementi tantum* Cresc. recte Lou.

g. *binas aut trinas* Cr. *aut trimas* Vinc.

h. *miscemus* Lugd.

i. *sinapin* Vinc.

k. *arenteu.* Erf.

l. *non minus* Erf. Vinc. Leid.

m. *vsui est* Vinc. bis.

n. *est* Pol.

o. *fatebitur* Erf.

p. *enim* P. Lugd. *sapor eius melior esse probatur* Vinc. deinde *transferatur.*

ne cito erigantur in caulem, in medio earum glebulas constitues aut lapillos. Rara ponenda est, sarculo delectatur assiduo, si liberandae sunt herbis, ne moturn sentiant in radice. Si transferendis plantis nodum facias in radice sessiles fient. Nunc etiam locis temperatis et calidis anethum[q] seremus. Cepullae[r] seruntur etiam hoc mense, vel menta et pastinaca, thymum et origanum, et capparis[s] mensis initio. Item betam locis siccioribus, necnon amoraceam[t] seremus, vel transferemus ad culta[v], vt melior[x] fiat: nam[y] haec agrestis est raphanus. Nunc porrum verno satum transferre debemus[z], vt crescat in caput[a]. sane sarculis nisi cumfodiatur assidue, et comprehensa porri planta velut tenacibus alleuetur[b], vt inanitas spatii, quae radicibus suberit, incrementio capitis suppleatur. Ocimum quoque etiam anno seremus, quod citius nasci feritur hoc tempore, si acati imbre leuiter spargatur infusum.

XII. Qui placet curas agere siculorum, de palmis cogitet conserendis. Hoc igitur mense dactylorum non veterum sed nouorum ab pinguium recentia ossa debebit obruere, terrae cinerem miscere. si plantam velit, ponenda[a] est Aprili mense vel Maio. Locis delectatur apricis et calidis. Fouenda est, vt crescat, humore. Terram solutam vel sabulonem[b] requirit, ita tamen, vt quando planta deponitur[c], circa eam vel sub ea pinguis terra fundatur. annicula transferatur aut bima Iunio mense vel Iulio incipiente[d]. circumfodiatur assidue et

q. *anetum* Vinc. Br.
r. *Item cepullae* I. B. R. *Item cepulae* Br. *et hoc* Br. *cepae* Cresc. XII. 10. *cepulae* Vinc.
s. *Capparis* Palat. *caparus* Cresc. *capar* Erf. Vinc. Vulgo *capper*.
t. *arboracea* Vinc.
v. *loca* addit Vinc.
x. *mollior* P.
y. *haec est enim r. a.* Vinc.
z. *debebis* Vinc.
a. *in capite* E. et Vinc. bis. *vere — in capite* Cr. *in capite* etiam Br.
b. *alleuetur — radicibus* om. P. *alleuiatur* Vinc.

Tit. XII. a. *palmam ponendam curabimus Apr.* P.
b. *et sabulosam* Cr.
c. *disponitur* Lugd. E. Vinc. *ponitur* Cr.
d. *et Iulio incheoante* Cr. Idem *in nua* habet. *Iunio incip. vel Iulio* Br.

et[e] rigatione[f] continuos[g] aestatis vincat ardores. Aquis palmae aliquatenus salsis iuuantur, quae iusci debent salibus; etiam[h] si tales eas natura non[i] praebuit. Si aegra est arbor, feces vini veteris ablaqueatae oportet infundi[k], vel radicum superuacua capillamenta decidi[l], vel cuneum salicis interfossis radicibus imprimi[m]. Constat[n] autem locum prope nullis vtilem[o] fructibus, in
3 quo palmae sponte nascuntur. Pistacia[p] seruntur autumno[q] mense Octobri, (et[r]) sobole et nucibus suis: sed melius ipsa pistacia[p] iuncta ponuntur mas ac foemina: marem dicunt, cui sub corio velut ossei longi videntur latere testiculi. Qui diligentius facere[s] voluerit, pertusos caliculos[t], et sterecorata terra repletos parabit, et in his pistacia[p] terna constituet, vt ex omnibus germen quodcunque procedat[v]: quod vbi conualuerit[x] planta, hinc facilius transferatur mense Februario. Amat locum calidum, sed humectum[y], et rigatione gaudet et sole. Inseritur terebintho mense Februario vel Mar-
4 tio: at[z] alii amygdalo inseri posse firmarunt[a]. Cerasus amat caeli statum frigidum, solum vero positionis humectae: in tepidis regionibus parua prouenit. calidum[b] non potest sustinere. montana vel in collibus constituta

e. et P. Lugd. Cr. antiqua mea.

f. *rigationem* P. Iens. *et rigatione* Vinc. *vt irrigatio* Cr. Basil. *et irrigatione* antiqua mea. Vulgo erat *vt rigatione continua.*

g. *continuos* I. B. R. Br. Lugd. Cr. antiqua mea et Vinc. hic Vinc. omittit etiam *aestatis.* Cr. *odores* in antiqua mea.

h. *etsi* I. B. Br. R. *si* om. P.

i. *non* om. Erf. Verba *quae — praebuit* om. Cr.

k. *effundi* Cr. Basil. sed antiqua mea *infundi.* antea *oblaqueatae* Cr. Lou.

l. *superuacuam capillationem decidere* Cr. Bas. sed antiqua *superuacua capillatione decidi.* recte Lou.

m. Ita dedi ex antiqua mea Cr. vbi Basil. *imprimere* habet. Vulgo h. l. erat *premi* vt in Cr. Lou.

n. *non constat* Cr. qui rectius hoc colon sect. 1. verbum *requirit* inserit. *prope in illis* Vinc. *propria nullis* Cr. Lou.

o. *esse* addit Cr. Basil. sequens *sponte* om. Cr. Lou.

p. *pistacea* Br.

q. *et* addit Br.

r. *et* om. I. B. Br. R.

s. *serere* Vinc.

t. *qualiculus* Vinc. *facere caliculos* edit. Duac.

v. *prodeat* Vinc.

x. *conualuit, planta transferatur* Vinc.

y. *humidum* Erf.

z. *vel vt* P. *et* Lugd. *vt alii et amygdalo* E.

a. *affirmant* Erf.

b. *calorem* Albertus. recte!

siteta regione laetatur. Cerasi plantam silvestrem transferre debemus mense Octobri vel Nouembri, et eam primo Ianuario, cum [e] comprehendit, inserere. Plantaria vero creari possunt, si praedictis mensibus spargantur poma, quae summa facilitate nascentur. Ego 5
sic huius arboris facilitatem probaui, vt singulta ex [d] cerasso pro adminiculis per [e] vineam posita in arborem prosiluisse confirmem. Et Ianuario mense seri potest. Inseritur mense Nouembri melius [f], vel [g], si necesse sit [h], 3
extremo Ianuario. Alii et Octobri inserenda [i] esse dixerunt. Martialis in trunco inseri iubet. mihi inter corticem et lignum feliciter semper euenit. qui in trunco inserunt [k], sicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quae [l] circa est, auferre debebunt; quam [m] si remanserit, insitis nocere manifestat. In cerasis hoc seruan- 6
dum est, et in omnibus gummatis [n], vt tunc inserantur, quando his [o] vel non est vel desinit gumma [p] effluere. Cerasus inseritur in se, in pruno, in platano; vt alii [q], 2
in populo. amat scrobes altas, spatia largiora [r], assiduas fossiones. Putari in ea putria et sicca [s] debebunt, vel quae densius arctata protulerit, vt rarescat [t]. fimum non amat, atque inde degenerat. Cerasa vt sine osse [v] na- 7
scantur [x], ita fieri Martialis hoc dicit. arborem teneram

ad

e. *cum prehendit* Lugd. deinceps *ferure* Erf.

d. *virg. etiam ipsius* Cr. sequens *adm.* ex Lugd. Gesn. pro *aumin.* deſit.

e. *per vineam* om. P. Cr.

f. *melius* om. P. Cr.

g. *vel* om. Lugd.

h. *fuerit* Cr. recte Lou.

i. *serenda esse* Vinc.

k. *conserunt* I. B. R. Br. Lugd.

l. *quae circa est* om. P. et Cr.

m. *quae* A. I. I. G. Vinc. *quam — manif.* om. P.

n. *gumminatis* Lugd. E. Vinc.

o. *bis* I. B. R. *his vel non est, vel* om. P.

p. *gummen* I. B. R. Br. Palat. Lugd. *germen* E. *gummi* Iunct.

q. *et vt quidam dicunt in p.* Cr.

r. *longiora* I. B. R. Br. E.

s. *putrida vel sicca* E. Cr. *amputari in ea putrida et superfluus ex fumo deg.* Albertus.

t. *arescat* Erf. Cr. Lou. In meo Cresc. est *pressius arctata — arescant.* Sed Lou. *densius — arescat.*

v. *ossa* Lugd. bis habet.

x. *sic fieri debere M. asserit* Cr. sed idem VIII. 7. *ossibus nascantur sic asserit M.* habet. *sic asserit Mart. fiendum* Lou. *fieri docet M. hic dicit* Vinc. *ita* ex P. et Erf. addidi. deinceps Cr. Lou. *tenuem ad duos p. recides et sic teneram existentem usque*

ad duos pedes incides, et eam usque ad radicem findes, medullam partis utriusque ferro [x] curabis abradere, et fasciis utrasque partes (in [z] se) vinculo stringis, et obliuis fimo (et) summam partem et laterum diuisuras. 2 post annum cicatrix ducta solidatur. hanc arborem surculis, qui adhuc fructum non attulerunt, inseces, et [a], ut asserit, ex his sine [b] ossibus poma nascentur. Si cerasus concepto humore putrescit [c], in trunco foramen 8 accipiat, quo possit educi. Si formicas patitur, succum portulacae debobis infundere cum aceti media parte permistum, vel vini fecibus truncum arboris florentis adlinire [d]. Si aestu Canicularium [e] fatigatur, trium fontium singulos sextarios sumtos [f] post solis occasum radicibus [g] arboris iubeamus [h] influere sic, ne remedium luna deprehendat [i] vel herbam symphoniacam [k] circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea iuxta imum codicem cubile faciemus. Cerasa non aliter quam 9 in sole usque [m] ad rugas siccata seruantur. Mense Octobri aliqui mali arborem calidis et siccis regionibus ponunt, et cydonia [n] circa Nouembres Calendas, et sorbum vel amygdala [o] in seminariis obruunt, et pini semen aspergunt. Hoc mense poma condienda sunt, atque seruanda eo more, quo in singulorum titulis continetur, vel vt quaeque matura processerint [q].

XIII.

y. *ferro* om. B.

z. *in se* om. P. Cresc. edit. *et stringas et oblita fimo summam* Cr. Lou.

a. *et vt asserit* om. P. *vt asserit* om. etiam Cr. bis.

b. *absque* Cr. Vinc.

c. *concepto — putrescat* Cr. *putrescat ex humido* Albertus.

d. *adline* I. B. R. *Br.* Vinc. altero loco cum Cr. *illinire*, altero *illinere*.

e. *Caniculorum* R. Lugd. vulgo *canicularum*.

f. *sumtos* om. Vinc. *sumptas* Br.

g. *radicibus infundere, sed ne* P.

h. *iubemus* Vinc.

i. *apprehendat, Herb.* P.

k. *simphicam* Vinc. *simponiacam* Br.

l. *vel ex — faciemus* om. P.

m. *vsque ad rugas* om. P. Cr.

n. *cydonea* Br.

o. *amygdalas* I. B. R. E. *amygdolas* Br.

p. *in* om. Lugd.

q. *processerunt* Vinc.

XIII. Hoc etiam mense alucaria castrabuntur, mo-
te[a] quo dictum est. quae tamen oportet inspicere, et si
abundantia est, demere: si mediocritas, partem me-
diam relinquere pro hiemis inopia: si vero sterilitas[b]
apparet in cellis[c], nil prorsus auferre. Mellis[d] vero et
cerae superius est demonstrata confectio.

XIV. Ne[a] lecta praeteream, quae Graeci sua fide
media de condiendi vini genere disputarunt, demon-
strare curaui; qui vini naturam tali ratione discernunt,
et hanc in eo volunt esse distantiam, vt quod dulce est,
grauius dicant; quod album, et aliquatenus salsum, con-
venire vesicae; quod croceo colore blanditur, digesti-
oni accommodum[b]; quod album et stypticum, prodesse
stomacho laxiori; transmarinum, pallorem facere, et
tantum[c] sanguinem non creare: vuis[d] nigris fieri for-
te[e], rubeis suaue, albis vero plerumque mediocre. In 2
condiendo ergo[f] vino aliqui Graecorum mustum de-
coctum ad medietatem vel tertiam partem vino adii-
ciunt. Alii Graeci ita[g] iubent, aquam marinam mun-
dam[h] de puro et quieto mari, quam anno ante com-
pleuerint, reseruari: cuius talem esse naturam, vt et sal-
sedine vel amaritudine per[i] hoc tempus careat et odore;
et dulcis fiat[k] aetate. ergo eius octogesimam partem 3
musto admiscent, et gypsi quinquagesimam. post ter-
tiam deinde diem fortiter commouent, ac pollicentur
non

Tit. XIII. a. *modo praedicto* Cr. IX. 103.
b. *medietas* Cr.
c. *mellis* Cr.
d. *Melius — cunfectio* Br.

Tit. XIV. a. *nunc* Lugd. *nunc lecta praetereas* Leid. *neglecta praetereas* Erf. *sua media* om. Erf.
b. *conuenire* P. deinceps *largiori* Vinc. bis.
c. *tamen* P.
d. *Vis* P.
e. *fronte* P.
f. *igitur vinum* Lugd. *musto* Cr. bis. *De condiendo* Cr. Lou. deinde *addicunt* pro *adiiciunt*.
g. *ita* om. P. *Aliqui Graeci ita* E.
h. *a. m. sumendam* E. *puro aut* Vinc.
i. *pro hoc tempore* I. B. Br. R.
k. *fiat. Acta ergo hac eius* Lugd. *hestate* Erf. *ex aetate* Vinc. Deinde *quadragesimam* pro *quinq.* et *tertium — oportet autem et omni die vinum moueri; et si hiidius vindemia* Vinc. sed alibi vulgatam habet, *sed unaquaque die.*

non aetatem solum vino, sed splendorem quoque coloris afferre. Oportet autem nona quaque die vinum moueri atque curari: vel[l] si tardius, vndecima. frequens enim respectus faciet iudicare, vtrum vendenda sit species[m] an tenenda. Quidam resinae siccae[n] tritae vncias tres dolio immergunt et permouent, et vina diu-
4 retica sic fieri posse persuadent. Mustum vero, quod per pluuias frequentes leue est, sic curari[o] [debere] iusserunt, quod probari gustu ipsius poterit. Omne mustum decoqui iubent, donec pars eius vigesima possit absumi: melius quoque fieri, si centesimam partem[p] gypsi adiicias. Lacedaemonios vero eousque decoquere, donec vini quinta pars pereat, et quarto anno vsibus
5 ministrare. Suaue vinum de duro fieri[q] docent, si ordeacei pollinis cyathos[r] duos simul cum vino subactos mittas in vini vasculo, et[s] hora vna ibi[t] esse patiaris. Aliqui feces[v] vini dulcis admiscent. Aliqui[x] addunt glycyrhizae[y] siccae aliquantulum, et vtuntur, cum diu vasorum commotione miscuerint. Vinum quoque intra[z] paucos dies optimi odoris effici[a], si baccas myrti agrestis montanas[b] siccas et tunsas[c] mittas in cabum[d], et decem diebus requiescere patiaris: tunc[e] coles et vtaris. Vitis etiam flores arbustiuae[f] collectos in vmbra siccare curabis. Tunc diligenter tunsos[g] et cretos habebis

l. *sed* P. *et* Erf.

m. *species* om. E. et habet *vtrum vendenda sint an tenenda.*

n. *siccae* om. Erf.

o. *cicituri* Erf. *debere* om. Vinc. bis. igitur inclusi.

p. *partem* om. E. *Lacedaemonios* E. et Leid. *Lacedaemonios vero ferunt* Vinc. bis. Vulgo *Lacedaemonii.*

q. *facere* Vinc. *dicunt* Cr. deinceps *ordeacii* Cr. Lou.

r. *quatos* Lugd. hic et sect. 7. *Cados* Erf. *ciatos* Cr. antiqua mea. *ciachos d. simul tantum vino* Lou.

s. *et* om. Cr. habet Lou.

t. *ibidem* Erf.

v. *fecem* Cr. recte Lou.

x. *aliqui — miscuerint* om. P. et Cr. *Alii* E.

y. *glyciridiae* I. B. R. Lugd. sed mox Lugd. *glycuridiae.*

z. Ita Lugd. Vinc. Cr. reliqui *inter* cum Cr. Louan.

a. *fieri* Cresc.

b. *modo tanas* Cr. Basil.

c. *tonsas* Cresc.

d. *cado* Br. Vinc. Vulgo *cadum.* Deinceps Cr. *vini aliquot diebus saltem decem.*

e. *et tunc* Cr.

f. *arbustini* Cr. *arbusculae collectos* Louan.

g. *tonsos et tectos herbis in* Cr. *tunsos et tritos* Lou.

bebis in vasculo nouo, et cum volueris, tribus cadis vnam floris[h] mensuram, quam[i] Syri (cibum, Graeci) choenicam[k] vocant, adiicies[l], et superlines dolium, et sexta[m] vel septima die aperies et vteris. Vinum fieri 6
ad potandum suaue[n] ita dicunt: Foeniculi vel satureiae singulorum congruum modum vino immergi atque turbari, vel fructum quem duae nuces pineae produxerint, torrefactum et linteo ligatum mitti in vasculo, ac superliniri[o], et vsui esse quinque diebus exactis. Vinum 7
autem[p] velut vetus effici de nouello, si amygdala amara[q], absinthium, pini frugiferi[r] comam[s], foenum Graecum simul frigas[t] quantum sufficere aestimaris[v], et pariter tundas, et[x] ex his vnum cyathum per[y] amphoram mittas, et[z] magna vina conficies. Si vero conferis peccatura, huic confectioni aloën, myrrham, crocomagma[a], singula modis aequalibus[b] tunsa et in pulverem redacta cum melle miscebis, et vno cyatho vnam amphoram condire[c] curabis. Anniculum quoque vi- 8
num vt[d] longam simulare videatur aetatem, meliloti vnciam vnam, glycyrhizae[e] vncias[f] tres, nardi celtici tantundem, aloës epatices[g] vncias duas tundis[h] et cernis,

h. *florum* Cr. recte Lou.
i. *quam — vocant* om. P.
k. *Chinicam* I. B. R. Br. *chenicam* I. I-G. *Kynicam* Lugd. *Sirichinica* E. *quam Asirinacam voc.* Cr. sed Lou. *quam Syriacam voc.*
l. *adiice et superlinias* Cr. *adicis* Lou.
m. *sexto — mo — vteris* Cresc. *sexto v. septimo* Lou.
n. *v. f. optimum et suaue ad p. ita docent* Erf.
o. *superlini* E. Vinc. Br.
p. *autem* om. P. Deinceps *nouo* Cr.
q. *et abs. et pini* Gr.
r. *feroe* Vinc. sed alibi *feri*. Omittunt *frugiferi* I. B. R. Br. et Cr. edd. tres.
s. *gummi* I. B. R. Br. Vinc. bis. Cr. Bas. sed Lou. *gumnoum*, antiqua mea *gumma*. Lugd. *semen* habet. Vulgo *gumen*.
t. *fricas* Lugd. Vinc. bis. Cresc. edd. tres. *frigas* Erf. Vulgo *frangas*.
v. *aestimas* E. *aestimabis* Cr.
x. *fundas, etiam* Cr. recte Lou.
y. *in* Cresc.
z. *et magna — curabis* om. Pol. *antiqua* Vinc.
a. *crocum manna* Vinc.
b. *singula singulis aequaliter* E.
c. *condire* om. Vinc.
d. *non* P. *vel* Lugd.
e. *glyciridiae* Br. Leid. *glycylidae* Vinc.
f. *vncias* om. P.
g. *ep. vnc. duas* om. P. *epatites* I. B. R. Br. Lugd. *epatis* I. I-G. Vinc.
h. *tendis et in fut.* Pol.

nis, et in sextariis quinquaginta cochlearia sex inconde[i], 9 et vas ponis[k] in fumo. In album[l] colorem vina fusca mutari asserunt[m], si[n] ex faba lomentum factum vino quis adiiciat, vel onorum trium lagoenae[o] infundat albonem, diuque commoueat, sequenti die candidum reperiri: quod[p] si ex Afra pisa lomentum adiiciatur, 10 eadem die posse mutari. Vitibus quoque hanc esse naturam, vt alba vel nigra si redigantur[q] in cinerem, vinoque adiiciantur[r], ei vnamquamque formam sui coloris imponere, vt[s] ex nigra fuscum, candidum vero reddatur ex alba[t]; ea ratione scilicet, vt combusti sarmenti cineris[v] modii vnius mensura mittatur in dolio, quod habebit amphoras x, et triduo sic relictum[x] post operiatur ac lutetur: album vel (si[y] ita visum fuerit) ni- 11 grum reperiri[z] quadraginta diebus exactis. Vinum quoque asserunt ex molli forte sic fieri: Altheae, hoc est, ibisci[a], folia vel radices, aut eius caulem tenerum[b] decoctum mitti, aut gypsum, aut ciceris[c] cotulas duas, aut cupressi pilulas[d] tres, aut buxi folia, quantum manus ceperit[e], aut apii semen, aut[f] cinerem sarmentorum, cui vis flammae[g] corpus reliquit exile omni[h] soli-

i. *retunde* Vinc. *cochlearia* Br.
k. *pones* Vinc.
l. *in album vinum fusca* P.
m. *asserunt* om. Pol. Palat. Lugd. E.
n. *si quis onorum tr. albuginem inf. diuque* Pol.
o. *lagenae* Vinc. bis. Br.
p. *quod si — mutari* om. P.
q. *redigatur* Cr.
r. *imponantur* P. Cr.
s. *vt — fuscum* om. P. Cr.
t. *reddetur ex rubeo et ra.* Cresc. *reddatur ex rubeo et albo; eadem* Cr. Lou.
v. *cinis — dolium* Cr.
x. *relictum cooperiatur vt lutetur eritque alb.* Cresc. sed Bas. *relictis coop. eritque* omissis reliquis. *relictum operiatur et lutetur* Lou.
y. *si — fuerit* om. Cr.
z. *reperiri* om. Cr.
a. *cuisci* Vinc. bis. *arbusti* Cresc. sed Bas. *hoc est ibisci* omisit. *ibisti* Lou.
b. *teneram decoctam mitte* Cresc. *immitte* Vinc. bis. recte Cr. Lou.
c. *cineres ad cocular duas* Vinc. sed alibi *cineris concular habet. Cocleas duas* Cr. sed Basil. *cochlearia duo.* recte Lou.
d. *pillulas* Commel. I. I. G.
e. *capit* Cresc.
f. *et* Cr. Br.
g. *flaminis* Lugd. *cuius flamma* Erf. *cuius vis — relinquit* Cresc. recte Louan. *cui permixtio corpus* Vinc. *cuius commixtio corpus* alibi Idem.
h. *cum solid.* Cr. recte Lou.

soliditate detracta. Vinum vero eadem[i] die ex austero 12
lympidum atque optimum fieri, si grana piperis[k] de-
cem, pistacia[l] viginti adiecto modico[m] vino simul con-
teras, et in[n] sex vini sextarios mittas, diu omnibus ante
commotis, tunc[o] requiescere patiaris[p], et coles usui[q]
mox futurum. Item feculentum statim[r] lympidum
reddi, si VII pini nucleos in (vnum[s]) vini sextarium
mittas, diuque commoueas, et paululum cessare patia-
ris: mox sumere puritatem, colarique debere, et in
usum referri. Item (quod Cretensibus oraculum Pythii 13
Apollinis monstrasse memoratur) fieri sic candidum, et
sumere vetustatis saporem, si squinuanthos[t] vncias qua-
tuor, aloes epaticae[v] vncias quatuor, mastici[x] optimi
vnciam vnam, cassiae fistulae vnciam vnam[y], piperis
vnciam vnam, spicae[z] Indicae semunciam, myrrhae
optimae vnciam vnam, thuris masculi non rancidi[a]
vnciam vnam: tundis vniuersa, et in tenuissimum pul-
verem cribro excutiente deducis. Cum vero mustum 14
ferbuerit, despumabis, et omnia vuarum grana, quae
feruor[b] in summum reiecit[c], expelles. Tunc gypsi
usti atque cribrati tres Italicos sextarios mittis in vini
amphoras decem, prius[d] tamen partem quartam vini
coni-

i. *ea die ex austero et turbido limp.* Vinc. *ea die* omissis *ex austero* Cr. et *limpidum. ea die* etiam Br.

k. *pip. pistacei XX* Cr. Lou. *piperis* 10 *piscacii* 20 Cr. editt. duae meae.

l. *pist. vig.* om. P.

m. *vini* Vinc. Cr. *medio vini* Cr. antiqua mea.

n. *in* om. Cr.

o. *tunc* om. P.

p. *patieris* Vinc. *quiescere* Cr.

q. *colore usui* Vinc. *et ante coles* om. Cr. Basil.

r. *in* infer. I. B. R. Br. *limpidum fieri* Cr.

s. *vnum* om. E.

t. Vulgo *squinuanthos.* I. B. Br. R. *squinantos,* A. Iunt. G. *squinnator.* Pol. *squinarias.* Lugd. E. vulgatam habent.

v. *epatites* I. B. Br. R. *epatici* A. Iunt. G. *epat. vnc.* om. P. *epatitae* Leid.

x. Vulgo *mastici optimi.* Mecum I. B. Br. R. Lugd. *masticis optimi* A. Iunt. G.

y. *vnam pip. — rancidi vnciam vnam* om. I. B. Br. R.

z. *spinae* G. Gr.

a. *radici* Lugd.

b. *feruens* Lugd. I. B. Br. R.

c. *eressit in summum* P. *regessit* Lugd.

d. *post* I. B. Br. R.

condiendi in alia vasa transfundes, et ita gypsum adiicies, et dolium viridi ac radicata canna per biduum for-
15 titer agitabis. tertia vero die, ex suprascriptis[e] pulueribus quaterna cochlearia completa modestius[f] in denas vini amphoras mittes, et vini, sicut supradictum est, quartam partem, quam alibi diffuderas, superadiicies, et dolium replebis, et item diu agitare curabis, vt specie-
16 rum vis omne musti[g] corpus inficiat. tunc operies atque oblinies[h], relicto breui foramine, quo aestuantia vina suspirent. Sed exemtis quadraginta diebus, et hoc spiraculum claudis, et deinde[i] vt libuerit, gustas. Illud[k] memento seruare prae caeteris, vt quoties[l] vinum movetur, inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat. Linimentum quoque dolii non gypso sed sarmentorum
17 cinere debebis inducere. Item vinum, quod salutare contra pestilentiam sit, et stomacho prosit, fieri hoc genere fertur: in optimi musti metreta vna ante quam ferueat, tunsi[m] absinthii octo vncias linteo inuolutas demittes[n], et[o] exactis XL diebus curabis auferre. id
18 vinum refundis lagoenis[p] minoribus, et vteris[q]. Nunc condiunt, primo amne musti spumantis egesto, quibus moris est gypso vina medicari. Sed si natura lenius[r] vinum est, et saporis humecti[s], in congiis centum duos gypsi sextarios misisse sufficiet. Quod si vinum nascitur virtute solidius, medietas abunde[t] praedictis poterit satis esse mensuris.

XV.

e. *supradictis* P. E.
f. *modestius* et *denas* om. P. *mittis* Br.
g. *mixtum* P.
h. *illinies* F. *adlinis* I. B. Br. R. *adlines* A. Iunt. G. Leid. Deinde *exemptis* Br.
i. *deinde* om. Pol. *cum libuerit* Lugd. E. Br.
k. *Illud — inducere* om. P.
l. *quotiens* Lugd. Br.
m. *tusi* Vinc.
n. *dimittas* Vinc. *dimittis* Br.
o. *et — auferre* om. Vinc.
p. *lagenis* Br. *refundas lagenis* Vinc. *laguenis* hic et alibi Lugd.
q. *vtaris* Vinc.
r. *lentum* P. et Cr. IV. 38. *lenius* I. I. G.
s. *humectum* Cresc. qui deinceps addit: *aut pluuia agitatum centesima pars gypsi sufficiet. Quod si vinum nascitur* etc. sed haec omnia antiqui mea omisit.
t. *abunde sufficiet* Cr. breuiter.

XV. Nunc rosatum sine rosa facies sic. Folia citri viridia sporta palmea missa[a] in musti nondum feruentis vase depones, et claudes, et exemtis[b] quadraginta diebus melle addito ad modum rosati, cum placebit, vteris.

XVI. Hoc mense, omnia quae locis suis leguntur[a], ex pomis vina[b] conficies.

XVII. *[De oenomelle.]* Mustum de maioribus et egregiis vitibus post xx dies, quam leuatum fuerit ex lacu, quantum volueris sumis[a], et ei mellis non despumati optimi[b] quintam partem (prius[c]) tritam fortiter, donec albescat, admisces, et agitabis ex canna radicata vehementer. Mouebis autem sic per dies xl continuos, vel[d] quod est melius, quinquaginta, ita vt cum[e] moueris, mundo linteo tegas, per quod facile confectio aestuabunda suspiret[f]. Post dies autem[g] quinquaginta munda[h] manu purgas[i] quodcunque supernatabit, et in vasculo gypso diligenter includis, et[k] ad vetustatem reseruas. Melius tamen si in minora et picata vascula proximo vere transfundas, et gypsata diligenter operias, et in terrena et frigida cella recondas, vel arenis fluuialibus vel eodem solo vascula ex aliqua parte submergas. hoc nulla vitiatur aetate, si tamen[l] diligenter effeceris.

Tit. XV. a. *immissa* Vinc.
b. *claudes exceptis* Vinc. *deponis* Br. *exemptis* Br.

Tit. XVI. a. *locis leg. suis* Erf. *in locis* Vinc.
b. *recte cons.* Vinc.

Tit. XVII. Vulgo *De oenomelli.*
a. *sumes* Lugd. P.
b. *optimi* om. P.
c. *prius* om. P.
d. *vel quod — quinquag.* omitt. Lugd.
e. *cum commoueris* P.
f. *aestu abundat, respiret* E. *aestuanda* Br.
g. *ergo* l. B. Br. R. E. Lugd.
h. *munda manu* om. P. mox *et* om. E.
i. *purgabis* P.
k. *et ad vet. reseruas* om. Pol. Vulgo *tam* erat.
l. *tamen* P.

XVIII. Nunc defrutum[a], caroenum[b], ſapam conficies. Cum omnia vno genere conficiantur ex muſto, modus his et virtutem mutabit et nomina. Nam defrutum a deferuendo[c] dictum[d], vbi ad ſpiſſitudinem fortiter deſpumauerit[e], effectum eſt. Caroenum[b], cum a tertia[f] perdita duae partes remanſerint. Sapa, vbi ad tertias[g] redacta deſcenderit; quam tamen[h] meliorem facient[i] cydonia ſimul cocta, et igni ſuppoſita lignaficulnea[k].

XIX. Paſſum nunc[a] fiet ante vindemiam, quod Africa ſueuit[b] vniuerſa conficere pingue[c] atque iucundum, et[d] quo ad conditum[e] ſi vtaris mellis vice, ab inflatione te vindices[f]. Leguntur[g] ergo vuae paſſae quamplurimae, et in fiſcellis[h] clauſae iunco factis aliquatenus rariore[i] contextu, virgis primo fortiter verberantur[k]. Deinde vbi vuarum corpus vis contuſionis[l] exſoluerit, cochleae[m] ſuppoſita ſporta comprimitur[n]. Hinc paſſum eſt quicquid effluxerit, et conditum vaſculo mellis more[o] ſeruatur.

XX.

Tit. XVIII. a. *defritum* Lugd. E. *defrictum* Cr. antiqua mea.
b. *Caloenum* I. B. Br. R. *Caroenum* Par. B. hic et mox. *Carenum* Vinc. *Coroenum* Cr.
c. *defrictum a deferuiendo* Creſc. antiqua mea.
d. *eſt* add. Cr.
e. *diſpumet* omiſſis *eſſ. eſt* Creſc. *diſpumant* antiqua mea, *diſpumauerit* Br. recte Lou.
f. *parte* add. Cr.
g. *tertiam. deſcendit* Cr. *tertias* Lou.
h. *tamen* om. Cr. Baſil. *quantum* antiqua mea.
i. *faciunt* Cr. *cidonea* Lou. *ſi cidonia ſ. c. fuerint* Vinc.
k. *ficulna* I. B. R. *et — ficulnea* omitt. Cr.
Tit. XIX. a. *nunc* om. E. *p. vero nunc faciunt* Vinc.
b. *conſueuit* Vinc. bis. Cr. *ſolita eſt et conſueuit* Louan.
c. *lene atque iuc.* Vinc. bis. *p. ac iucundum* Cr. *atque ioc.* Br.
d. *et quo ad cond.* om. P. *et quo — vindices* om. Cr.
e. *condimentum* Vinc. bis.
f. *vendices* Vinc. bis.
g. *Legantur* Vinc.
h. *faſcellis ex iunco factis* Creſc. *fiſcellis* Lou.
i. *rariore* omiſſo *contextis virgis poſitae fortiter v.* Cr. recte Lou.
k. *verberentur* Vinc. bis.
l. *ius concuſſionis* Cr. recte Lou. *vis* habet. *concuſſionis* etiam Vinc. *exoluerit* Br.
m. *cochl. ſupp. ſp.* om. Cr. *coclear* Br.
n. *exprimitur* Cr. recte Lou. *comprimuntur* Vinc.
o. *vicem* P.

XX. *[De cydonite.]* Abiecto corio mala cydonia matura in breuissimas ac[a] tenuissimas particulas recides, et proiicies durum[b], quod habetur interius. deinc in melle decoques, donec ad mensuram mediam reuertatur, et coquendo piper subtile consperges[c]. Aliter: Succi[d] cydoniorum sextarios duos, aceti sextarium vnum[e] semis, et mellis duos sextarios miscebis, et decoques donec tota permistio pinguedinem puri mellis imitetur: Tunc triti piperis atque zinziberis[f] binas vncias miscere curabis.

XXI. *[De fermento musteorum seruando.]* Ex nouo tritico[a] purgato farriculum[b] facies, et ex musto de[c] sub pedibus rapto curabis infundere, ita vt modio farris lagoenam[d] musti adiicias: deinde sole siccabis, et item[e] similiter infundis ac siccas. Hoc cum[f] tertio feceris, panes ex eo breuissimos admodum facies musteorum[g], et in sole siccatos vasculis nouis fictilibus recondis et gypsas. Pro[h] fermento, quo tempore anni musteos facere volueris, hoc vteris.

XXII. Vuam passam Graecam sic facies[a]. Melioris acini[b] et dulcis et lucidi botryones[c] in ipsa vite torquebis, et patieris[d] sponte inarescere[e], deinde sublatos in vmbra suspendis, et vuam constrictam[f] componis[g] in

Tit. XX. a. *ac tenuissimas* om. P. Lugd. *cydonea* Br.
b. *durum* deest I. B. Br. R.
c. *consperges* Br.
d. *succum cydoneorum* Br. *sucum* Lugd.
e. *vnum* om. P.
f. *gingiberis* P. Pal. E. *zingiberis* Lugd.
Tit. XXI. a. *trunco* Vinc. XV. 126. sed alibi recte.
b. *farreolum* E. *fariculum* Vinc.
c. *de* om. I. B. Br. R. Lugd. E. Vinc. *ex* om. Br. E. Vinc.
d. *lagenam* Vinc. Br.
e. *iterum* Vinc.
f. *autem* E.
g. *mustorum* Vinc. sed alibi recte.
h. *sicque pro* Vinc.
Tit XXII. a. *facias* Cr. IV. 18.
b. *meliores* Cr. vbi Basil. omisit *acini* et *lucidi*. Vinc. etiam *melioris* om. sed altero loco XIV. 85. habet *meliores — facies sponte macrescere.*
c. *botriones* Cr.
d. *patiaris* Cr. recte Lou.
e. *marcescere* Lugd. Erf. Vinc. *mediocriter siccari* Cresc. *suspendes* Vinc.
f. *districtam* I. B. Br. R. Lugd. Cr. edd. tres. *destrictam* Vinc. et Leid.
g. Ita I. B. R. P. E. Par. et Cr. Vulgo *cum ponis.*

in[h] vasculis, substernis pampinos sicco algore frigentes, et manu comprimis, et vbi[i] vas impleueris, item desuper[k] pampinos addis[l] (nihilo minus non calentes,) et operculabis, ac statues in loco frigido sicco, quem nullus fumus[m] infestet.

XXIII. October Martium similibus vmbris[n] sibi fecit aequari.

Hora	I	et	XI	pedes	XXV
Hora	II	et	X	pedes	XV
Hora	III	et	IX	pedes	XI
Hora	IV	et	IIX	pedes	IIX
Hora	V	et	VII	pedes	VI
Hora	VI			pedes	V

h. *in vasculis — comprimis et* om. Cr. addit Louan.
i. *cum* Cr. *ita et vna* Vinc.
k. *item* om. Cr. ex quo deinceps *desuper* addidi.
l. *addes* Cr. omissis *nih. minus non cal.* Vinc. etiam *addes* habet, et post *operculabis* addit *vas.*
m. *fimus* Cr. recte Lou.

Tit. XXIII. n. *sim. boris* nescio vnde laudat Gesner.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER DVODECIMVS.

TIT. I.

Nouembri[a] mense triticum seremus et far satione legitima, (ac semente solenni.) Iugerum vtriusque seminis modiis quinque tenebitur. Nunc et ordeum maturum adhuc seremus. In huius principio fabam spargimus, quae pinguissimum vel stercoratum desiderat[b] locum, vel vallem, quam succus veniens a summitate foecundet[c]. Primo seritur, deinde proscinditur[d], et tunc sulcatur. occanda est large, vt tegi plurimum possit. Aliqui locis frigidis dicunt in fabae satione glebas non esse frangendas, vt per eas gelicidiorum[e] tempore possint germina obumbrata defendi. Satione[f] eius generis, sicut opinio habet, non foecundatur terra, sed minus laeditur. nam Columella dicit agrum frumentis vtiliorem probari, qui anno superiore vacuus fuerit, quam qui calamos fabaceae messis eduxit. Pingue[g] iugerum sex modii occupant; mediocre, amplius. Spisso

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii Lib. XII. *siue Nouember.* Tit I.] a. *Hoc* vid. Ian. prinę. mox *ingerum* om. E.
b. *diligit* P.
c. *fecundat* E.
d. *proscindatur* Vinc.
e. *gelicidias rum* Lugd. *gelicidiarum* Br. deinde *gramina.*
f. *glebas — satione* om. E. mox est *opinio habetur*, sed corr.
g. *Pingue* om. P.

3 Spisso bene prouenit: macrum solum[h] nebulosumque non patitur. Curandum est[i] praecipue, vt luna xv seratur, si adhuc ictum solis repercussa non sensit. Aliqui dicunt quartamdecimam potius eligendam. Sanguine caponis Graeci asserunt fabae semina macerata herbis aduersantibus non noceri. aqua pridie infusa citius nasci, nitrata aqua respersa cocturam non habere difficilem. Nunc seritur prima lenticula, sicut Februario mense narratum est. Hoc etiam toto mense poterit lini semen aspergi.

II. In huius maxime [mensis[a]] principio, possumus instituere noua prata, more quo dictum est. Hoc etiam toto mense locis calidis et siccis vel[b] apricis erit vitium celebranda positio. Nunc et propago iure ducetur, et locis frigidis nouellas vites et arborum plantas circumsodere atque operire conueniet; et ante Idus nunc[c] mergus, hoc[d] est propaginis curuatura, post triennium[e], quam pressa fuerat, recidetur a vite.

III. Nunc ac deinceps vinea vetus, quae in iugo est vel[a] pergula, si robusto et integro trunco sit, ablaqueata fimo satietur[b], et angustius putata inter quartum et tertium pedem a[c] terra viridissima parte corticis acuto ferramenti mucrone feriatur, ac fossa frequentius incitetur[d]. Nam (sicut asserit Columella[e]) ex eo loco germen plerumque[f] producit, et veniente vere fundit[g] materiam, qua vitis reparetur antiqua[h].

IV.

h. *locum* P. E. V.

i. *Curandumque pr.* Erf. *est* om. Br. Vinc.

Tit. II. a. *mensis* om. Lugd. I. B. Br. R. V.

b. *vel apricis* om. P. et Cresc. XII. 1. qui deinde habet *est — celebranda, et propago recte ducetur — conueniet et macras stercorare.*

c. Vulgo *Idus. Nunc.*

d. *hoc* om. P.

e. *postriennium* Lugd. deinde *fuerit* Br.

Tit. III. a. *vel pergulasi* om. P. *pericula* Vinc.

b. *sanetur* Erf. deinceps *intra quartum* Cr. Lou.

c. *a terra* om. L. et Erf.

d. *incidetur* Vinc.

e. *sicut Col. dicit* Erf.

f. *plurimum* I. B. R. Br. *producitur* Vinc.

g. *fundit* om. Vinc.

h. *antiqua* om. P. et Vinc.

IV. Nunc putatio autumnalis celebratur in vitibus et arboribus, maxime vbi inuitemur tepore[a] prouinciae, et putantur oliueta: et oliua, cum varia coeperit esse, colligitur, ex qua primum fiet oleum. nam cum tota nigrescet[b], quod speciei[c] merito posteraui, fundendi vbertate compensat. Est vtilis olearum putatio, caeterarumque arborum, si loci patitur disciplina, vt decissis[d] cacuminibus, rami fluentes per latera prona fundantur. Quod si regio insolens et incustodita contigerit, agendum prius toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, vt altitudine animalium supergressa[e] modus transcendatur iniuriae, et arbor iam spatio suo tuta curetur[f].

V. Nunc etiam locis calidis ac siccis regionibus oliueta ponuntur, sicut Februario disputatum est. Amat haec arbor[a] arduo locorum situ mediocriter[b] ab humore suspendi, scalpi assidue, laetaminis vbertate pinguescere, feracibus ventis clementer[c] agitari. Hoc etiam mense oleis sterilibus[d] quae supradicta sunt remedia faciemus. Nunc et corbes et pali et[e] ridicae bene fieri possunt. Etiam nunc locis temperatis est laurini olei iusta confectio.

VI. Hoc mense allium bene seritur et[a] vlpicum in terra maxime alba fossa et subacta sine[b] stercore. Sul-

Tit. IV. a. *tempore* E.
b. *nigrescit* E. Cr. V. *sed cum t. n. melior est et illud quod*, Leid. *cum vota*.
c. *spei merito derogauit foec. compensat*. Cr. cum vulgata Louan.
d. *decissas* Frf.
e. *supergressum* Vinc.
f. *curretur* Vinc. *curretur* Erf. *arbos in spatioso tuta curretur* Leid.
Tit. V. a. *arbos* Lugd.
b. *mediocri* E. *laborum* Vinc. *arduo l. situ* om. Cresc.
c. *frequenter* E. *clementer feracibus* Cr.
d. *feracibus* P.
e. *et ridicae* om. P. *radicae* Vinc.
Tit. VI. a. *in* addidi ex Cresc. *et vlpicum* om. Pol.
b. *sine* om. Lugd. *licet in alia terra etiam stercorata prouenit. sed inseri potest mense Octobri, Februario, et Martio. et in locis calidis mense Decembri, et si dimittantur in terra, quando maturi sunt, reperiuntur eorum radices et folia et faciunt semen sequenti anno quod seminari potest et alia producit. Plantantur in areis vno pede seu palmo distantes. Item poni possunt in areis herbarum duae aut tres acies in qualibet* Cresc.

cos in areis facies, et semina in locis altioribus pones
IV digitis separata, neque altius pressa. Sarculabis fre-
quenter, inde plus crescent[a]. Si capitatum[d] facere vo-
lueris, vbi coeperit caulis[e] prodire, proculca[f]; ita suc-
2 cus reuertetur ad spicas[g]. Fertur, si luna sub terris
posita seratur[h], et item sub terris luna latente vellatur,
odoris foeditate[i] carituram; Vel paleis[k] condita aliis,
vel fumo[l] suspensa durabunt. Nunc et cepulla[m] seri
potest[n], et cardnorum planta disponi, et armoracea[o]
seritur et cunela.

VII. Hoc mense locis calidis, caeteris vero Ianua-
rio Persici ossa in pastinatis[a] areis[b] sunt ponenda, binis[c]
a se pedibus separata, vt[d] cum ibi plantae excreuerint,
transferantur[e]. Sed ossa ponantur acumine deorsum
verso[f], et non amplius quam duobus aut tribus palmis[g]
obruantur. ossa vero quae ponenda sunt, aliqui siccata
prius paucis diebus cineris mistione terra soluta in qua-
lis reseruant. Ego vero vsque ad serendi tempus sine
2 vlla cura saepe seruaui. Locis[h] quidem qualibuscunque
proueniunt. sed et[i] pomis et frondibus et durabilitate
praecipua sunt, si caelum calidum, solum[k] arenosum
et humidum sortiantur: frigidis vero et maxime vento-
sis nisi obiectu aliquo defendantur, intereunt. Dum
tenera sunt germina, saepe[l] herbis circumfossa[m] libe-
rentur.

c. *quia plurescunt* Vinc. alibi *inde plurescent* Cresc. *sarculanda sunt fr. vt melius eorum capita crescant.*
d. *si bene capitata* Cr.
e. *coeperint eorum stipites* Cr.
f. *proculcans ita* Lugd. *prosulcas* Leid. *ita* etiam Erf. *procul calca ita quod* Cresc. vbi *quod* om. Lou. Vulgo *ita* deest. *Sicque succus* Vinc. sed alibi *ita succus.*
g. *ea* sc. *capita* Cr.
h. *terra — seruntur — et sub terris — vellantur* Cr. *seratur* Lou.
i. *feritate* Vinc.
k. *Item in paleis* Cr.
l. *fimo* Cr. recte Lou.
m. *cepula* Vinc.
n. a *potest* vsque ad finem om. P.
o. *amaraca — et cunilea* Vinc.

Tit. VII. a. *pastiniis* Lugd.
b. *quae eis* Vinc. *agris* Br.
c. *binis* Vinc. *vel vno* addit Cr.
d. *et cum* Br. Vinc. Cr.
e. *transferuntur.* Vinc.
f. Verba *Sed — verso* omitt. Cr.
g. Ita pro vulgato *digitis.* I. B. R. Br. Lugd. Erf. Cresc. Vinc.
h. *In locis quibuscunque proueniunt* Cr. vbi *In* omitt. Lou.
i. *et* omitt. Cr.
k. *solum* om. Pal.
l. *herbis persaepe* Cr.
m. *circumfusa* E.

rentur. Bimam plantam recte transferemus [n] scrobe breui. Nec a se longe [o] statuendae sunt, vt inuicem so-
a calore solis excusent [p]. Ablaqueandae sunt per au- 3
tumnum, et suis stercorandae foliis. Putanda persicus in autumno [q] est, vt arida et putrida tantum virgulta tollantur: nam siquid [r] viride resecemus, arescit. Languenti arbori veteris vini feces aquae mistas oportet infundi [s]. Affirmantibus Graecis Persicus scripta nascetur, si ossa eius obruas, et post dies VII, vbi patefieri coeperint, apertis his nucleos tollas, et his cinnabari [t], quod libebit inscribas. Mox ligatos simul cum suis ossibus obruas diligentius adhaerentes. [Genera [v] eo- 4
rum sunt haec, duracina, praecoqua Persica, Armenia.] Si [x] haec arbor ardore solis inarescit [y], frequenti aggestione cumuletur, vespertino iuuetur humore, et obiectis [z] defendatur vmbraculis. Iuuat [a] in ea et spolium serpentis appendi. Nunc iam contra pruinas stercus ingeratur Persico, vel feces vini cum [b] aqua permistae, vel quod magis prodest, aqua in qua faba decocta est. Si vermes Persicus patitur, cinis eos amurcae mistus 5
extinguit [c], vel bouis vrina [d] cum aceti tertia parte confusa. Si poma caduca sunt [e], nudatae radici eius vel trunco lentisci aut terebinthi cuneus affigitur [f], vel tere-

bratae

n. *transferimus* Cr.

o. *longius* Lugd. E.

p. *vt inu. a se calorem solis excutiant* Cr. edd. 4. Deinceps *ablaqueandae per* Louan.

q. *eo* Lugd. Br. et Vinc. *eodem* E. *item putandi sunt putrida et arida tantum* Cresc. vbi antiqua mea *tamen* habet. *putria* Lou.

r. *si aliquod viride auferatur* Cr. recte Lou. *arescunt* Cr.

s. *infundere* Cr.

t. *cinnabari* om. Pal. *et hos cinnabari inscribas* Cr. *cynabori quodlibet* Lou.

v. *Genera — armenia* omitt. P. Lugd. Cr. Verbum *praecoqua* om. I. B. R. Br.

x. *Si* omitt. Cr.

y. *arescit* Cresc. *marcescit* Vinc. Deinde Cr. *et ideo fr.*

z. *et obiectus* Cr. vnde inserui *et.* recte Lou.

a. *Iuuat — appendi* omitt. P. Cr. *iuuat in ea* Erf.

b. *vini aquae mistae* Lugd. *mixta* Cr. recte Lou.

c. *extinguet* E. Vinc. Cr. Lou.

d. *aruina* Vinc.

e. *fiant* Cresc. *fiunt. radicis eius nudatae vel* Lou.

f. *infigatur* Cresc. *affigatur* Lou. deinde *imprimatur* Cr.

brutae in medio palus salicis imprimetur. Si poma rugosa creabit aut putrida[g], circa imum[h] truncum cortex recidatur, et cum inde modicus humor effluxerit,
6 argilla vel paleato luto plaga retegatur[i]. Magna poma Persicus affert, si floremi[k] per triduum ternos sextarios caprini lactis ingesseris. Contra vitia Persici proficit[l] spartum ligatum vel spartea suspensa de ramis. Mense Ianuario vel Februario locis frigidis, Nouembri calidis Persicus inseratur[m], maxime circa terram surculis plerioribus et prope arborem[n] natis. nam cacumina vel non[o] tenebunt, vel diu durare non poterunt. Inseritur[p] in se, in amygdalo, in[q] pruno: sed[r] Armenia vel praecoqua prunis, duracina amygdalis melius adhaerescunt,
7 et tempus aetatis acquirunt. Mense Aprili vel Maio locis calidis, in Italia vero vtroque exeunte[s] vel Iunio Persicus inoculari potest, quod emplastrari[t] dicitur praeciso super[u] trunco, et emplastratis pluribus[v] gem-
8 mis, more[x] quo dictum est. Persicus[y] rubescit, si platano inserta figatur[z]. Duracina[a] seruantur, condita[b] mutia[c] et oxymelis, vel detractis ossibus ficorum more in sole siccantur[d] ac pendent. Item saepe vidi detractis ossibus duracina[e] melle condita, et saporis esse[f] iucundi. Item bone seruantur[f], si vmbilicum pomi gutta picis

g. *poma* Lugd. Erf. Vinc. Cr. Lou.
h. *vnum* Cr. recte Lou.
i. *luto vegatur* omisso *plaga* Cr.
k. *autem floreni* Vinc.
l. *spartum ligatum vel* omisit Pal. *fertur proficere spartea ad ramis suspensa* Cr. *sparteo* Lou.
m. *inseritur* Cr.
n. *seu stipitem* addit Cr.
o. *non* omisit Pal.
p. *et* Cresc.
q. *sed Arm.* — *mense* om. Pal. et Cr. *vel persica* Cr.
r. *Maio existente et in Iunio* Cr.
s. *implastrari* hic et alibi Br. Lugd.
t. *desuper* Cr.
v. *plurimis* Cr.
x. *eo modo quo* Cr. recte Lou.
y. *Persica* Vinc.
z. *figitur* Lugd. *inserta* om. Erf.
a. *Poma* Pal. *Duratina* Vinc.
b. *in vrna et melle* Vinc. *Persica seruantur si detractis ossibus in sole siccantur. Item detractis ossibus melle condiuntur* Cr.
c. *sicc. et pendent* om. Pal.
d. *ea* Pal. *duratina* — *condita* Vinc.
e. *est* Vinc. *et sic saporis iucunda fiunt* Cr. *iocundi* Br.
f. *Item seruari dicuntur si vmbilicum g.* Cr.

picis calentis[g] oppleueris[h], vt sic[i] sapae[k] innatare cogantur vase[l] concluso. Pinus creditur prodesse omni- 9.
bus quae sub ea seruntur[m]. Pinum seremus nucleis suis[n] calidis et siccis regionibus mense Octobri vel Novembri; frigidis et humectis[o] Februario vel Martio. amat locum gracilem, saepe maritimum: inter montes et saxa vastior et procerior inuenitur: ventosis et humidis[p], arborum fiunt incrementa laetiora. Sed siue montes velis conserere, seu spatia quaecunque[q], haec huic generi deputabis, quae alteri vtilia esse non possunt. Exarabis ergo ea loca diligenter, atque purga- 10
bis, et frumenti more semen asperges[r], ac leui sarculo curabis operire: nec enim[s] plusquam palmo debet abscondi[t]. defendenda est tenera arbor a pecore[v], ne[x] calcetur inualida. proficiet[y], si nucleos aqua ante triduum macerabis. Aliqui[z] dicunt fructum pineum 11
translatione mitescere[a]: sed plantas[b] hoc modo procurant, vt prius multa semina in caliculis terra et fimo[c] repletis obruant, quae vbi[d] processerint[e], relicto eo quod solidius est, auferunt alia: vbi iustum ceperit[f] incre-

g. *cadentis* Vinc.
h. *oppuleris* Vinc. *compleueris* Lou.
i. *vt — cogantur* omitt. Pal. Cr. Lou. *et in vase claufo reponas* Cr. Basil. et antiqua mea.
k. *saepe* I. B. Br R. Lugd. Vinc.
l. *et vase claudas* P. *vasu recluso* Erf.
m. *sunt* P. Cr. *ponuntur vel seruntur* Erf.
n. *cum nucl. s.* E. *aqua per triduum maceratis* addit Cr.
o. *humidis* Cr.
p. *locis* addit Cr.
q. *quaecunque haec* om. Cr. *Sed huic generi dep. ea spatia vel montes quae* Cresc. Postea *Exarabis autem* Lou.
r. *aspergas — leni* Cr.
s. *enim* om. Cr.
t. *et nata non transferantur, quia non facile comprehendunt, et vix crescunt; nec aliquo tempore incidantur, quia uariantur et loco rami sine radicis incisue aliae non nascuntur. Seritur ergo nucleis suis aqua per triduum maceratis, calidis et siccis* etc. Cresc. addit. et verba *defendenda — inualida* h. l. omittit.
v. *solum* infer. Lugd. Erf. Vinc. Cresc. vbi Basil. Editio habet *solumque.*
x. *ne c. inu.* om. P. V.
y. *proficies* Lugd.
z. *Alii — translatione in multa flumina duci in colliculis* Cr.
a. *mitescere* E. Vinc. deinceps *sed illi plantas* Cr. Lou.
b. *plantis* Lugd.
c. *et fumo* Cr. recte Lou. *a fumo* Vinc.
d. *ibi* Vinc. Cr. Lou.
e. *creuerint* Cr. Bas.
f. *auferunt. Aliqui iustum ubi coeperit* E. *coeperit nutrimentum* Cr. recte Lou. Vulgo erat *coeperit.*

incrementum, trimam plantam cum ipsis caliculis[g] transferunt, quibus fractis in scrobe indulgent[h] radicibus largitatem. terrae tamen equae[i] stercus admiscent, facientes straturam[k] alterno ordine subinde crescentem.
12 Seruandum est tamen[l], vt radix eius, quae vna[m] et directa est, vsque ad summitatem suam[n] possit integra et illaesa transferri[o]. Putatio nouellas pini arbores tantum promouet (quod expertus sum) vt quae sperauerás incrementa, duplicentur[p]. Nuces pineae et[q] vsque in hoc tempus in arbore esse possunt, et maturiores legentur[r]. prius tamen legendae sunt quam pateſcant. Nuclei nisi purgati durare non possunt. tamen aliqui in vasis fictilibus nouis et terra repletis cum testis suis mis-
13 sos[s] asserunt custodiri. Pruna si ossibus serantur[t] autumno, mense Nouembri solo putri et subacto duobus palmis[v] obruantur ossa. Eadem ponantur et mense Februario. Sed tunc prius[x] lixiuio[y] sunt maceranda per triduum, vt cito germinare[z] cogantur[a]. Ponuntur et plantis[b], quas sumemus ex codice mense Ianuario exeunte, vel Februario circa Idus, radicibus fimo obli-

g. *colliculis transferunt in quibus fractis* Cr. vbi editio Basil. omisit *in quibus fractis.* recte Lou.

h. *inducent* Vinc.

i. *equi* Cr. Bas.

k. *stercoratam* E. *fac.* -- *cresc.* om. Cr.

l. *autem* Cr.

m. *ima* P.

n. *eius* Cr.

o. Hic Cresc. inserit: *defendenda* -- *imualida.*

p. *vt sperata incrementa duplentur* Cr. sed Basil. habet: *vt paucis annis in iustam magnitudinem crescat.*

q. *et* omitt. Lugd. E. Vinc. Cr. *et vsq. in hoc tempus* om. P.

r. *possunt. Maturiores pineae leg. prius tamen quam putrescant nuclei qui nisi* Cr. recte Lou. *putrescant nuclei qui nisi* etiam P. *putrescant* I. B. Br. R. Erf.

s. *missos* om. Cr.

t. *Seruntur ossibus suis autumno* Cr.

v. *vel minus* addit Cr. deinde *ponuntur* Vinc. et Cr. Lugd. Erf.

x. *prius* om. Cr.

y. *lexiuo* Br. P. *lexibo* Lugd. *ex libo* Erf.

z. *gemmare* Cr. Lou.

a. Cresc. addit: *Cui rei proderit, si in seminario nutriantur, vt postmodum elapso biennio transferantur. Ponantur etiam eisdem mensibus et plantis quas sumemus de radicibus et cortice (codice* Lou.) *matris, radicibus cum ponuntur fimo oblitis. Haec arbor non multum profundas quaerit scrobes, quia non multum in profundo radices figit, nec multa magna spatia, quia se inuicem parum impedinunt.*

b. *et plantae* Erf. Vulgo *et plantis.*

oblitis [c]. Gaudent loco laeto et humido: caelo tepido melius proferuntur [d], tamen queunt et frigidum sustinere. Locis lapidosis et glareosis si [e] iuuantur laetamine, excusant ne [f] poma caduca et verminculosa nascantur. Extirpandae sunt soboles a radice [g], exceptis rectioribus [h], quae seruabuntur ad plantas [i]. Si languida pruni arbor est, amurca cum aqua aequaliter temperata radicibus debet infundi [k], vel bubulum [l] lotium solum, vel humanum vetus cum [m] duabus aquae partibus mixtum, vel cineres ex furno [n], maxime sarmentorum. Si [o] poma decurrant [p], oleastri epiruum [q] terebratae infige radici. Vermes eius atque formicas rubrica cum pice liquida [r] si adlinatur extinguet: sed modestius propter [s] arboris noxam, ne idem faciat [t] remedium quod venenum. Iuuatur frequenti humore et assidua fossione. Mense [v] Martio extremo prunus inseritur melius trunco fisso quam cortice, vel mense Ianuario, antequam incipiat gumen [x] lacrymare. Inseritur in se, et Persicum [y] reci-

14

15

c. *Aerem desiderant tepidum principaliter et frigidum satis commode sustinere possunt. Loco gaudent laeto et humido, et similiter lapidoso et glareoso iuuantur loco, laetamen recusant, quia ex hoc fructus verminculosos et caducos faciunt* Cr.

d. *perfruuntur* P. Vinc.

e. *si* om. Lugd. Erf. Vinc. qui habet: *iuuantur laetamine excusante ne:*

f. *in* Lugd. forte voluit *ni* vt suspicatur Gesner.

g *circa radices* Cr. vbi antiqua mea habet *stirpandae*. recte Lou.

h. *rectoribus* Cresc. recte Lou. deinceps *qui* Lou.

i. Cr. addit: *Formatur autem vt vnum solum stipitem habeant, non multum elauatum a terra.*

k. *affundi* Cr. sed antiqua mea *effundi* cum Lou. qui post *radicibus* addit *eius.*

l. *stercus bubulum* P. Verba *vel bub. -- mixtum* omisit Cr.

m. *cum* om. Vinc.

n. *forno* Lugd. bis habet. *et maxime* Cr. *aut maxime* Vinc.

o. *Si -- radici* omis. Pal.

p. *decidant* I. I-G. Cresc. sed antiqua Cr. *decurrant.*

q. *cancum* I. I-G. Cresc. Basil. sed antiqua mea pr. et Lou. *opirum.* Lugd. Iensi et Br. *epirum.* Bo. et Reg. *epityrum.*

r. *liquida* om. Vinc.

s. *pro arb. noxa* Pal. *moderate pro arboris robore* Cr. V. I.

t. *ne idem quod pro remedio exhibitum est fiat venenum* Cr.

v. *mense* om. Pal. *Inseritur in se et in persico et amygdalo, sed eam degenerem reddit et paruam, et in se recipit amygdalum et malum secundum quosdam et optime persicum* (antiqua addit *et mirtiacum*) *Extremo Martii fit eius insitio vel mense Ianuario antequam gummi eius inc. lac.* Cr.

x. *gummine* Pal. Lugd. Vinc. *gummae lacrimae* Erf.

y. *in persico et amygdalo et malo* Pal. fere vt Cresc.

recipit, vel amygdalum vel nucalum, sed eam degenerem reddit et paruam. Pruna siccantur[z] in sole per
16 crates loco sicciore disposita[a]. Haec sunt quae Damascena dicuntur. Alii in aqua marina vel in muria[b] feruente recens[c] lecta pruna demergunt, et inde sublata aut[d] in furno tepido faciunt aut in sole siccari.
17 Castanea seritur et plantis, quae sponte nascuntur et semine[e]. sed quae plantis seritur, ita aegra est, vt biennio de eius vita saepe dubitetur. Serenda est ergo ipsis castaneis[f], hoc est seminibus suis, mense[g] Nouembri et Decembri, item Februario. Eligendae sunt castaneae ad ponendum[h] recentes, grandes, maturae: quas si Nouembri mense seramus[i], facilem se praesentia[k]
18 fructus ipsius praestat. Si vero Februario ponamus[l], vt vsque tunc[m] durent, ita faciendum est: in vimbria castaneae siccentur expansae: tunc in angustum et siccum locum translatae cumulum[n] faciunt, et eas omnes fluuialis arena diligenter operiat. post dies xxx eas remota arena in aquam frigidam mittis. quae sanae sunt, merguntur: supernatat[o] quaecunque vexata est. item quas probasti, similiter obrues, et post xxx dies aeque

z. *etiam* addit Cr. idem habet: *in sole scissa in tribus vel quatuor partibus circa ossa, alii in aqua marina.*

a. *dispositas* Lugd. *deposita* Br.

b. *vel in aqua* Pol. Cr. sed Bas. omisit *in*.

c. *recenter lecta* Cr. *recentia* Vinc. et omisso *lecta* Erf.

d. *aut* et deinde. *tepido* om. Cr. *vel in* Idem Cresc. *postea aut sole* Lou.

e. *nascuntur* omitt. E. *Seruntur plantae et quae sponte nascuntur ex* (et Lou.) *sem. sed quae plantae seruntur ita aegrae sunt — earum — saepius d.* Cr. vbi antiqua pr. et Louan. mea habet: *plantae quae sponte.*

f. *suis* addit P. et Cr. Lou. *suis* hic omittit *hoc est sem. suis. Serendae sunt igitur castaneae mense N. et D. item Ianuario et F.* Cr.

g. *mense* om. P.

h. *serendum* P. Cresc. *recentis* om. E.

i. *ponemus* Lugd. *ponamus* Vinc. omisso antea *si*.

k. *praesentia* om. P. verba *quas si — Feb. ponamus* omisit Cr.

l. *ponemus* Erf. Vinc. et deinde *duret*.

m. *vsque ad Februarium* Cr.

n. *cumulataeque diligenter fluuiali arena operiantur* P. Cresc. *cumulum faciant* E. et Vinc.

o. *quod supernatat, non valet.* Item Pal. *supernatant q. vexatae sunt* Lugd. *quae supernatant non valent* Cr. paulo antea *obrues* Cr. Lou.

aeque[p] probas. hoc cum tertio feceris, vsque[q] ad veris
initium, serere debebis quae manserint illibatae. Aliqui 19
in vasculis seruant, arena pariter immissa[r]. Amant so-
lum molle et solutum, non tamen arenosum. in[s] fabu-
lone proueniunt, sed humecto: nigra terra illis apta est[t]
et carbunculus et tofus diligenter infractus: in spisso
agro et rubrica vix prouenit: in argilla et glarea non
potest nasci: diligit[v] caeli statum frigidum, sed et tepi-
dum non recusat, si humor assenserit: delectatur cliuis
et opacis regionibus ac maxime in[x] Septemtrionem ver-
sis. Pastinari ergo locus debebit, qui huic destinatur[y] 20
arbusto, altitudine pedis vnius semis[z] vel duorum vel[a]
totus, vel sulcis in ordinem destinatis, aut certe[b] aratris
resolui hinc inde findentibus: qui fimo satiatus ac reda-
ctus in puluerem castanearum semen accipiat non am-
plius pedis dodrante demersum. Vnicuique semini pro- 21
pter notam surculus debet affigi[c]. ipsa semina singulis
locis simul[d] terna vel quina ponantur, et inter se qua-
tuor[e] pedum spatio separentur. Quibus[f] transferre
placuerit, bimas plantas transferre debebunt. Locus
tamen deductoria[g] liquoris accipiat, ne humor insidens
limo germen extinguat. Cui placet, potest castaneae
in

p. *iterum probatis* P. Cr.
q. *vsque* om. Cr.
r. Ita Vinc. et Cr. pro *missa*.
s. *et in* Cr. *et humecto* Cr. antiqua mea Editio. *fabulo* Lou. deinceps *nigerrima* Louan.
t. *apta et diligenter comminuta in agro spisso -- proueniunt -- possunt* Cr. sed antiqua mea pr. et Louan. *apta et carbonculus diligenter infractus. in agro* etc.
v. *diligunt* Pol. Deinde *sed* om. Cr. *et* Lugd. *recusant -- delectantur* Cr.
x. *ad* Cr. recte Lou.
y. *deputatur* Cr.
z. *vnius et semis* E. *altitudinis -- et semis* Cresc.
a. *totius* Lugd. Vinc. *vel totus aut* om. P. et Cr. Basil. sed Louan. et antiqua mea Editio habent.
b. *terra aratris resolui debet glebis redactis* Cr. sed antiqua mea: *terre aratris resolui quae fimo faciat et redactus.* Lou. *tritae aratris.*
c. *infigi* Vinc.
d. *simul* om. P. *singulis locis* om. Cr. qui postea *trina* cum Vinc.
e. *q. vel trium -- separata* Cr.
f. *Quas cum -- binas debebit* Cr. *transferant. Locus* Pol.
g. *deductorium liquorem* Cr. Basil. sed antiqua *deductoria liquore.* recte Lou. deinceps *incidens -- extinguit* Lou.

in propaginem ducere ima virgulta, quae in radice
nascuntur. Nouum castanetum[h] circumfodi debet assi-
due. Mense[i] Martio et Septembri incrementum maius[k]
22 acquirit, si putationibus adiuuetur. Castanea inseritur
(sicut probaui ipse[l]) sub cortice mense Martio vel
Aprili, tamen[m] genere vtroque respondet. Potest et
inoculari. Inseritur in se et in salice, sed ex[n] salice
tardius maturat[o], et fit asperior in sapore. Castaneae
seruantur vel in cratibus dispositae[p], vel intra[q] sabulo-
nem ne inuicem tangantur immersae; vel[r] in vasculis
fictilibus nouis conditae, et loco sicciore defossae; vel
inclusae virgeis ex fago receptaculis et lutatae[s], vt
spiracula non relinquas; vel ordei paleis minutissimis
obrutae, vel palustri vlua figuratis densioribus spor-
23 tis reclusae. Hoc mense locis calidis ac siccis re-
gionibus[t] agrestium pirorum plantas ponimus, quas
postea possimus inserere, et malorum[v], vel mali Puni-
ci, et cydonii, et citri, et mespili, fici, sorbi, siliquae,
et plantas agrestis cerasi[x], post inserendas, et mori ta-
leas, et amygdali semina, et nuces iuglandes, si in se-
minariis (quo dictum est more) pangantur.

VIII. Huius mensis initio apes ex tamarisci[a] flori-
bus reliquisque siluestribus mella conficiunt: quae auferenda non sunt, quia seruantur hiberno. Eodem mense sordibus liberandi sunt aluei, quia tota hieme eos mo-
vere

h. *castaneum* Cr. Vinc.
i. *mense* omitt. P.
k. *maius accipit* Cr. sed antiqua *magis*.
l. *in se* Lugd. E. *Inseritur mense Aprili Martio et Maio in se et in salice, tardius prouenit et maturatur, in cortice inseritur* (antiqua *seritur*) *et inoculatur* Cresc.
m. *tamen -- in se* om. P.
n. *in* P. et Cr.
o. *maturat -- sapore* om. P.
p. *dispositae -- obrutae* om. Pol *cratibus* Vinc.
q. *in sabulone* I. B. R. *inter sabulonem* Lugd. *in sabulonem* E.
r. *et* omisso *nouis* Vinc.
s. *lutatis* Vinc. Sp. nat. 14. 16. sed editio Duac. *lutatae*.
t. *regionibus* om. P. et Cr. XII. 11. Idem *plantas syluestres inserendas pirorum et malorum et mali -- citonei.*
v. *malorum vel* om. P.
x. *pl. agrestes c.* E. *plantas* del. videtur. Cresc. omittit *siliquae et plantas agrestis.*
Tit. VIII. a. *tamarici* Lugd. E. *thamarici* Vinc.

vere aut aperire non decet [b]. Sed haec [c] die aprico tepidoque facienda sunt, et [d] pennis [e] maxime [f] auium maiorum, quae habent rigorem, vel aliquo [g] simili omnia interiora mundentur, quo [h] manus non valebit attingere. Tum [i] rimas omnes, quae sunt extrinsecus, luto et fimo bubulo mistis [k] linamus; et insuper genestis vel [l] aliis tegumentis similitudinem portieus imitemur [m], vt possint [n] a frigore et tempestate defendi.

IX. Locis calidis et apricis vites, quae fructu carent, fronde luxuriant, et pauperiem foetuum compensant vbertate foliorum, nunc putare pressius conueniet: frigidis vero mense [a] Februario. Si permanebit hoc vitium, circumfossas arena fluuiali vel cinere debebimus [b] aggerare. Quidam lapides inserunt inter flexuosa [c] radicum.

X. Hisdem temporibus et locis vitem quae sterilis fuerit, Graeci ita praecipiunt esse curandam. Trunco eius fisso lapidem asserunt includendum, et ibi vrinae veteris humanae quatuor cotulas circa truncum debere suffundi, vt ad radices instillatio ipsa descendat. Tunc adiiciendum [a] terra laetamen admista, et circa radices solum omne vertendum.

XI. Quamuis mense Februario sint [a] conserenda rosaria, tamen locis calidis, apricis atque maritimis hoc

b. *possumus* Br. Lugd. Erf. Vinc. Cr. antea *remouere* Lou.
c. *hoc* Cr. Vinc. *haec* Cr. Lou.
d. *vt* P. Lugd. E. Vinc. Cr.
e. *pennis* om. E. *pinguis* P.
f. *maximis* -- *magnarum* Cresc. recte Lou.
g. *alio* Cr. recte Lou.
h. *quae* Cr.
i. *tunc* Cr. *tamen* Vinc.
k. *mixtis liniantur* Cr. *liniamus* Lou.
l. *et* Cr. *genestris* Cr. pr. ant. Lou.
m. *ad porticus similiter operiamus* Cr. recte Lou. *imitentur* Br.
n. *vt a fr. p. et tem. def.* Cr.

Tit. IX. a. *mense* om. P.
b. *debemus aggregare* P. *arenam fluuialem vel cinerem d. aggregare* E. *aggregare* etiam Vinc.
c. *fluxnosa* Lugd. Erf.

Tit. X. a. *adiiciendo est terra admista laetamine* A. Iunt. G. Cum Gesnero etiam Lugd. *terram laetamine admisto* Erf. *laetamine* etiam Vinc. Paulo antea *radicem instillatione* Leid.

Tit. XI. a. *sint* I. I. G.

etiam mense poterimus instituere roseta[b]. quae si indigus[c] plantarum volueris ex paucis virgulis[d] habere copiosa, quaternorum digitorum surculos gemmantes[e] cum geniculis suis debebis excidere, [et] in modum propaginis sternere [et] stercore[f] ac rigationibus adiuvare: vbi anni aetatem[g] compleuerint, pedis spatio inter se transferre disiunctos[h], atque ita solum quod huic generi deputabis[i] implere.

XII. Graecis asserentibus, vt vuam serues in vite vsque ad veris initia, circa ipsam vitem quae fructu plena est, loco vmbroso scrobem fodies, altitudine trium pedum, latitudine duorum, et mittis[a] sabulonem, et ibi calamos figis, in quibus retorquebis[b] assidue sarmenta fructibus plena, et illaesis botryonibus alligabis, vt solum non contingant, et cooperies, vt imber[c] eo penetrare non possit. Item Graecis docentibus vuas[d] in vite, aut poma in arbore si diu seruare volueris, vasculis clausa fictilibus ab ima[e] parte pertusis[f] diligenter a summo tecta suspende, quamuis[g] poma et[h] gypso cooperta in longam seruentur aetatem.

XIII. Hoc mense agnorum prima generatio est. sed agnus statim natus vberibus maternis admouendus est manu[a]. prius tamen exiguum lactis, in quo spissior est natura,

b. *rosaria* P.
c. *indiguus* Lugd. Vinc.
d. *virgultis* E. Vinc.
e. *germinantes* E.
f. *stercorare* P. *stercore* sine *et* Br. E. et Vinc. bis.
g. *annum etiam* Vinc. pro his tribus vocabulis, sed alibi vulgatam et *ibi* habet.
h. *disiunctos* om. Pol. *ferre* habet Erf.
i. *deputaueris* Vinc.

Tit. XII. a. *mittes — figes* Lugd. *intus* Vinc. sed alibi *immittis sabulonem*, *ibi c. figens — retorques* habet.
b. *retorques* Br. A. Iunt. G.
c. *imbre penetrari* Gry. 1549.
d. *vnas vel poma in vite aut arbore* Br. Lugd. E. Vinc. bis *si vna vel poma in vite vel arbore* Cr.
e. *vna* E. Cr. Vinc. bis.
f. *percussus* Cresc. antiqu. meus. sed Basil. verba *ab ima p. pertusis* plane omittit. recte Lou.
g. *quamuis* om. Cresc. Bas.
h. *et* om. Cr. *quamuis vt poma* Vinc.
i. *seruantur* Vinc. *seruabis* Cresc. Basil.

Tit. XIII. a. Ita distinguit Cod. Lugd. et Vinc. bis. Vulgo erat *est. manu prius.* quod vitium correxit Schoengen et Pontedera ex Columella VII. 3.

natura, mulgendum est, quod pastores colostram[b] vocant: namque hoc[c] agnis, nisi auferatur, nocebit. Ac primo[d] per biduum natus cum matre claudatur. tunc septis obscuris[e] seruetur et calidis: ita[f] secluso[g] paruulorum grege matrices[h] mittantur[i] in pascua. Sufficiet 2
autem, priusquam procedant matrices[k] mane, et cum saturae reuertuntur[l] ad vesperam, agnis vbera haurienda permittere. qui donec firmentur, intra[m] stabulum furfuribus vel medica herba, vel (si[n] est copia) farina ordei pascantur ingesta[o], donec concepto paulisper robore[p] aetatis, pascuum matribus possint[q] habere commune. Pascua ouillo[r] generi vtilia sunt, quae vel in 3
noualibus vel in pratis siccioribus excitantur: palustria vero noxia sunt, siluestria[s] damnosa lanatis[t]. Salis tamen crebra conspersio[v] vel pascuis mista vel canalibus frequenter oblata debet pecoris leuare fastidium. Nam per hiemem, si penuria est, foenum[x], vel palea, vel vicia, vel facilior victus vlmi[y] seruatis frondibus praebeatur aut fraxini. Aestiuis mensibus[z] pascantur sub 4
lucis initio, cum graminis teneri[a] suauitatem roris mistura commendat. quarta hora calescente potus puri

b. *colostrum* E.
c. *namque haec*, I. B. R. Br. *hoc enim* Vinc.
d. *primo* om. Vinc.
e. *obscurioribus* Lugd.
f. *item* P. Vinc.
g. *sole clauso* Lugd.
h. *matres* Vinc. P. Lugd. E.
i. *mittantur* om. Erf.
k. *priusquam in mane proc.* Vinc. bis.
l. *reuertantur* E. et Vinc.
m. *inter* Vinc. Br.
n. *si farinae hordei est copia* P.
o. *ingestum* Vinc.
p. Ita cum Morgagni correxi vulgatum *conceptum robur*.
q. *possint* om. Pol. *possit* Lugd. Vinc. *pastum cum matribus possit habere communem* Erf.
r. *ouili* Cr. *ouilo* Br.
s. *et siluestria* Cr. excepta Lou.
t. *damnosa sol vero oblatus crebro in canalibus debet pecoris* Cr. Bas. vbi antiqua mea: *dampofa lanatis. salis vero crebra asperfio vel pascuis iuxta vel can. fr. oblata.* Louan. *salis vero crebro conspartio vel pascuis mixta vel canalibus fr. oblata.*
v. *resperfio* I. B. R. Br.
x. *paleae* Lugd. E. *foenum vel paleae* Vinc. bis. *foeni vel paleae, vicia vel* Cresc. *foeni vel palae* Cr. Lou. *foenum* etiam Br.
y. *vlmi vel fraxineis seruatis* Cr. Basil. sed antiqua mea: *vlinis vel fraxinis.* Lou. *vlmi vel fraxini.*
z. *autem* addit Cr. *pascuntur* Cr. *excepta* Lou.
a. *terreni* Vinc. deinceps *calescenti* Cr. pr. antiq.

fluminis aut putei praebeatur aut fontis. medios solis calores[b] vallis aut arbor vmbrosa declinet. deinde vbi flexo iam die ardor[c] infringitur, et solum primo imbre[d] vespertini roris humescit, gregem reuocemus ad
5 pascua. Sed Canicularibus et aestiuis diebus ita pascendae sunt oues, vt capita gregis semper[e] auertantur a solis obiectu. Hieme autem vel vere nisi[f] resolutis gelicidiis ad pascua prodire non debent: nam pruinosa herba huic generi morbos creabit[g]. ac tunc semel adaquare[h] sufficiet. Graecas oues sicut Asianas vel Tarentinas[i] moris est potius stabulo[k] nutrire quam campo, et pertusis[l] tabulis solum, in quo claudentur, insternere[m]: vt sic[n] tuta cubilia propter iniuriam pretiosi velleris hu-
6 mor reddat elabens[o]. Sed tribus per annum (totum[p]) diebus aprico die[q] lotas oues vngere oleo oportebit et vino. Propter serpentes, qui plerumque sub praesepibus latent, cedrum vel galbanum vel mulieris[r] capillos
7 aut ceruina[s] cornua frequenter vramus[t]. Nunc hirci[v] admittendi sunt, vt foetum primi[x] veris fouere possit exortus[y]. Sed caper eligendus est[z], cui sub maxillis duae videntur pendere verruculae[a], magni corporis, crassis cruribus, breui[b] plenaque ceruice, auribus flexis et

b. *ardores aut* P. et Cr.
c. *deinde cum ardor infr.* Cr.
d. *vmbrae vespertini et hora roris hum.* Cresc. sed verba *et hora* om. Lou.
e. *semper* om. F.
f. *vbi* Vinc. *non solutis* Cr. *nisi sol.* Lou.
g. *creat et tantum semel* Cr.
h. *aquare* Erf. et Cr. Basil Lou. *equare* pr. et antiqua. *aqua* Leid.
i. *Terentinas* Lugd. *asinas* Br.
k. *stabulo nutrire* om. P.
l. *praeclusis* Vinc.
m. *instruere* Erf.
n. *vt si* Vinc. sed alibi *vt sint.*
o. *ne humor reddat eis labem* Vinc.
p. *totum* om. Cr. igitur inclusi.
q. *aprico die* om. Cr.
r. *mulierum* Cr. recte Lou.
s. *ceruinum cornu* Cresc. Bas. vbi antiqua mea *ceruina* omisso *cornu*. recte Lou.
t. *vri opertet* Vinc.
v. *Hoc mense arietes admittuntur ad oues, vt foetum primi veris fovere possit exortum, et similiter hirci ad capras admitti debent* Cr. XII. 11.
x. *primum* Vinc. bis.
y. *exordiis* Vinc. *exortum* Cresc. XII. itaque fuisse videtur *exordium.*
z. *est* om. P. Lugd. Erf.
a. *verucculae* P. *verriculae* Erf.
b. *breui collo plenaque ceruice* Vinc. *planaque* Br.

et grauibus[c], paruo capite, nitido ſpiſſo et longo capillo. Ad ineundas foeminas et ante anniculum[d] congruus[e]. non autem durat vltra ſexennium[f]. Capella ſimilis corporis, ſed magnis vberibus eſt eligenda[g]. Non tamen ita multae caprae, vt oues vna ſtatione clau- 8
dantur[h], quam luto et ſtercore carere conueniet[i]. Haedis ſupra lactis abundantiam edera et arbuti et lentiſci cacumina ſunt ſaepe[k] praebenda. Trimae educare optime poſſunt; quod teneriores matres generant, tranſigendum eſt[l]. ſed vltra octo annos ſeruandae non ſunt matrices[m], quia genus hoc longiore[n] ſterileſcit aetate.

XIV. Hoc tempore glandis legendae ac ſeruandae cura nos excitet; quod opus foemineis ac puerilibus operis[a] celebrabitur facile[b] more baccarum.

XV. Nunc materies ad fabricam caedenda eſt, cum luna decreſcit. Sed arbores[a] quae caedentur vſque ad medullam ſecuribus reciſas aliquandiu ſtare patieris, vt per eas partes humor, ſiquis in venis continetur, excurrat. vtiles autem ſunt hae maxime[b]: abies quam Gallicam vocant, niſi perluatur[c], leuis, rigida, et in operibus ſiccis perenne[d] durabilis. Larix vtiliſſima[e], ex

c. *flexis et grandibus* Cr. IX. 75. vbi antiqua mea pr. et Lou. *gravibus*. Erf. addit: *et cornibus grandibus*.

d. *annum* P. et Creſc. omiſſo *et*. *Ad medundas* Cr. pr. et antiq.

e. *congruum* Erf. *congruus eſt hircus* Creſc. Baſil. ſed antiqua pr. et Lou. omittit verba *eſt hircus*.

f. *decennium* Cr. Baſil. antiqua mea: *ante ſexennium alias vltra decennium*. Louan. *ante ſexennium*.

g. *legenda* Br. Lugd. Vinc.

h. *claudende* P. et Vinc. *claudatur* Ienſſ.

i. *conuenit* Vinc.

k. *ſaepe* om. P.

l. *haud tranſeundum* Vinc.

m. *matres* Vinc. bis. omitt. Cr. deinceps *nam genus h. longiori* Cr.

n. *largiore* Vinc. alibi *languore et aetate ſter.*

Tit. XIV. a. *ſtudiis* I. B. R.

b. *facile* om. P.

Tit. XV. a. *ſed arbores ipſas primitus vſque ad* Vinc. Deinde *ſic ſtare* Vinc. *caeduntur* Cr. excepta Lou.

b. *maxime* om. P. *vtiles maxime hae* E.

c. *perpluatur* Lugd. Vinc. bis. *ni ſuper pluantur* E.

d. *per hiemem* E. *perfecte* Creſc. Pro *ſiccis* Vinc. *duris*.

e. *Salix vel latex* Cr. *lares* Lou. vbi antiqua mea pr. et Lou. *vtilima* habet cum I. B. Br. R. Lugd. E.

qua si tabulas suffigas tegulis[f] in fronte atque extremitate tectorum, praesidium contra incendia[g] contulisti. neque enim flammam recipiunt, aut carbones creare[h]
2 possunt. Quercus durabilis[i] si terrenis operibus obruatur[k], et aliquatenus palis. Aesculus aedificiis et ridicis[l] apta materies. Castanea mira soliditate perdurat in agris et tectis et operibus[m] caeteris intestinis, cuius solum pondus in vitio est. Fagus in sicco vtilis, humore corrumpitur. Populus[n] vtraque et salix et tilia in scalpturis[o] necessariae. Alnus fabricae inutilis, sed necessaria, si humidus locus ad[p] accipienda fundamenta palandus est. Vlmus et fraxinus si siccentur, rigescunt, ante[q] curuabiles, catenis vtiles habentur. Carpinus[r]
3 vtilissima. Cupressus[s] egregia. Pinus nisi in siccitate non durans, cui contra celerem[t] putredinem comperi in Sardinia hoc genere prouideri, vt excisae trabes eius aut in piscina qualibet anno toto mersae[v] laterent, post operi futurae, aut arenis obruerentur in litore, vt aggestionem, qua tectae essent, alternis aestibus reciprocans fluctus[x] allueret. Cedrus durabilis, nisi[y] humore tangatur. Quaecunque autem ex parte meridiana caedun-

f. *tegulis* om. P. et Cr. *sufficias* deinde Vinc.

g. *incendium* E. *confert* Cresc. excepta Lou. mox om. *flammam*.

h. *creant*. *Quercus* P. Cr.

i. *Quercus ad fabricae materiam apta et durabilis* Vinc.

k. Post *obruatur* pergit Cr. *Rover optima tam sub terris quam etiam supra terras. Castanea* etc.

l. *et ridicis materies* omitt. Pol. *radicis* Lugd. *radiis* Vinc. alibi *radicae*.

m. *op. internis, cuius* Pol. Cresc. Pro *vitio* Vinc. *iunco*. Idem pro *Fagus* habet *Frigus*.

n. *Populus vtraque et* omittit E. *vtraque filix* Br. *Populus in vtraque* Vinc. bis. *albariis; vtraque salix* ex Cr. laudat Gesner, sed Basil. editio habet *alba et vtraque salix*. antiqua mea: *populus albarus*.

o. *Sculpturis* Vitruv. Br. Vinc. bis. et Lugd. *in culturis* E.

p. *ad accip.* om. P. Cr. *fundamentis planandus* Cresc. recte Lou. *parandus* E. *humidus sit locus quia* Vinc. bis.

q. *arte curvabiles cardinibus* Vinc. *catinis* Leid.

r. *Carp. vtil.* om. P. Cr. *vtillima* I. B. R. L. E. Vinc. bis. *vtilima* Br. *caprinus* Leid.

s. *vel pirus* inserit Cr. *et vtillima* addit praeterea Erf.

t. *celerem* om. Pol. deinde etiam *aut*.

v. *mersae* om. P. *toto* om. Leid. *iacerent* deinde Vinc.

x. *aestus* Pol. *ablueret* Lugd. E.

y. *si humore* Vinc.

duntur, vtiliores sunt: quae vero ex Septentrionali[z], proceriores, sed facile vitiantur.

XVI. Hoc mense locis siccis, calidis et apricis maiores arbores transferemus truncatis[a] ramis, illaesis radicibus, multo stercore et rigationibus adiuuandas.

XVII. Graeci in conficiendi olei praeceptis ista iusserunt[a], tantum legendum esse oliuae, quantum nocte veniente[b] possimus exprimere. molam primo oleo debere leuiter[c] esse suspensam. ossa enim confracta sordescunt: quare de solis carnibus[cc] sit[d] prima confectio, [et[e] de] salignis[f] canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Nobilius erit quod sponte defluxerit. Sales deinde[g] ac nitrum iubent nouo oleo misceri, vt haec res spissitudinem eius absoluat: deinde[h] cum amurca subsederit, oleum purum xxx diebus exactis, in vitrea vasa transferri. secundum, simili[i] disciplina fieri, sed mola[k] fortiore quassari.

XVIII. Oleum primum Liburnico simile fieri asserunt Graeci, si in optimo viridi [oleo[a]] inulam[b] siccam et lauri folia et cyperum[c], omnia simul tusa[d], et subtiliter[e] creta permisceas cum salibus torrefactis ac tritis, et diu oleo[f] iniecta perturbes, deinde tribus aut ali-

z. *Septentrione* P. Cresc. *septemtrione* Lou.

Tit. XVI. a. *truncatas* Lugd. Cresc. XII. 11. *apertis* — *ac irrigationibus.*

Tit. XVII. a. *Graeci conf.* — *inseruit* Vinc. *ita* Lugd.

b. *sequenti* Vinc. *possumus* Br.

c. *leniter* Vinc.

cc. *carnilibus* Lugd. *carnalilibus* Leid.

d. *fit* Vinc.

e. *et de* om. I. B. R. Br. Lugd. P. Vinc.

f. *saligneis* P. *saliginis* Erf. *salinis* Vinc.

g. *Sal deinde et nitrum rubeum oleo nouo* Vinc.

h. *dein* Lugd.

i. *eadem* Vinc.

k. *mole* Vinc.

Tit. XVIII. a. *et viridi* Erf. *oleo* om. I. B. R. Br. Pol. Lugd.

b. *inullam* Lugd. *inulam* Pol. *anulam* Erf. *pomo viridi violam siccam* Vinc.

c. *inniperum* Erf. *ciprenum* Vinc.

d. *tunsa* Erf.

e. *subtiliata perm.* P. *subt. trita* Vinc.

f. *in oleo* Vinc. postea *deinc* Br. Ald.

quanto amplius [decursis [g]] diebus, cum quieuerit [h], vtaris.

XIX. Si sordet oleum, frictos et adhuc calentes sales iniici iubent, et diligenter operiri. ita mundum reddi post [a] tempus exiguum.

XX. Si fuerit odoris horrendi, virides [a] oliuas sine ossibus tundi [b], et in olei metreta choenicas [c] duas mitti. si baccae defuerint, caules tenerrimos oleae similiter esse tundendos. Nonnulli vtraque permiscent, adiecto [d] etiam [e] sale, sed omnia intra linteum clausa [f] suspendunt, atque ita in vas olei demittunt [g]. postea tribus diebus exemtis [h] auferunt, et oleum in alia vasa transfundunt.
2 Quidam mittunt vetustum laterem [i] torrefactum. plerique ordeaceos panes [k] breuiter figuratos et raro linteo inuolutos mergunt [l], et nouos subinde permutant: vbi hoc bis aut tertio fecerint, sales mittunt [m], et in alia vasa translatum per paucos [n] dies subsidere [o] patiuntur.
3 Quod si aliquod [p] animal forte deciderit, et oleum putredine ac [q] nidore vitiauerit [r], iubent Graeci coriandri [s] manipulum in olei metreta suspendi, atque ita paucis diebus manere. si nihil de nidore [t] discusserit, mutandum est [v] coriandrum, donec superetur hoc vitium. Sed maxime proderit, post senos [x] dies in vasa munda transf-

g. *decursis* om. Br. Pol. Palat. Lugd. Erf. Vinc.
h. *quiescit* Erf. *quiescet* Br. Vinc.
Tit. XIX. a. *exiguo tempore* P.
Tit. XX. a. *virides* om. Pol. *oliuae* Vinc.
b. *iubent tundi* Erf.
c. *conchas* Lugd. *cheraeas* alibi *heminas* Vinc.
d. *addito* I. B. R. Br.
e. *etiam* om. Pol.
f. *clusa* I. B. R. *inter* Vinc.
g. *dimittunt* Erf. et Vinc.
h. *exactis* A. I. I. E - Gryph. 1549. *exemptis* Br.
i. *breuiter* inserit Gy. Gr. vtraque.
k. *breuiter* om. Lugd. *panes et linteo* etc. Pol.
l. *immergunt* Vinc.
m. *iniiciunt* Lugd. et Vinc. bis.
n. *paucis diebus residere* Pol.
o. *sidere* Lugd. *residere* P. et Erf.
p. *aliquod* om. Br. P. Erf. post *deciderit* collocat.
q. *ac nidore* om. P.
r. *vitiauit* I. B. R. *vitiarit* Lugd.
s. *coliandri* E. et postea.
t. *horrore* Br. Lugd. Erf. Vinc. deinceps *discusserit* Leid. Vulgo erat *decusserit*.
v. *est* om. Lugd. E.
x. *X.* Pol.

transferre; melius[y], si acetum ante vexerunt[z]. Qui- 4
dam foeni Graeci semen siccum tritumque permiscent, vel incensos oleaginos carbones[a] in ipso oleo frequenter extinguunt[b]. Si acerbus odor fuerit, vuae excrementa[c], quae Graeci γίγαρτα[d] vocant, praecipiunt tusa[e] et in massam redacta mersari[f].

XXI. Oleum rancidum Graeci asserunt sic posse curari. Albam ceram mundo et optimo oleo resolutam et adhuc[a] liquentem mitti in oleo[b] iubent. tunc sales frictos calentes addi, operiri, atque gypsari. sic fieri vt oleum purgetur sapore et odore mutato. oleum tamen omne in terrenis locis esse seruandum, et eam eius esse naturam, vt sole[c] vel igne purgetur, vel aqua feruenti, si simul misceantur[d] in vasculo.

XXII. Hoc etiam mense oliuas condiemus. Harum genera sunt diuersa. Colymbades[a] oliuae fiunt sic: alternis cratibus oliuarum puleium spargis et mel et acetum et sales modice, stratura intercedente[b], suffundes. Item sternes oliuas supra surculos foeniculi vel anethi siue lentisci, et ramulis[c] oliuae subditis aceti[d] heminam et muriam superfundes, et has constructiones vsque ad vasculi plenitudinem patieris insurgere[e]. Aliter. Electas 2
oliuas muria maturabis[f], post XL dies muriam fundis vniuersam: tunc duas defruti[g] partes, aceti vnam, mentam minute incisam vasculo adiicies, et oliuis[h] reple-
bis,

y. *melius autem* Erf.
z. *iniecerint* Erf. postea *foenum graecum siccum* P. Erf.
a. *incensas oleaginas arbores* Vinc.
b. *immergunt* Pol.
c. *vuae extrema* Erf. *vuam excremandam* Vinc.
d. *quam gigariam* Vinc.
e. *tunsa* Erf.
f. *indempsari* Pol.
Tit. XXI. a. *ad liquentem* Lugd.
b. *eo* Vinc. bis. et Leid.
c. *sale nitrone*, alibi *naturam vel igne* Vinc.
d. *misceatur* Erf.

Tit. XXII. a. *columbares* Br. Lugd. E. postea *pulegium* Erf.
b. *stratura interc.* Erf. mox om. *oliuas.*
c. *ramis* I. B. R.
d. *acetum et* P. Lugd. deinde *suffundis* Br.
e. *exurgere* P.
f. *macerabis* Paris.
g. *defriti* Lugd. *defricti* E. om. *duas.*
h. *olinas* Br. Lugd. E.

bis, vt iusta infusione liquor[i] supernatet. Aliter. Olivas manu lectas vna nocte integra in balnei vapore esse patieris tabulae vel crati superpositas: mane balneis exemtas salibus tritis consperges et vteris: quae non am-
3 plius[k] quam VIII dies poterunt custodiri. Aliter. Olivas illaesas[l] primo mittis in muria[m]: post dies XL leuabis, atque intercides[n] acuto calamo: et, si dulciores habere volueris, duas sapae partes et aceti vnam; si acriores, aceti duas et sapae vnam debebis infundere. Aliter. Passi sextarium vnum, cineris bene creti[o] quantum manus vtraque gestabit, vini veteris vnum semisicilicum[p], et aliquantum cupressi foliorum: mistis omnibus oliuas infundis, inculcas, et subinde crustam faciendo saturabis, donec ad vasculorum summa ora
4 peruenias. Aliter. Oliuas quas iacentes repereris, rugis[q] contrahentibus crispas colligis, et salibus tritis respersas expandis, dónec sole inarescant[r]. tunc substrato lauro alternas crates baccarum saepius ordinabis: tunc defrutum cum satureiae fasciculo duabus aut tribus vndis feruere patieris: et postquam tepuerit, supra compositas baccas refundes admisto sale paululo, et origani fasce
5 coniecto, supra ius omne perfundes[s]. Aliter. Lectas baccas ex arbore statim condies, rutam et petroselinum sternes inter spatia structionis, et subinde cyminati[t] salis aspersione cumulabis. postremum mel et acetum superfundes. nouissime optimi olei quantumcunque miscebis. Aliter. Legis[v] oliuas ex arbore nigras, et compositas muria diluis: tunc ollae adiicis mellis partes duas, vini vnam,

i. *liquor* om. Br. Lugd. E. deinde *exemptas — consparges* Br.
k. *plus VII. diebus* P. *VII.* etiam I. B. Br. R. *octo diebus* Lugd. E.
l. *electas* E.
m. *muriam* Lugd.
n. *intercidis* Br.
o. *criti* P.
p. Vulgo *funiculum. semiciculum* P. I. B. Br. R. E. *simiculum* Lugd. *cimiculum* Pal. *funiculum* A. Iunt. G.
q. *rugis* om. P.
r. *marcescant* Lugd. P. E.
s. *perfundis* Br.
t. *seminati* I. B. Br. R. *ciminati* E. A. Iunt. G. deinde *superfundis* Br.
v. *colligis* Lugd. deinde *dilues* Br.

vnam, defruti dimidiam, et vbi simul deferbuerint[x], deponis, ac permoues, et acetum misces: cum refrixerint[y] super oliuas origani surculos sternis, et supra ius omne diffundes. Aliter. Oliuas manu lectas cum pe- 6
diculis aqua spargis tribus diebus: deinde mittis in muria[z], et post VII[zz] dies exemtas in vase adiicis cum musti et aceti aequis ponderibus. et impletum vas ita operies, vt aliqua spiramenta dimittas.

XXIII. Nouembrem et Februarium ratio temporis per horas dierum[a] fecit aequales.

Hora	I	et	XI	pedes	XXVII
Hora	II	et	X	pedes	XVII
Hora	III	et	IX	pedes	XIII
Hora	IV	et	IIX	pedes	X
Hora	V	et	VII	pedes	IIX
Hora	VI			pedes	VII

x. *vbi f. deferuerint* om. et E.
y. *cum refrigeraueris* E. Vulgo *refrixeris.*
z. *muriam* Lugd. *in* om. E. voluit dare *muriam.*
zz. *XII.* A. Iunt. Gryph. 1549. deinde *exemptas* Br.
Tit. XXIII. a. *dierum* om. E. *hor. duxit aequ.* Lugd. et Br.

PALLA-

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

DE

RE RVSTICA

LIBER DECIMVS TERTIVS.

TIT. I.

Decembri [a] mense seruntur frumenta, triticum, far, ordeum: quamuis ordei satio iam [b] sera sit. Et faba circa septimontium [c] seri potest. Nam post exactam brumam [d] male seminatur [e]. Hoc etiam mense adhuc [f] lini semen spargi [g] poterit, vsque ad [h] VII Idus Decembres [i].

II. Nunc ad instituendas vites, sed post Idus pastina [a] inchoëmus effodere, sicut ante tractatum est. Et materiem bene hoc mense caedemus: palos quoque et corbes faciemus et [b] ridicas. Et locis frigidis oleum faciemus ex lauro, et myrti baccas atque lentisci in olei [c] sui confectione quassabimus, et vinum myrtitem [d], sicut dictum est ante, tingemus [e].

III.

VARIETAS LECTIONIS.

Tit. I. a. *Nunc ser.* I. B. Br. R. Lugd. E.

b. *iam* om. E. deinde *est* Br.

c. *septa montium* Pol. Lugd. et membranae Iureti ad Symmachum p. 56. laudatae, qui vulgatam hinc corrigi iussit. *septimum Idus* praeter Gesner. reliquae. *septimum Idum fieri* Vinc. bis.

d. *pruinam* Lugd.

e. Ita pro *seminantur* Erf.

f. *adhuc* om. P.

g. *spargi* Br.

h. *ad* om. Br. et Vinc. bis. inclusit Commel. et Gesn. *vsque septimo* Erf.

i. Ita pro *Decembris* Br.

Tit. II. a. *pastinam fodimus* P.

b. *et vidicas* om. P. *redicas* Lugd. Erf. *radicas* Vinc. bis. *pilos* paulo antea Leid.

c. *et mirti baccis atque lentisci. In olei* cet. Erf.

d. *et v. mirtetum* Erf. *mirticen* Vinc. bis. Vulgo *myrtite.*

e. *tinguemus* Lugd. *tingemus* Br. Erf. *conficiemus* Vinc. bis. Vulgo *retingemus.*

III. Hoc tempore[a] ſerenda eſt lactuca, vt planta eius Februario tranſferatur. Et iam nunc allium[b] et vlpicum et cepullae[c] et ſinapi et cunela ſeri poterunt diſciplina et more, quo ante narratum eſt.

IV. Hypomelides poma ſunt (vt Martialis aſſerit) ſorbo ſimilia. mediocri arbore naſcuntur, et flore candidulo. dulcedo huic fructui cum acuto ſapore commiſta eſt[a]. ſeritur menſe Decembri nucleis in vaſculis[b] poſitis. Menſe autem Februario hypomelidis planta ſed pollicis magnitudine robuſta tranſfertur breuiſſimo[c] ſcrobe, ſoluta terra, plurimo ſtercore. Sed munienda[d] eſt, quia cito areſcit, ſi radices eius[e] ventus afflaverit. Terram qualemcunque non reſpuit. amat loca tepida, aprica, maritima, et ſaepe ſaxoſa. ſtatum rigidum[f] reformidat. inſeri non poteſt, exigua[g] durat aetate. Poma eius aut in picatis et minutis[h] vrceolis, aut ſcobe[i] populi, aut in ollis inter vuas vinaceis obruta ſeruabuntur.

V. Nunc rapa in partes minutas reciſa[a] et leuiter cocta et tota die diligentius[b] exſiccata, nequid reſervent humoris, [c]ſinapi ex aceto (ſicut moris eſt) temperato, mergere et condire curabimus, et repleta vaſa claudemus, ac poſt aliquantos dies guſtibus[d] explorata proferemus vſuri. Quam rem Ianuario quoque et Novembri menſe poterimus efficere[e].

VI.

Tit. III. a. *menſe* P.
b. *allium et* om. P. *etiam nunc* E. Vinc. bis.
c. *cepulae* E. *cepulae* — *chimara* pro *cunela* Vinc. bis.
Tit. IV. a. *cum ſapore acredo* V. *ſunt* P.
b. *vaſe* P. *vaſis* Vinc.
c. *breuiſſima* Lugd. Vinc.
d. *minuenda* Lugd. *terra. Plurimo ſtercore munienda eſt quod* V.
e. *illi* I. B. Br. R. *illins* P. Lugd. Vinc. E.
f. *frigidum* Vinc.
g. *exigua durat aeſtate* Vinc.
h. *munitis* Lugd. *impicatis* Br. antea,
i. *ſcrobe* A. G. C. E. ſed Aldina prior cortexit in Emend. *ſcrobe pomi aut molles inter vuas vinaçeis* Vinc. *vinaciis* Br.
Tit. V. a *inciſa* P.
b. *diligenter* Pol. *leniter* Vinc. *exiccata* Br.
c. Vulgo additum *et* om. P. E. Vinc.
d. *guſtabimus* P. *in vſum* Vinc.
e. *conficere* Pol. *quae res congrue poteſt effici Ianuario quoque ac Novembri* Vinc.

OXFORD

VI. Nunc etiam quibus litus in fructu est, vbi lunae iuuabit[a] augmentum, quae omnium clausorum maris animalium atque concharum iubet incremento suo[b] membra turgere[c], echini carnes salibus condire curabunt[d], quod solito more conficitur. hanc quoque rem per omnes menses bene faciemus hibernos. Pernas etiam et lardum conficimus non solum mense hoc, sed[e] omnibus, quos hiemalis[f] algor astringit. Tempore hoc per humiles siluas et baccis foecunda virgulta ad turdos et[g] caeteras aues capiendas laqueos expedire conveniet. hoc vsque in Martium mensem tendetur aucupium.

VII. Decembrem Ianuario in horis causa dispar adiunxit, cum linea simili ille augeatur, iste decrescat.

Hora	I	et	XI	pedes	XXIX
Hora	II	et	X	pedes	XIX
Hora	III	et	IX	pedes	XV[a]
Hora	IV	et	IIX	pedes	XII[b]
Hora	V	et	VII	pedes	X[c]
Hora	VI			pedes	IX[d]

Tit. VI. a. *luna iuuarit* Lugd. *iuuarit* etiam P. *iuuerit* Vinc. bis. *inierit argumentum* E.

b. *suo* om. P. deinceps *et* addit Vinc.

c. *turgescere* P. et Isidorus Orig. XII. 6. in voce Conchae, vbi h. l. excerpsit.

d. *curabimus* E. *quo solito more conficiuntur* Vinc. bis.

e. *et* add. Erf.

f. *hiemalis* om. Br.

g. *caeterasque* Br.

Tit. VII. a. *XVII.* Pol.

b. *XV.* P.

c. *XIII.* P.

d. *Palladii Rutilii Tauri Emiliani viri illustris opus agriculturae explicit.* P. et Lugd. nisi quod hic *finit.* In Erf. est subscriptum: *Explicit liber Palladii, de cultura agri.* Leid. *Palladii Rutilii Tauri Aemiliani Viri illustris Op. Agriculturae. Finit Liber.*

PALLA-

PALLADII RVTILII * TAVRI AEMILIANI

DE

INSITIONE

LIBER, AD PASIPHILVM VIRVM DOCTISSIMVM.

Habes aliud indultae fidei testimonium. Pro vsura temporis hoc opus de arte insitionis adieci. Sed quod volumina haec ruris colendi serius quam iusseras, scripta sunt, librarii manus segnior fecit, cuius ego tarditatem nunquam maligne aestimo [a]. scio enim, quo frequenter inclinet argutia famulorum, malo operam eius expectare potius quam timere. Nescio vtrum a commune sit dominis: mihi difficile contigit, in servilibus ingeniis inuenire temperiem. ita saepissime natura haec [b] vitiat commodum si quod [c] est, et miscet optanda contrariis. velocitas procurrit in facinus; segnities

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii *de Insitione* * *Liber Praef.*]

* In Pol. et Lugd. plena deest huius libri collatio.

* *Rutiliique Gym.*

a. *extimo* I. B. R.

b. *hoc* B. R.

c. *siquid* I. B. R.

ties figuram benignitatis imitatur, et tantum recedit ab agilitate, quantum recessit a scelere. Diu tamen apud te pudorem meum distuli, sed hoc quasi bonus famulus feci. Verum nescio, si tuum ad has modo minu-
3 tias inclinetur ingenium. Grande erit, et par desiderio suo, quod studii tui quaeret affectio. Et licet de his nugis fauorabiliter sentias, ego meas opes aestimare non differo. Non est magni loci assibus intuendis oculos duxisse per puluerem, quia nescio quomodo notae sunt quaedam maximarum personarum minuta compendia.

DE INSITIONIBVS LIB. XIV.

Pasiphile ornatus fidei, cui iure fatemur,
Siquid in arcano pectoris vmbra tegit,
Bis septem paruos, opus agricolare, libellos,
Quos manus haec scripsit, parte silente pedum,
5 Nec strictos numeris, nec Apollinis amne fluentes,
Sed pura tantum rusticitate rudes,
Commendas, dignaris, amas, et rustica dicta
Affectu socii sollicitante colis.
Nunc ideo modicum crescens fiducia carmen
10 Obtulit, arbitrio laetificanda tuo.
Est nostrae studium non condemnabile musae,
Vrbanum fari rusticitatis opus:
Sub thalami specie felices iungere siluas,
Vt soboli mistus crescat vtrinque decor:
15 Connexumque nemus vestire affinibus vmbris,
Et gemina partum nobilitare coma:
Foederibus blandis dulces confundere succos,

Et

Et fetum duplici fruge saporis ali:
Quae quibus hospitium praestent virgulta docebo,
20 Quae sit adoptiuis arbor onusta comis.
Ipse poli rector, quo lucida sidera currunt,
Quo fixa est tellus, quo fluit vnda maris,
Cum posset mistos ramis inducere flores,
Et varia grauidum pingere fronde nemus,
25 Dignatus nostros hoc insignire labores,
Naturam fieri sanxit ab arte nouam.
Non segne officium nostrae reor esse camoenae,
Aut operis parui gratia fiet inops.
Si velocis equae pigro miscetur asello
30 Ardor, vt in sterilem res cadat acta gradum,
Foecundumque genus productus deleat haeres,
Et sibi defectum copia prolis agat:
Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma,
Et decus externi floris adepta micet?
35 Incipiam, quidquid veteres scripsere coloni,
Sacraque priscorum verba labore sequar.
Principio multas species industria solers
Protulit, et doctam iussit inire manum.
Nam quaecunque virens alienis frondibus arbos
40 Comitur, his discit credita ferre modis.
Aut noua discreto figuntur germina libro,
Aut aliud summo robore fissa capit,
Aut virideis oculos externi gemma tumoris
Accipit, et lento stringitur vda sinu.

18 *fetum* pro *laetum* dedit cum Andr. Riuino in Collect. carminum de re herbaria Wernsdorf. Idem malebat Gesner.
20 *honesta* Br. aptius *aperta* recte visum Wernsdorfio.
35 Hic incipit Codex Vindobonensis, qui *quicquid* habet.
37 *species* Vindob.
39 *Hanc quaec.* Vindob.
40 *credite* Vindob.
41 *finguntur* Vindob.
42 *sumunt robora fixa caput* Vindob.
43 *viridis* Br. *virides* Vindob. deinceps *extremi* Br. et aliae, verum ex I. B. R. restituit Pontedera, cum quibus facit Vindob. liber, qui *tumores* habet.

45 Primus echionii palmes se iungere Bacchi
Nouit, et externo tenditur vua mero.
Nexilibus gemmis foecundos implicat artus
Vitis, et amplexum pascit adulta genus.
Degenerisque comae vestigia mitis inumbrat
50 Pampinus, et pingui curuat onusta Deo.

Robora Palladii decorant siluestria rami,
Nobilitat partus bacca superba feros;
Foecundat sterilis pingues oleaster oliuas,
Et quae non nouit munera ferre docet.

55 Germine cana Pirus, niueos haud inuida flores
Commodat, et varium nectit amore nemus.
Nunc rapit hirsutis horrenda sororibus arma,
Et docet indomitas ponere tela piros.
Nunc teretem pingui producit acumine malum,
60 Fraxineasque nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi mitescere fructu
Instituens, durae dat sua membra cuti.
Et steriles spinos, et inertem foetibus ornum
Dotat, et ignotum cogit amare decus.
65 Huius et immissi vertere cydonia rami,
Pomaque confusus blanda creauit odor.
Castaneae septos aspro velamine foetus
Exuit, et placido pondere mutat onus.
Mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris,
70 Et mala tranquillo cortice vota premit.
Creditur et Libycis sua germina nectere ramis,
Laetaque puniceo posse decore frui.

Punica

45 *bachi* Vindob.
47 *fecundos* Vindob.
48 *viris — genis* Vindob.
49 *Degeneribusque.*
50 *honusta* Br.
51 Vulgatum *decorat* correxerunt Buehner et Pontedera.
53 *pirn* Br.
63 *pinos* Ascens.
65 *cydonea* Br.
66 *confusus* a. Vict. sed *confusis* Br. et aliae.
70 *fota* B. R.
71 Vulgo *in Libycis.* Br. *Lybicis.*
72 *puniceo* Asc.

Punica non alios vnquam dignata sapores
Mala, nec externis associata comis,
75 Ipsa suas augent mutato semine gemmas,
Et sibi cognato picta rubore placent.

Insita proceris pergit concrescere ramis,
Et sociam mutat Malus amica pirum.
Seque feros silvis hortatur linquere mores,
80 Et partu gaudet nobiliore frui.
Spiniferas prunos, armataque robora sentes
Leuigat, et pulchris vestit adulta comis.
Exiguam sorbum dulci distendere succo
Nouit, et ad cupidas flectere poma manus.
85 Stipitibus gaudet nomen mutare siligni,
Et gratum Nymphis spargere flore nemus.
Robora thyrsigero platani concordia Baccho
Foetibus instituit plena rubere nouis.
Illius insolitas miratur Persicus vmbras,
90 Populeaeque ferunt candida dona comae.
Mespilus huic paret, lapidosaque viscera mutans
Tenditur, et niueo plena liquore rubet.
Pro sudibus foetis, et pro praegnantibus armis
Castaneae fuluum dant noua mala decus.

95 Ipsa suos onerat meliori germine ramos
Persicus, et pruno scit sociare genus.
Imponitque leues in stipite Phyllidis vmbras,
Et tali discit fortior esse gradu.

Cum praestet cunctis se fulua Cydonia pomis,
100 Alterius nullo creditur hospitio.
Roboris externi librum aspernata superbit,
Scit tantum nullo crescere posse decus.

78 *socia* I. B. Br. R. Gronov. Observ. I. 5. p. 52.
85 *filignis* Br. 97 *imponique* Aso.
88 *rubere* omn. a. G. Correxit 99 *cydonea* Br.

Sed propriis pandens cognata cubilia ramis,
Stat, contenta suum nobilitare bonum.

105 Aemula dura piri despecti mala saporis
Mespilus admisso germine tuta subit.
Et geminis sese violentior inserit armis,
Atque auidas terrent robora saeua manus.

Necnon et Citrei patiuntur mutua rami
110 Pignora, quae grauido cortice morus alit.
Pomaque pasturi blando redolentia succo
Armatis mutant spicula nota piris.

Pruna suis addunt felicia germina membris,
Donaque cognato corpore laeta ferunt.
115 Exarmat foetus, sed brachia roboris armat
Castaneae prunus iussa tenere larem.
Assuescunt Siliquae viridi mollescere succo,
Et gremio pascunt caetera poma suo.

Persuadet moris tetrum mutare colorem
120 Ficus, et inuasis dat sua iura comis.
Se quoque miratur pingui grandescere succo,
Et solitum gaudet vincere poma modum.
Insignes foliis platanos, felicia mensis
Brachia, gaudentes vitis honore comas,
125 Ingrediens pingui se cortice maxima ficus
Seruat, et optatos implet adepta sinus.

Mutua quin etiam Moris commercia ficus
Praestat, et oblatum robore germen alit.
Fraxinus huic auide confert sua membra sorori,
130 Et metuit foetus sparsa cruore nouos.
Proceras fagos, et poma hirsuta virentis
Castaneae, duris aspera mala comis
Inficiens,

109 *citrii* Ase. 127 *commertia* Br.
120 *in vasis* diu. I. B. Br. R. 129 Ira pro *auidae* Iunt. Ald.

Inficiens, monstrat piceo nigrescere partu,
Et succo pascit turgida poma nouo.
135 Obsequitur moris blando terebinthus odore,
Et geminis veniunt munera mista bonis.

Sorba suos partus merito maioris honestant
Seminis, et pulchro curua labore nitent.
Haec arbos spinae duros mucronibus artus
140 Exuit, ac libris mitibus arma tegit.
Aureaque annexo miscere cydonia foetu
Gaudet, et externi dona coloris amat.

Inseritur lauro Cerasus, partuque coacto
Tinguit adoptiuus virginis ora pudor.
145 Vmbrantes platanos, et iniquam robore prunum
Compellit gemmis pingere membra suis.
Populeasque nouo distinguit munere frondes,
Sic blandus spargit brachia cana rubor.

Phyllis odoratos primaeuis floribus artus
150 Discissi pruni cortice fixa tegit.
Pomaque permutat velamine persica misto,
Duritiemque docet tegminis esse loco.
In modicam tornat siliqua tendente figuram,
Et frondes pulchro ditat odore feras.
155 Castaneamque trucem depulsis cogit echinis
Mirari fructus leuia poma sui.

Quin et amygdaleos subeunt Pistacia ramos
Et meritum maius de breuitate petunt.
Haec et cognato cingens terebinthus amictu
160 Nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

Flumineam salicem foecundant ardua membra
Castaneae, et multo pasta liquore vigent.

141 *cydonea* Br. 144 *adoptiuis* Br.
144 *Tingit* B. R. A. Iunt. G. 158 Vulgo *debitum*.

Arbuteas frondes vastae nucis occupat umbra,
Pomisque sub duplici cortice tuta refert.
165 Caetera, quae solers processu temporis vsus
Exprimet, exemplis instituere nouis.
Haec sat erit tenui versu memorasse poëtam,
Quem iuuat effossi terga mouere soli.
Carmina tu duros inter formata bidentes
170 Aspera, sed miti rusticitate, leges.

VARIE-

VARIETAS LECTIONIS

IN LIBRO

CATONIS ET VARRONIS

EXCERPTA EX QVATVOR EDITIONIBVS

PETRI DE CRESCENTIIS

VARIETAS LECTIONIS

in libro Catonis excerpta ex quatuor Editionibus Petri de Crescentiis, quas sequens varietas in libris Varronis accurate designabit, cum annotatiunculis aliquot.

P. 8. l. 15. *quum parare*] *cum comparare* Cresc. pr. ant. Basil. Louan. *comparatione* ex Louan. posuit Gesner.
— l. 16. *vti ne: parcas*] *vt ne* Cr. Lou. deinceps *perdas* pr. antiq. Louan.
— l. 17. *et ne satis*] Cresc. Lou. *nec satis* reliquae *ne satis* deinceps *circuire* Louan.
— l. 20. *et vti eo cum introeas*] *et vti eum introeas* Cresc. *eo* Louan.
— l. 21. *circumspicias*] Cresc. pr. antiq. Lou. et *circumsp.* nisi quod Louan. *circonsp.*
— l. 22. *siet. Solo*] Cresc. Lou. *Si et solo.*

P. 9. l. 2. *siet, bonumque*] Cresc. pr. ant. Lou. *si et bonum.*
— l. 3. *siet*] Cresc. *sit.*
— l. 8. *contemnas*] Cresc. Lou. *contempnas. A domino.*
— l. 10. *multa ne sient*] Cresc. *si multa sint.* paulo antea *vasa torcularia* Cresc. Louan.

P. 10. l. 6. *eo dein die*] Cresc. Edd. 4. *ea die* deinceps *circueat* Louan.
— l. 8. *vbi cognouit*] Cresc. Lou. *vt agnoscat.*
— l. 11. *tempori*] Ita Cresc. Louan. eadem cum reliquis Edd. *sint confecta possitque.* contra ac Gesner annotauit.
— l. 13. *vini, fr. aliarumque rerum*] Cresc. Lou. *vini fr. aliorumque.*
— l. 16. *aliasque*] Cresc. Lou. *aliasue.*

P. 11. l. 1. *quaeue opera*] Cresc. Lou. *quae opera per hiemem fieri et per imbrem potuerunt.*
— l. 5. *cuculiones*] Ita Cresc. Edd. 4.
— l. 8. *runcari*] Ita Cresc. Louan.
— l. 9. *aegrotarint*] Cresc. *aegrotauerint.*

P. 11.

P. 11. l. 10. *non oportuisse*] Ita Cresc. Louan.
— l. 12. *curare*] Ita Cresc. Lou.

P. 12. l. 4. *fient, locato*] Cresc. Lou. *sit, locato.* paulo antea *vt veneant* Cresc.
— l. 9. *vetulos*] Ita Cresc. Lou.
— l. 10. *plostrum*] Cr. Lou. *palustrum* voluit *plaustrum.*

P. 14. l. 2. *si bene aedif.*] Cresc. Lou. *si aedif.* omisso *bene,* nec in ea reperi *praesidio,* quod inde posuit Gesner.
— l. 3. *bencque pos. — habitaueris*] Haec verba omittunt Cresc. Edd. 4. vt lin. 5. haec: *minus peccabitur.*
— l. 5. *fructi*] Cr. et *fructus;* sed pr. ant. *fructis* habent.
— l. 7. 8. *facilius tua vendes*] Haec verba sola Cresc. Lou. habet; reliquae deinceps male *operas.*
— l. 12. *bona vtatur*] Sola Lou. Cresc. *bona* habet.
— l. 13. *alieno manum*] Ita Cresc. Lou.
— l. 14. *litibus familiae*] Cresc. Lou. *lit. familia.*
— l. 16. *Familiae male ne sit*] Cresc. Lou. *familia malle ne sit.* reliquae *ne sit. mala.* deinceps *opere bene exarceat* Cresc. Lou.
— l. 20. *ne sit*] Cresc. *non sit.* deinceps *sit semper.*
— l. 21. *ne quo eat*] Cresc. pr. ant. Lou. *ne coeat.*

P. 15. l. 1. *imperauerit*] Cresc. *imperat.*
— l. 5. *credat nemini*] Cresc. Lou. *nomini credat* quae sola habet haec verba.
— l. 6. *Satui semen — oleum*] Haec omitt. Cr. Edd. 4. deinceps *nemini dederit.*
— l. 11. *Ne quid emisse velit insciente domino, ne quid*] Cr. Lou. *Ne quid nesciente dom. emat,* reliquae *insciente domino.* sequens *quid* omittit pr. antiqua.
— l. 15. *curet vti sciat facere*] Cresc. *vt sciat facere curet.*
— l. 16. *lassus fiat*] Cresc. *lassus sit.*
— l. 17. *scibit — siet*] Cresc. Lou. *scribit — sit.*
— l. 18. *Si hoc*] Cresc. Lou. *Si haec.*
— l. 16. *dormibit*] Cr. Lou. *dormiat,* reliquae *dormitabit.* Paulo antea *rectius* habet Cr. Lou. sequens *libentius* habent Cr. edd. 4.
— l. 20. *cubitu surgat — eat*] *cubitum surgat* Cresc. pr. ant. Lou. *cubatum eat* deinceps sola Lou.
— l. 23. *habeto — obsequiter, partim*] *habeat* Cr. Edd. 4. deinceps *bubulcis obsequiosus partim* pr. ant. Louan.
— l. 24. *facito vti*] Cresc. *faciat vti.*
— l. 24. *bonos habeas*] Cresc. Lou. *habeat,* reliquae *boues habeant.*

P. 16.

P. 16. l. 3. *bubus*] Cresc. *bobus.*
— l. 5. *conficias face*] Cresc. *conficiat.*
— l. 7. *deerunt*] Cresc. *desint.*
— l. 8. *ligueam*] Cresc. *ligneam.*
— l. 11. *autumnum euehito*] *autumpnum* Cr. Lou. *euehat et* Cresc. Edd. 4. Similiter in Vegetio *sompnus* Codex Gothanus.
— l. 12. *ablaqueato*] Cresc. Lou. *oblaqueet*, reliquae *ablaqueat;* deinceps *ac fimum addat* Cr. Edd. 4.
— l. 13. *querneam*] *querneamque* Cr. *querceam* Lou.
— l. 14. *caedito, p. t. eam condito*] *per t. caedat eam condat;* deinceps *pro pabulo ouium* Cresc. Edd. 4.
— l. 16. *autumni*] *et autumnalia opera — ferat* Basil. Cr. *autumnalem rapinam* pr. antiq. Lou. nisi quod Lou. *autumpnalem.*

P. 22. l. 14. *culcitas*] Librarii *culcitras* etiam alibi oggerunt, damnatum a Manutio aliisque. A culcando deriuat cum Varrone de L. L. IV. p. 40. Festus. Ceterum c. XI. 5. Polit. liber *apermenta* habet magis ἀρχαϊκῶς. Singulorum notionem aperit locus Diodori 13. c. 84. de Agrigentinorum luxu: ὅπως μήτις ἔχῃ πλέον τύλης καὶ περιστρώματος καὶ κωδίε καὶ δυοῖν προσκεφαλαίων. Etiam apud Aristophanem Equit. 400. κώδιον est operimentum.

P. 35. l. 10. *circumplumbato*] Diodorus Sic. II. 8. in descriptione pontis apud vrbem Ninum: τὰς δὲ συνερειδομένας λίθους τόρμοις σιδηροῖς διέλαβε καὶ τὰς τέτων ἁρμονίας ἐπλήρω μόλιβδον ἐντήκασα. in quo loco plura sunt notabilia, in quibus explicandis defecit egregii Wesselingii opera. De vocabulo τόρμος dixi in Lexico graeco germanico, quod cum maxime paro.

P. 51. l. 6. *diffindito*] Cresc. Lou. *defindito.*
— l. 7. *artito*] Cresc. Edd. 4. *arcito.*
— l. 9. *continget*] Ita Cresc. Lou. deinceps *vtriusque* Cr. *proacuito* Lou. *obliquo* Edd. 4.
— l. 10. *sese — colligato*] *se — obligato* Cr. pr. ant. Basil.
— l. 11. *est: terebra*] Ita sola Lou. Cresc. *est* omittunt reliquae.
— l. 12. 13. *vitigineos — obliquos artito*] *vitigineos — obliquos arcito* Cr. Lou. deinceps *facito his* Cr. Edd. 4.
— l. 14. *artitoque ea qua*] *arcito ea quae* Cr. pr. ant. Bas. *arcitoque eam quam* Lou. Etiam Polit. *quam* habet.
— l. 17. *ad vitis caput*] Ita Cresc. Lou. quae deinceps: *mediae vitis vinculis:* princeps *vinclis.*

P. 51.

VARIAE LECTIONES

librorum Varronis atque emendationes ductae ex comparatione quatuor Editionum Petri de Crescentiis, principis scilicet, *antiquae absque anni nota, Louaniensis et vtriusque Basileensis, et Codicis Hohendorfiani membranacei, quem seruat Bibliotheca Caesarea Vindobonae numero 22. signatum. Is initio truncatus incipit a verbis Cap. 48. libri 1. p. 197. lin. 7.* mo proinde *integrum Varronem et Columellam continet.* Verum in Columella *subito subsistit in libri XII. cap. 43. sect. 5. verbis:* praecipiebat pediculosque: *fine igitur et capite mutilatus. Caret membrana plerumque interpunctionis signis atque omni Capitum distinctione. Aetatem equidem non desidero, vbi lectionis bonitas fidem librarii et archetypi antiquitatem praestat. Egregium debes, benevole lector, donum humanitati atque amicitiae* Weigelii, *Medicinae Doctoris Lipsiensis, Vindobonae, dum haec commentabar, commorantis atque Aetii medici librorum graecorum Editioni nouae strenuam operam nauantis, cui Codicem monstrauit comparandumque permisit humanitas doctissimi viri,* Denis, *Bibliothecae Caesareae Praefecti.*

P. 151. l. 3. *alimonio*] Ita etiam Cresc. Louan. reliquae Edd. *alimonia.*

P. 154. l. 15, *Villam aedif.*] Cresc. Lou. *Villam aedificandam potissimum vt intra habeant — proxime, quae ibi sit nata, vel perennis influat. Si omnino aqua — faciundae sunt sub tectis — sub diuo.*

— l. 20. *vt pecus vti possit*] Cresc. pr. et antiq. *et pecus vti possint.* Louan. *vt p. v. possit.*

P. 155. l. 3. *sint*] Cresc. pr. antiq. Basil. *sunt.*

— l. 4. *posita est*] Ita Cresc. Edd. 4. deinceps *exortos* Cr. pr. Lou. antiq.

— l. 5. *aptissima*] Ita Cresc. Lou. deinceps *habet* etiam Cresc. Edd. 4. *et hieme* postea Louan.

P. 155.

P. 155. l. 6. *cogere — curandum*] *cogaris* Cresc. Edd. 4. *curandum est* Edd. 3. excepta Louan.
— l. 7. *fiet*] Ita Cresc. Lou.
— l. 8. *Adiuertendum — si qua*] Ita etiam Cresc. Lou.
— l. 10. *et quod arescunt*] Cresc. *et quia cum arescant.* sola Lou. *arescunt.*
— l. 11. *quae non*] Cresc. Lou. *et quae non.*
— l. 17. *At Scrofa, vitandum*] *Item Scropha vitandum* Cresc. Lou. vbi reliquae *est* addunt.
— l. 19. *neue*] Ita Cresc. Louan.
P. 156. l. 2. *toto die*] *tota die* Cresc. Edd. 4. sed Lou. sola recte *Praeterea* habet. paulo antea linea 1. *si quod est ibi quod adu. inferatur, fac.* Louan.
— l. 3. *quod et*] Cresc. Lou. *quia etiam.*
— l. 4. *efflantur*] Ita Cresc. Lou. *afflantur* pr. et antiqua. deinceps *amaritudine* Louan.
— *torrentes fluuii*] *torrentis fluuii* Cresc. Edd. 3. sed *torrentes fluuii* Lou. deinceps *periculo sunt si illis* Basil. *periculosi illis* pr. antiq. *periculosi sunt illis* Louan.
— l. 10. *bubilia sint*] Cresc. Lou. *bubulia sint.*
— l. 11. *possint*] Cresc. Lou. *possunt.*
P. 157. l. 1. *se quiete reciperare*] Cresc. Lou. *se recipere* omissis *in quietem.*
— l. 2. *qui introeat*] *quid intr.* Cresc. pr. ant. Lou.
— l. 3. *ferat*] Ita Cresc. Lou.
P. 158. l. 1. *aut vnum biforiam diuisum*] Cresc. Louan. *vel vnum bif. diuis.*
— l. 5. *melius*] Cresc. Bas. sola *est melius.*
— l. 7. *sucum*] Ita Cresc. Louan.
— l. 8. *ante exugere*] Cresc. Lou. *solem exugere* deinceps *periti procurant quod aqua in eum fluat, qua maxime retinetur sucus.*
P. 161. l. 19. *quod est campus*] Cresc. II. 27. *quod si est campus* pr. et antiq. addunt *alias ager) vimus est vtilior omnibus aliis plantis, quod et sepem sustinet et attollit etc.* sed Louan. *qui et sepem — et accolit vuas — iocundissimam.*
P. 162. l. 1. *ac bubus — et foco ac furno*] Cresc. *et bubus — ac foco et furno.* Louan. *ac furno.*
— l. 7. *totidem*] Cresc. *Item ait Varro quod quatuor extra fundum considerandа sunt, quibus fundus vtilior vel minus vtilis redditur. Primum est, si regio proxima est infesta, quamuis fertilis sit fundus, inutilis tamen est propter latrocinia. Secundum est* (Louan. om. *est*) *si in*

regione propinqua sunt homines, qui emant quae in fundo sunt venalia, vel ne care vendant, quae fundo sunt oportuna. fructuosior enim fundus est. Tertium si nimis longinqua est vti ex ea difficile necessaria portentur ad fundum, minus fructuosior censetur. Quarto (quartum Lou.) *eundem* etc.

P. 163. l. 26. *Tertio*] Cresc. Lou. *Quartum* reliquae Edd. *Quarto* cum Edd. pr. Varronis.

— l. 28. *qua plaustra agi facile possint*] Cresc. *quibus plaustra vel naues portare ac exportare necessaria possunt.* Louan. *possint.*

P. 164. l. 1. *Quarto — fructus*] Cresc. *Refert etiam ad fundi fructus spectandum.* vbi pr. ant. Lou. omisit *spectandum.*

— l. 3. *querquetum*] Cresc. *ad limina quercum.* vbi Lou. *quercetum.* deinceps *habeat* Cresc.

— l. 4. *non possis*] *vt possis* Cresc. pr. et antiqua. Postea *recte sub eam quaedam serere oleamque vsque* Cresc. vbi pr. antiq. *sub eam siluam serere.* Louan. *secundum eam siluam serere oleam, quod vsque.*

— l. 7. *reclinent*] Ita Cresc. Edd. 4. qui pergit: *et in confinio vitem et fundum faciunt* (Lou. *faciant*) *sterilem.*

— l. 22. *iique quos obaerarios*] Omnino legendum esse *iisque, quos*, et *obaerarios* hos seu nexos corpore a mercenariis distingui a Varrone, nunc demum accuratius inspecto loco video, et Columellae locus non dubitare nos patitur, ciues nexos ob aes alienum fuisse multos etiam Columellae temporibus. Quod de Aegypto addit Varro, id de temporibus saltim antiquis negat Diodorus I. c. 79. *τῶν δὲ ὀφειλόντων τὴν ἔκπραξιν τῶν δανείων ἐν τῇ ἐσίᾳ μόνον ἐποιήσατο, τὸ δὲ σῶμα κατ' ἀδέκα τρόπον ἔασεν ὑπάρχειν ἀγώγιμον — δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτον τὸν νόμον ὁ Σόλων εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεγκεῖν, ὃν ὠνόμασε σεισάχθειαν, ἀπολύσας τὰς πολίτας ἅπαντας τῶν ἐπὶ τοῖς σώμασι πεπισευμένων δανείων.* ad quem locum Wesseling laudauit Obseruationes Bynkershoek. I. c. 1. de lege Decemuirali romana.

P. 171. l. 4. *leuis*] Cresc. *leuis est.*

— l. 5. *grauibus*] Cresc. *fortibus.*

— l. 6. *aut asinis quod arant*] *et asinis vti possumus* Cr. vbi pr. ant. Louan. *potes.* Sequitur in Cresc. *et in leui plaustro similiter et ad molam olei facile.*

— l. 16. *consuefacias potius*] *consuefaciant* Cresc. pr. ant. Basil. *potius* omittunt omnes Edd. Eaedem *nocte — in die.* Verba *catena — fiant* similiter omittunt.

P. 191.

P. 191. l. 3. *praecisa ac difissa*] Cresc. Louan. *praescisso ac defixo.*
— l. 5. *ita vt ex vna*] Cresc. *ita quod ex vna.*
— l. 6. *quod caelum*] Cr. Lou. vt Ald. Iunt. *qua caelum.*
— l. 8. *curat. Postero*] Cresc. Lou. *curet. postero, auno vnde propagatum est — praecidit.*
— l. 12. *prius*] omittit Cresc. V. 10.
— l. 13. *inserebantur* etc.] Cresc. pr. ant. Basil. *inseruntur.* deinceps Cresc. *possunt etiam circa solstitium inseri.* Postea: *quia densa* Cresc. Lou. *quod decisa* pr. et ant.
— l. 16. *recenti* etc.] *recenti in ficu in nuca* Cresc. pr. ant. *recenti in sicco minuta* Lou. *recens inimica est* Basil. Sequens *enim* omittit Cresc. Basil. *etiam* posuit pr. antiq. *enim* sola Lou. Pro *putre* Lou. *putrem*, pr. antiq. *putrere*, Bas. *putrefacere.*
— l. 17. *Itaque quod*] Cresc. *Ita quod.* Lou. *itaque caniculae signo com. existimatur ea inseri.* vbi pr. ant. *extimatur ea.* Basil. *extimetur ea.*
— l. 18. *minus*] Cresc. Lou. *nimis.*
— l. 19. *alligant*] Cresc. *ligatur*, Lou. *ligent.*
P. 192. l. 1. *exarescat*] Ita Cresc. Lou. qui deinceps *convalescat.*
— l. 3. *eum sic — denudes medullam*] Ita Cresc. Lou. *eum ita — diuidatur medulla* reliquae Edd.
— l. 4. *nimius*] Cresc. pr. ant. *nimis.*
— l. 5. *oblinendum ac*] Ita Cresc. Louan. *obliniendum et* reliquae.
— l. 6. *inserunt, desecant*] Cresc. *inseratur siccari* sed Lou. *sicari.*
— l. 7. *ante quam*] Cresc. *a vite ante quam* excepta Lou. quae *diffluat inde humor* omisit.
— l. 8. *aut in qua etc.*] Cresc. *aut paulo infra insitam incidatur* excepta Louan.
— l. 9. *vnde humor — effluere*] *vt inde humor* Cresc. excepta Lou. quae *etiam fluere* habet.
P. 195. l. 5. *quatri duo aut*] Omittit Cresc. III. 16.
— l. 9. *Quae — nata*] *Qui — nata sunt* Cresc. Lou. deinceps *erant* Edd. 3. reliquae Cresc.
— l. 11. *fronde*] Cresc. Lou. *frondibus.*
— l. 12. *ne cubi*] Cresc. *ne alicubi.*
— l. 13. *enim gelum*] *enim est propter gelu* Cresc. Lou. *enim* omitt. reliquae. Eadem *terra* reliquae *terris.*
— l. 14. *aeque crescunt*] Cresc. Lou. *aeque crescant*, paulo antea *quae* omittit Cresc.

P. 195. l. 16. *quod tectae*] *quia tectae* Cresc. Lou.
— l. 17. *cinguntur*] Ita Cresc. Edd. 4.
— l. 18. *idque*] Cresc. Lou. vt Polit. *Itaque*, pr. antiq. *Ita quod.*
— l. 19. *nam prius* etc.] Cresc. *nam prius radices nasci solent, nec longius procedunt.*
— l. 21. *nisi quo — solis*] Cr. Lou. *nisi tempore quo venit sol.* reliquae: *nisi quo t. v. sol.*
— — *Duplex causa radicum*] Cresc. Louan. *duplex est causa radicum;* reliquae omittunt *est.*

P. 196. l. 1. *quod et cet.*] *Nam quaedam arbores naturaliter longius producunt radices quam aliae, et quia alia terra facilius viam radicibus quam alia dat* Cresc.
— l. 12. *In seminario etc.*] Cr. pr. antiq. *Aut seminarium surculis constitum est.* Basil. Lou. *Si autem.* Pergit Cr. *cacumina quae molliora* vbi pr. antiq. *meliora.*
— l. 13. *vt olea ac ficus*] *vt oleae aut ficus* Cresc. Edd. 3. *oliuae* Louan.
— l. 14. *ea summa*] omittit Cr. *integenda sunt* deinceps exhibens; postea *ac sinistra* Louan. cum Brusch. Ald. reliquae *aut sinistra.* Denique *ligatis* Cresc. Edd. 4.

P. 197. l. 7. *grani* etc.] Vind. *grani apex sit gluma et arista et — granum omnibus* cetera.
— l. 10. Codex vero propius *esse in Hcueremi libris* habet scriptum. deinceps: *vocabulum et inum habere.*
— l. 14. *granum gerendo. Id enim vt gerat spica feritur frumentum non vt gluma aut arista gerat vt.* Itaque consentit cum Edd. primis, Polit. libro et Caesenate, quos secutus sum.
— l. 17. *sed vuam*] Codex ita: *sed vuam spicam, aut quam rustici — vocant spicam a spe vid.*
— l. 22. *qua sublatent herbae — vagina vt in qua* dat Codex; igitur Aldinum *sublatent* vulgato *sublatet* substitutum confirmat. Ceterum malim legere: *qua sub herba latent.* Dura enim videtur mihi diuisio vocabulorum vulgaris.

P. 198. l. 3. habet lectionem Edd. primarum *in firma spica.* deinceps *ad culmen stramenti summum.* quae lectio mihi quidem vnice vera videtur. Culmus enim non est diversus a stramento, sed ex culmo fit, dum sternitur.
— Postremo loco lin. 4. *virutum* habet scriptum, et deinceps lemma: *De fructibus maturis capiendis.*
— Cap. XLIX. lin. 5. *Conticuisset* habet vt Codex Victorii.

P. 198.

P. 198. l. 17. *capiendis.* (Lemma *De fenisitio et fitilitione pratorum.*) *Primum de pratis.*

— l. 9. *et quo ad parescat.* Ita Codex; deinceps: lin. 12. *erdidi ad quae addere:* postea:

— l. 13. *falcibus consecanda quae fenisicies pr. tum:*

— l. 15. *relinquerunt campum.* In fine est *pratum.* Sequitur lemma: *De messe et causa huius quare messis appellata sit.*

— Cap. L. lin. 17. *in his quae metuntur.* Sic Edd. primae habent.

P. 199. l. 2. *spicas conilciunt etc.*] Huc pertinent, quae velut insulis Britannicis peculiaria annotauit Diodorus V. 21. *τήν τε συναγωγὴν τῶν καρπῶν ποιοῦνται τὰς στάχυς αὐτὰς ἀπρτέμνοντες καὶ θησαυρίζοντες εἰς τὰς κατάστεγας οἰκήσεις· ἐκ δὲ τούτων τὰς παλαιὰς στάχυς καθ' ἡμέραν τίλλειν καὶ κατεργαζομένας ἔχειν τὴν τροφήν.* vbi Wesselingius vulgatam *καταγείας οἰκήσεις* recte damnauit, quanquam veram lectionem recipere ex Codd. scriptis non ausus. Ceterum *τίλλειν* ibi non vellicare est, sed potius decorticare, vt *τιλτὸν τάριχος* dicitur, vel exterere.

— l. 5. *bacillum — sit extrema serrula* vnde cognoscimus quid sibi velit varietas ex Polit. libro annotata, vbi *extremo a* esse dicitur.

— l. 6. *Hac cum compr. — quo manu sinistra et summum et prendunt — terra haeret* (vt Polit.) — *defertur ibi discedit* vt Pol. et Iuntina.

— l. 16. *stramentum ab abstrando* (linea ducta inter ab et abstr.) *vt stramen d. p.*

— In fine: lin. 20. *debent.* (Lemma: *Aream qualem esse oportet.*) *Arestam oportet esse.*

— Cap. LI. lin. 26. *omne porro quam breuissimum — terra pauita — ne ab aestu penunosa in rimis — et hostia aperiant — herbarum de amurca et formicarum.* Videos inepte lemma verbis Varronis interseri, vnde Edd. primae effecerunt verba *est inimica*, vt spuria delenda consentientibus libris Victorii et Politiani.

P. 200. l. 8. *bagienis* habet vt Edd. primae; deinceps:

— l. 9. *vbi ea recta et — quod succedunt.* Accedit igitur Aldino *succedant* pro Edd. primarum *secedant* firmamentum.

— Caput desinit ita: *meridiano: quae seges —* (Cap. LII.) *optimum habeat.* Sequitur lemma: *In semen quem ad modum spicas secerni oportet. De spicis in area excuti grana quod sit* etc.

P. 200. l. 24. *iis tritis*] *his tritis* Vindob. et antea lemma: *Tritura quemadmodum fieri oportet.*

P. 201. l. 1. *subiactari*] Vindob. cum Polit. *subiectari.*

— l. 2. *spirat*] Vind. *spiret.*

— l. 3. *euannatur* Vindob.

— l. 4. *veniat. De stipula. Ad corbem messi facta.* Ita Vindob. distinguit verba, vt Edd. primae.

— l. 7. Cap. LIII. *compasci*] Vind. *compesci.*

— l. 8. *superet. De vindemia facienda. In vinetis* etc. Vind.

— l. 9. Cap. LIV. *cum erit matura*] Vind. *cum sit m.*

— l. 10. *oportet, vt videas*] Vind. omittit *vt.* deinceps idem *aut a quo loco* pro *et a q. l.*

— l. 11. *miscella*] Vind. *mutella.* Forte voluit *mistella.*

— l. 14. *in vindemia*] Vind. *in vindemiam diligentis.*

— l. 17. 18. *electa in secretam*] Vind. *electa in selectam.*

— l. 21. *in aream vt in carnarium ascendat*] Vind. *in aera in carn. escendat.* Idem fuisse videtur in libro Polit.

— l. 23. *vt si quid r. habeant musti*] Vind. *vt si qui r. h. musci.*

P. 202. l. 2. *circumcidunt*] Vind. *circundunt.*

— l. 3. *circuncisicitum* Vind. vt Polit. liber.

— l. 7. *hieme. De olea legenda. De oliueto* etc. Vindob.

— l. 10. *marescit* Vind. forte pro *inarescit* Edd. primarum.

— l. 12. *legitur, quam illa*] *laudabilior. L. quam* Vindob. vt Polit. liber.

— l. 13. *non solum*] *non quia non* Vindob.

— l. 74. *gellicidium* deinceps *harundine* Vind.

— l. 23. sect. 4. *redit — eligitur, alia*] Vindob. *sedit — legatur, alia.* vt Polit. 2. et Venetus.

P. 203. l. 1. *congeri solet*] Cresc. Lou. *debet congeri et conseruari aceruatim.*

— l. 3. *aceruus demittatur per serias ac vasa*] Vind. *acervos demittit per scena ad vasa.* in qua lectione nullum praeterea librum consentientem habet. Cresc. Lou. *primus quidem ac dimittatur in sex vicibus ad vasa olearia ac trapetas.*

— l. 4. *trapetas, quae res molae oleariae e duro*] Vindob. *trapetas, quae res molle olearie ex duro*, plane vt ex Edd. primis lectionem vulgarem correxi, exceptis scribae erroribus. *ex duro* Cresc. Lou.

— l. 5. *lecta fuit in aceruis* Sic Vindob.

— l. 6. *calidore*] Ita cum Iens. Br. Cresc. Lou.

— l. 8. *Ex olea*] Vind. *Ex oleo.*

P. 203.

P. 203. l. 13. *cum is humor*] Cresc. Lou. *Sed modicum ad agriculturam vehementer pertinet et circa radices arborum infundi maxime ad oleam.*
— l. 15. *et vbicunque*] Vind. *et vt vbicunque.* Ad finem addit: *De ferro condendo. Agrius* etc.
P. 204. l. 3. Cap. LVI. *Ille, Em, quin*] Vind. *ille enim quin* vt Edd. primae et Pol. liber.
— l. 5. *melius* omittit Vind.
— l. 6. *iucundius*] Vind. *iocundius.*
— l. 8. Cap. LVII. *De tritico colendo. Et triticum* Vindob. *Et trit.* etiam Polit.
— l. 11. *parietes et solum*] Vind. *parietes etiam solum.*
— — *loricandi*] Vind. *loricam.*
— — *acere*] Vind. *agere* vt Bruschiana; Iens. B. R. habent *agere.* Vides quo gradu ex graeco ἄχυρον descenderit *ager*, et *acer.*
— l. 14. *conspergunt*] Vind. *conspargunt.*
— l. 15. *quadrantal*] Vind. *quadrante amurce.* Voluit vt Edd. primae *quadrantem.*
— l. 16. *adfriat*] Vind. *adfriet.*
— — *Caricam*] Vind. *Carticam.*
— l. 18. *Quidam granaria habent*] Vind. *Quidum h. gr.*
— l. 19. *vocant* σειρὰς] *vocant syrus* Vind.
— l. 20. *puteos*] Cr. III. 2. ex h. l. *Aliqui puteos faciunt.*
— l. 21. *Oscensi*] Vind. *Ostiensi.* Edd. primae *Ostiensi.*
— — *Horum solum*] *et latera* addunt Crescentii Editiones quatuor, quas contuli.
— l. 23. *promitur*] Ita Cresc. Basil. *promatur* Louan. *permittitur* princeps et antiqua mea.
— l. 24. *curculio*] Ita Cresc. Louan. *gurgulio* tres reliquae Edd.
P. 205. l. 1. *vel annos*] Cresc. Edd. 4. omittunt *vel.*
— — *milium vero plus*] Vind. *milium non plus.* Cresc. princ. antiqua mea et Basil. *multum* habent pro *milium.*
— l. 5. *refrigerare*] Vind. *regerare.* quod in suis libris etiam repertum Victorius in vulgare *regelare* mutauit.
— Post *possit* Vindob. pergit: *De faba et leguminibus condendis. Faba, legumina* etc. Ceterum copulam post *Faba* inserunt etiam Edd. quatuor Crescentii, quas vidi.
— l. 7. Cap. LVIII. *seruantur*] Addit Vind. lemma: *De vuis colendis.* (voluit *condendis.*) *Cato* etc.
— l. 11. *Ammineas Scancianas* Vindob. absque copula *et*, plane vt Edd. primae habent. Ceterum statim Codex subiicit lemma: *De pomis condendis. Conditiua mala* etc.

Etiam hinc apparet verba *De pomis* initio capitis inserta a Victorio rectius ab Edd. primis, vtpote lemmatis partem, abesse.

P. 205. l. 13. Cap. LIX. *Scanciana* Vindob. iterum, omissis *Quirinianis*.

— l. 15. *paleas*] Vindob. *paleam*.

— l. 17. *vt eae perflentur*] Vind. *vt he* (i. e. *hae*) *perflantur*.

— l. 20. *in iis, camaris*] Vindob. *in his cameris*.

— l. 21. *pauimentaque faciunt*] Vindob. *pauimentaque l. laudabiliter faciunt*. plane et Edd. primae et Codd. Victorii Politianique.

P. 206. l. 5. *praesertim quidem*] Vind. *quidem* omittit.

— l. 6. *coemta*] Vind. *cepta*. Voluit *coempta* dare.

— l. 8. *oporotheca* Vind. vt Polit. liber.

— l. 9. *vt in opere*] Vind. omittit *in* vt Edd. primae.

— l. 13. *Aniciana, sementiua sorba quaedam* Vind. vt Edd. primae et Polit. libri.

— l. 18. *decerpta*] Vindob. *decerta ac matura, etiam immatura* pergens.

— l. 19. *virga, si demiseris*] *virga et dem.* Vind. vt Edd. primae. *haereant* Cresc. cum Edd. pr. idem *demerseris* pro *demiseris*.

— l. 20. *eanque si conieceris*] Vindob. *eaque sic obieceris*. plane vt Cresc. Louan. *si posueris* reliquae Edd. Cresc. Polit. etiam *eaque*.

— l. 21. *obteris circum*] Cr. *operueris circa*. Lou. *operieris*.

— l. 22. *integra eximi*] *integra exsinu* Vind. voluit *exsimi* vt Polit.

— l. 23. *pependerint*] Vindob. *dependerint: de oblinitate. De olea condendo. Oleas* etc. *pependerint*] Cresc. Lou. *pependerunt*, reliquae *penderint*.

P. 207. l. 2. Cap. LX. *Cato; orchites, et pansea*] Vindob. *Cato et pusias aridas vt rurides in murica, vt lentisco contusas. ortices nigras etc.* Voluit *aut virides in muria aut lentisco — orcites nigras*. Ceterum Crescentius V. 19. vbi h. l. excerpsit, in Edd. principe, antiqua mea habet *optime vsui condito*, Basil. *conditas*, Louan. *condi*. Addit: *si sale sint confricatae diebus quinque et tunc sale succusso si biduo in sole fuerint positae* (Lou. *pos. fuerint*) *et manere idoneas*. (copulam omittit Louan.) *Et* (*si* princeps et antiqua mea, copulam omittit Lou.) *solere easdem sine sale in defrutum condere*. vbi princeps et antiqua mea *defritum*, Lou. *in vase aliquo districtim condere*.

dere. Ceterum si lectionem a me vulgatae *condire* substitutam sequaris, mutanda simul est distinctio, sic quidem: *manere idoneas: solere easdem s. sale in def. condi.* Post *condire* Vindob. ponit lemma: *De amurca condenda. Recte* etc.

P. 207. l. 7. *doliis*] Vind. *oleis* vt Polit. pro *ollis.*

— l. 11. *in vasa*] Vind. *in vase. De pramendis frugibus. Sunt item* etc. Igitur nouum orditur caput cum Edd. primis et Polit. libris.

— l. 12. *adicitur mustum*] *addicitur* l. mustum. *quod nemo* etc. Vindob. Eandem notam in libris Victorius et Polit. insertam repererunt. Ceterum *addicitur* ortum habet ex *adicitur.*

— l. 15. Cap. LXII. *panca. Promunt*] *panca primum* Vindob. vt Edd. primae et Polit.

— l. 16. *vendenda*] Vind. *vendunda.*

— l. 17. *inter se*] Vindob. omittit *se.*

— l. 18. *vtendum*] Pergit Vind. *Quemadmodum frumentum promendum sit. Tuendi* etc.

— l. 20. Cap. LXIII. *esse esse*] Vindob. *esse.*

P. 208. l. 2. *in iis, quos vocant σειρὲς*] *vt in his quos vocent seriis* Vindob. Voluit *serus* vt Polit. alibi *syrus* habet in eodem vocabulo. Ceterum inserta particula *vt* mihi egregie placebat.

— l. 3. *apertione*] Vind. *aperitione.*

— l. 7. *vt in pistrino pinsatur*] Ita plane mecum Vindob. nisi quod *in* omittit. Post *torreatur* pergit: *De amurca tuenda et promenda. Amurca* etc.

— l. 10. *retrimentum*] *recrimentum et* Vind. vt Victor. et Polit. libri.

— l. 12. *vt traiiciant*] Vind. *vt iniiciant.*

— l. 16. *in ahenis leui igni duas partes quoad regerunt*] Vind. *in haenis lenilignis d. p. qua ad regerunt. De vino promendo. Mustum denique ad vsum recte promitur, quod muscum* plane vt Edd. primae.

— l. 20. Cap. LXV. *neque etiam dum processit ita*] Vindob. *neque etiam cum proseruet ita.*

— l. 21. *bibere velis*] Vind. *bibere velles.*

— — *accesserit annus, tum, cum fuerit anniculum promito. Si vera est*] Vind. *accesserunt anniculum prodit. Si est.* Itaque quod Victorius posuit *prodit* pro *promito* videtur in libris Polit. similiter adfuisse, vt censentit Vind. cum iis in reliqua varietate.

P. 209. l. 2. *quod mature vocestum* Vind. vt libri Victorii seu Politiani.
— l. 5. *prompta sunt fructuosiora*] Vind. *prompta propterea sunt fr. De olea promenda. Oleas* etc. Insertum *propterea* non placet.
— l. 6. *si celeriter*] Vind. vt Edd. primae *sic celeriter.*
— l. 8. *illas respuit*] Omittit *illas* Vind. cum Edd. primis et Iuntina.
— l. 9. *recipiantur. De nuce et palmula et fico promenda. Nucem iugulandem* etc. Vind. Scripturam *iugulandem* libri Politiani non hoc quidem in loco, sed alibi etiam praeferunt.
— l. 11. *iucundiore*] Vind. *iocundiore.*
— l. 13. *aridior. De vuis et malis et sorbis pensilibus promendis. Pensilia* etc. Vindob.
— l. 15. *quod colore*] Vind. *quod calore.*
— l. 17. *minitantur. Sorbum maturum*] Vind. *minitatur. Sorbo maturum.* Etiam Polit. libri *soruo* habent.
— l. 19. *lentius*] *letius* Vindob.
— l. 20. *assequi vult, quam nequit*] Vindob. *adsequi vult quam nequid.*
— l. 21. *mitescat. De farre promendo aut ad cibatum aut ad sationem aut ad vendendum. Messum far* etc.

P. 210. l. 1. *in pristino* vitium operarum in nostra Editione habet etiam Vind. Codex.
— l. 5. *tempore promenda*] Crescentius addit: *id est manifestanda sunt;* inepta glossa.
— l. 6. *vendenda*] Vind. *vendunda.*
— l. 7. 8. *quae quoque — promi*] Haec verba omisit Cresc.
— l. 8. *alia enim, quae manere*] Cresc. *ea enim, quae servari.* Vindob. *quo manere* vt Polit. et Iunt.
— l. 9. *vt celeriter promas ac vendas*] *celeriter promat et vendat* Cresc. omisso *vt* velut Heruagiana.
— l. 10. *alia, quae seruari possunt*] Cresc. Lou. *alia* omittit, et verba *quae seruari possunt* sola suo loco posita habet, reliqua: *tunc vendat cum caritas est:* editio princeps, antiqua mea et Basil. alieno loco ponunt.
— l. 11. *saepe enim*] Cresc. Basil. *saepe etiam.*
— — *vsuram adiiciunt*] Vind. *vs. accipiunt.*
— l. 12. *si tempore promas*] Crescent. *si expectato congruo tempore promat.*
— — *diceret Stolo, venit*] Vind. vt Edd. primae omittit *Stolo.*

P. 210.

P. 210. l. 16. *in funus? quod funus? quid est factum?*] Vindob. *in funus, quod funus est factum.*

— l. 18. *animaduertere*] Vind. *animadvortere.*

— l. 19. *perperam fecisse. Ipse*] Vindob. *perperam fecit se ipse.*

— l. 23. *esse sibi ignosci. Nec si eum*] Vind. *esset ibi ignosci vt si eum.* Ex hac lectione pendere alteram puto, quam cum Edd. primis habet communem, *putaret* in vicem *putare;* quanquam bene scio ex vsu graeco linguae etiam *putaret* absque *vt* posse defendi. Ceterum pro *quin non* Vind. *qui non.*

— l. 25. Codex dat Vind. *recte L. non.* Notam eandem in Polit. libris fuisse apparet, vnde Edd. primae effecerunt: *Id non.*

— l. 27. *omnes.*

M. T. Varronis rerum rusticarum liber primus explicit. M. T. Varronis rer. rust. de re pecuaria liber secundus incipit ad Turanum nigrum. Ita Vindob. Codex.

P. 211. l. 1. *praeponebant*] Vind. *proponebant.*

— l. 3. *ignauiores*] Vind. *ignariores.*

— l. 13. *quum vocent*] Vind. *quin vocent.* Ita etiam Bruschiana, nec aliter credo esse in reliquis tribus Edd. principibus, quoniam Iuntina eandem lectionem praefert. Quodsi est, Polit. libri cum Iensoniana consentiunt. Nec dubito verum esse *quin.* Sic enim Noster in extremo libro praecedente sect. 3. *nec si eum seruare non potuisset, quin non multo post animam efflarat.* Ceterum graeca vocabula Vind. membrana ita scripta exhibet: *procenonam, palaestràm proditerion, arnichona, pleristeon, oporothecen igitur* etc.

P. 212. l. 1. *correpserunt*] Vind. *correxerint.*

— l. 3. *vinetis, frumentum*] Vind. *vinetis ac frumentum* vt Edd. primae cum Polit. libris

— l. 9. *ex segetibus fecit prata*] Vind. *e seget. prata fecit.*

— l. 11. *nec si possit*] Vind. *nec si possunt* vt Edd. primae cum Polit.

— l. 17. *coloni, vt ea quae in agricultura nascantur e terra fructum faciant, contra pastoris vt ea quae nata*] Vind. *coloni ea quae in agricultura factum vt nascerentur e terra, contra pastoris eaque nata.* Plane vt Edd. primae cum Codd. Victorii et Politiani. Qua quidem lectione equidem acquiescendum nunc puto, ita eandem interpretatus: *coloni ea sunt*, ad colonum eiusque rationem et scientiam pertinent, quae vt nascerentur e terra factum

ctorum est eius scientia, contra ad pastorem eiusque rationem pertinent ea quae e pecore nata sunt. Quod si Iucundus in lectione consentiente Codicum mutanda tantum sibi licere putauit, quidni aliis eadem licentia dabitur?

P. 212. l. 24. *et agriculturae*] Vind. vt Polit. *et agriculturam.*

P. 213. l. 1. *ornithonibus*] Vind. *ornitonibus.*

— — *E queis*] Vind. *E quis.*

— l. 4. *emturientem*] Vind. *empturientem* recte, si bene vbique *demptum*, *promptum*, *emptum* et similia scripta leguntur.

— l. 5. *ad mercatum adducunt*] Vind. *ac mercatum adducunt.* Deinceps nouum folium inchoat, ita vt desint, quae deinceps leguntur in textu vsque ad Cap. 2. sect. 3. *in Syria.*

P. 215. l. 1. *fuisse naturalem*] Crescentius haec ita retulit: *Sciendum est, vt ait Varro, quod primis temporibus fuerunt animalia semper quae* (Lou. *animalia et homines semper qui*) *naturaliter viuebant.*

— l. 4. *pastoriciam*] In Crescentio Lou. est haec eadem lectio, in reliqua varietate sub litera q excerpta consentiunt tres reliquae Editiones.

— l. 11. *maxime enim hae*] In varietate ex Crescentio sub litera a relata lege: *hae namque m. n. quietae sunt.* vbi Lou. deinceps copula inserta habet *et ad vitam h. apt.*

— l. 13. *caseum*] *caseus competunt* Cresc. princeps antiqua mea et Louan.

— l. 16. *multa et quo*] Crescentii Louan. lectionem *et in quae* a Gesnero memoratam in exemplo meo non reperi; nec magis quod linea 17. inde refert Gesnerus *ad nos* pro *annus.*

— l. 18. *Etiam nunc*] Cresc. *et ad haec ex omnibus generibus domesticatis* et reliqua, quae sub litera e leguntur; vbi Lou. Editio rectius *et adhuc* habet.

— l. 19. *Phrygia*] Cresc. *nam in Phrisia multi dicuntur esse ouium ferarum greges.* Sed Lou. *Frigia*, deinceps *multae* eadem cum principe Editione habet; postea *Samocrate* Lou.

P. 216. l. 4. *suibus nemini ignotum*] Male hinc Cresc. *In Italia multas esse sues feras nemini est ignotum.*

— l. 5. *bones perferi*] Cresc. *bones ferae.* sed Lou. *feri.*

— l. 6. *Medica*] Mecum facit Polit. liber et Crescentii princeps Editio.

P. 216.

P. 216. l. 7. *Lytaonia*] *Caonia* Crescent. princeps, antiqua mea, Basil. *Fusia et Cacinia* Louan.

— — *citerioris*] *Hispania citriore* Cresc. sed Louan. *citeriore.*

P. 217. l. 18. Quae de equis Argiuis ex Gellio III. 9. annotauerum in Comment. p. 394. eadem reperi tradita a Diodoro IV. 15. qui de Diomedis equis ab Hercule Mycenas adductis: ὧν τὴν ἀνιγονὴν μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τῆ Μακεδόνος βασιλείας συνέβη διαμεῖναι.

P. 225. l. 14. Cap. II. Libri II. *quod alterae iam nondum alterae iam non possunt dare fructum*] Cresc. Basil. *nam alere nondum possunt dare fructum.* Sed princeps et antiqua mea: *nam alere nondum iam non possunt dare fructum.* Louan. *alterae nondum alterae iam non p. d. f.* Vnde mihi suspectum est vulgare *iam nondum* et abesse *iam* malim in priore membro.

— l. 17. *De forma*] *Item cognoscitur a forma* Cresc. sed *cognoscuntur* Louan.

— l. 18. *lana multa fit*] *lana multa copiosa fit* Cresc. Lou.

— l. 19. *circum ceruicem*] Crescentii Edd. quatuor habent *circa.*

— l. 22. *obseruare vt sint*] Haec omisit Cresc.

— l. 23. *in Syria*] *sed in Syria* Cresc. Edd. 4.

— l. 24. *id fere*] Vindob. *id fieri.*

P. 226. l. 1. *tortis*] Ita Cresc. Lou. reliquae Edd. *curtis.*

— l. 2. *opertis*] Ita Cresc. Lou. reliquae *apertis.*

— l. 3. *amplo*] Vind. vt Pol. et Ryk. *ampli.* Cresc. Lou. *amplis pectore scapulis.* Idem voluisse videntur Codices Vindob. Polit. Ryk.

— l. 4. *lata et longa*] *longissima et lata* Cresc.

— l. 5. *quod fere qui eam habent*] Vind. *quod fere propterea habent nigro aut varios* etc.

— l. 6. *Ex progenie*] Cresc. *Item cognoscuntur ex progenie.* sed idem cap. 69. *Item ex progenie animaduertatur aries — procreat.* vbi sola Louan. *animaduertitur* habet. Vindob. *animaduortitur.*

— l. 7. *procreant*] Cresc. *solent procurare*, sed Lou. *procreare.*

— l. 10. *chordi*] Vindob. *cordi* vt Polit.

— l. 11. *et si cui*] Vind. *et si quae* vt Polit.

— l. 14. *antiqua fere*] Vind. *fere antiqua.*

— — *emtor*] Vind. *emptor* et deinceps *mi emptae.*

— l. 16. *et expromisit*] Vind. omittit copulam.

— l. 17. *illaste*] Vind. *illisque.*

P. 226.

P. 226. l. 21. *spondesne? cum id*] Vind. *spondes ne cum id.*
— l. 23. *emtor pote*] Vind. *emptor potest.*
— l. 24. *quamuis non soluerit*] Vind. *quam ouis non soluerit.*
P. 227. l. 1. *De alteris*] Vind. *de aliis.*
— l. 2. *pastione*] Vind. vbique *pascione.* Ceterum Cresc. ita h. l. excerpsit: *De pastione primum videndum est, vt per totum annum.* Videtur omnino repentendum esse ex superioribus membrum: *De pastione primum* etc.
— l. 4. *stabula*] Cresc. *in stabulo idoneo sint, ne ventoso, quod spectet magis ad orientem quam ad meridiem.*
— l. 6. *et procliuum vt euerri possit*] *atque decliuum vt mundari ac purum fieri ab humiditate vrinae facile possit.* Cresc.
— l. 8. *lanam*] Cresc. *lanas.*
— l. 9. *ac scabras*] ita Cresc. princeps et Lou. *aut scabras* antiqua mea, omittit Basil.
— l. 10. *steterunt*] Cresc. *steterint* vt Iunt. et Aldina.
— — *virgulta alia*] ita etiam Cr. Louan. contra *virgula* Basil. Post *alia* Cresc. addit *vel paleas.*
— l. 11. *mollius requiescant purioresque*] Cr. *melius* deinceps princeps Editio et antiqua mea *requiescunt.* Lou. *quo acquiescant mollius pulchrioresque.* Vindob. Codex: *alia quoque mollius.*
— l. 12. *quoque septa secreta*] Vind. *quoque septa secreta.* Cr. *infirmis et his qui* (Lou. *quae*) *agnos paruos habent.*
— l. 13. *incientes secludere*] *iniicientes* Vind. Cresc. *eas recludere*, sed Lou. *secludere.* Vind. deinceps: *itemque corpore aegro* pro *item quo.*
— l. 14. *haec magis — animaduertenda*] Cresc. *haec autem in villaticis gregibus sunt seruanda.* vbi princeps et antiqua mea *violaticis.*
— l. 15. *Contra illi in saltibus qui*] *Nam in his quae pascuntur in saltibus, custodes secum portant crates.* Cresc. quae lectio mire placet. Nam in ea, quam dedi cum Vrsino *illi* (greges) *qui pascuntur* in sequentibus non habent, quicum coniungantur commode. In Vindob. est *ab tectis* pro *a tectis.*
— l. 18. *et late*] Cresc. addit *et varie.*
— l. 22. *loca, vt iugum*] Vind. *loca, aut iugum.*
— l. 23. *calles publicae*] *tales publice* Vindob.
— l. 23. *easque*] Vind. *eaque.*
— l. 25. *vt aestate*] Vind. *vt in aestate.*
— l. 26. *tunc herba roscida*] *cum herba ruscida* Vindob. Postremam formam dat etiam Polit. liber.

P. 228.

P. 228. l. 1. *iucunditate praestat*] Vind. *iucunditate praestant.*
— l. 2. *vt redintegrantes*] Vind. *vt integrantes.*
— l. 6. *pascunt ad*] Sic cum Polit. Vindob.
— l. 10. *redintegrabit*] Vind. *reintegrabit.*
— l. 13. *factae, inigere est vtile duplici de causa quod et*] Vind. *factae, interest vtile — quod ex caduca.* Cresc. *teneantur in stipulis, quod est vtile duabus ex causis, nam et* etc.
— l. 15. *stercoratione*] Ita Cresc. Lou. *reliquae stercorationem f. in annum segetes meliores.* vbi sola Basil. *et segetes.*
— l. 17. *pruina iam exhalata*] *prima iam exalata* Vind.
— l. 23. *stabula e pastu, ordeum*] *stabula a pastu, hordeum.* Vind.
— l. 25. *ad admittendum ab*] *ad emittendum ab* Vind.
P. 229. l. 1. *imbecillae*] Vind. *inuecilles.*
— l. 2. *itaque sit etc.*] Haec ita repetiit Cresc. *Admissura fieri debet tali tempore quod partus nascatur circa finem autumni.* Ceterum *exitus* pro *exitu* vt Polit. etiam habet. Vindob.
— l. 4. *iubebisque in tabulato reponi*] *videbisque in tabulatum poni* Vind.
— l. 6. *triceſimum*] Vind. *viceſimum* vt I. B. R. Sang.
— l. 8. *fumum* cum Lipſ. Vind.
— l. 10. *cacabo figuli* Vind. vt vulgo erat.
P. 595. l. 5. *vas fictile nouum picatum idque* — *alte*] Vind. *alias* (vt L. P.) *fictile nouum id* — *altius*. Ex Lipſ. *alter* retulit Gesner, forsan item ibi vt in Vindob. nota perscriptum.
— l. 8. *et in picato*] Vind. *in* omittit cum Edd. pr.
— l. 10. *sit ius* — *quam caseus. nam caseus combibit*] Vind. *siccius* — *cum caseus combibit*. Ita fere Edd. pr. Sang.
— l. 13. *licet aperias* — *voles*] Vind. *liceat ap.* — *volet*.
— l. 16. Margo Vind. lemma ponit: *Vuae olares quemadmodum componantur*.
— l. 17. *bumascos* Vind.
— l. 22. *adoperita*, *et*] Vind. *et* omittit.
P. 596. l. 6. *transuersus f. spisse arato* Vind. vt Edd. pr.
— l. 8. *patenas* Vind. et lin. 9. *patenis* vt Edd. pr.

P. 596.

P. 641. l. 17. *vimine vel vlmi libro*] Pontederae auctoritas pertraxerat etiam Gesnerum in partes eius. Annotauit Pontedera R. Stephanum in scriptis Codd. reperisse *vimine vlmi diligenter* vt est in libro Polit. Sed in annotatione ait Gesnerus a Politiano laudari virum doctum, qui verba *vimine vlmi* in Codice Nicolai Nicoli adscriserat. Itaque is Codex plane cum Edd. primis et Sangerm. facere videtur, contra atque in varietate retulit Gesnerus. Fateor equidem in locis allatis a Pontedera librum vlmi distingui a vimine; verum is omisit locum Columellae IV. 13. 2. vbi inter duriora vinculi genera, quae vineam nouellam facile praecidant, ita de vlmo loquitur: *quia si viminibus salicis aut vlmi ligaueris.* Igitur vel in eo ipso loco vulgata lectio est corrigenda, vel in alterum in libro de Arboribus satis tueri censendus est. Priorem tamen equidem sententiam sequar. Dioscorides I. 111. de vlmo: ὁ φλοιὸς ἀντὶ ἐπιδέσμου περιειλέμενος. ἔστι γὰρ ἱμαντώδης· ὁ δὲ παχύτερος φλοιὸς etc. Idem in Parabil. c. 163. καὶ ὁ φλοιὸς τῆς πτελέας ἐπιδεόμενος, ἔστι γὰρ ὡς φίλυρα, κολλᾷ.

P. 643. l. 8. corrige: *tubulum*

P. 646. l. 2. — *Lutulentam*

P. 647. l. 18. — *populum vel fraxinum*

— l. 20. — *populus vel fraxinus*

— l. 21. *vixerint*] Malim *vixerit*, *altera*

— l. 23. corrige: *arbores et*

P. 648. l. 12. *quidem*] Hoc vocabulum tanquam inutile includendum puto, vt etiam.

— l. 18. *eius* erat includendum auctoritate librorum.

P. 650. l. 9. corrige: *partibus, quas* — *alio tractu*

— l. 15. — *praefracta aut a*

P. 654. l. 19. *primitiuos annos*] In Lipf. est: *primitiuus annus.* Noster 5, 10, 15. *ea res et fertilem arborem reddet et primis annis fructum vinosum, post quinquennium dulcem et apyrenum facit.* Vnde h. l. *primitiuis annis* vel *primis* corrigebat Gesner in Thes. L. L. vbi *primitiuos flores* i. e. vernos nostri 9, 13, 2. comparabat.

— l. 23. corrige: *obleuimus; ea res*

P. 658. l. 12. corrige ex libris optimis: *gemmas mediis* —

— l. 18. — *sumpseras*

P. 659. l. 12. — *furiali omni generi*

P. 661. l. 22. Malim nunc: *stratae arundinem euellant.*

In

P. 617. l. 10. corrige: *eluantur* [a].
— l. 11. — *eluantur* [a].
P. 620. l. 1. *decidant*] Malim *decedant*.
— l. 9. *leuitas confractia*] Hoc est quod Dioscorides 2, 91. ἐλαιόχρωῶς κεκεμμένον dicit, vbi adipes condire odoribus docet; quo cum loco conferenda sunt capita libri I. 39. et sequentia, vbi varia oleorum genera odoribus condit ad vsum vnguentorum. Cf. etiam nostri c. 54. infra, ibique annotationes.
P. 621. l. 11. *Oleum ad vnguenta*] Annotatis ad h. l. p. 666. adde locum Dioscor. I. 29. ἔλαιον ἀμοιβὰς ἢ ἐμφάκινον — διαφέρει τὸ νέον ἄδηκτον εὐῶδες. χρήσιμον δὲ τὸ τοιοῦτο καὶ εἰς τὴν τῶν μύρων κατασκευήν.
— l. 14. *regiam*] In varietate lectionis ad h. l. no. b. lege: antea *Sergiam* pro *regia* nominat Sangerm.
— l. penult. corrige: *mistum vel per se*.
P. 622. l. 10. — *partes, quibus*
— l. 19. — *nubilum aut pluuiae*
P. 624. l. 6. — *fictili vel in vitreo*
P. 625. l. 4. — *recentissimos et amygdalam*
— l. 7. — *idoneo sed etiam*
— l. 14. — *vitream vel nouam*
— l. 16. — *Sumito mentam, et*
P. 626. l. 9. — *iuglandes purgatas, quantum*
— l. 15. — *volueris minutatim.*

Addenda ad Librum de Arboribus.

P. 629. l. 5. *familiariter nostro solo venit*] Ex loco nostri VII. 4. vbi est: *quae peregrina ex diuersa regione semina transferuntur, minus sunt familiaritē nostro solo* malim h. l. legere: *familiare nostro solo venit.* Nam *familiariter venire* esset idem quod sequens *conualescere.*
P. 630. l. 5. corrige: *quot operas*
P. 633. l. 7. — *terras et vites*
— l. 15. — *vinum nec perenne*
P. 635. l. 1. — *Vitem quam ponis, fac*
P. 636. l. vlt. — *stercoris ne minus*
P. 637. l. 24. — *quamobrem*]
P. 639. l. 14. — *diuisa*[d] *medullam*
— l. vlt. — *duas aut vt maxime*
P. 640. l. 13. — *poterit*] In enim reliqua tempora *habebis* [illegible]
— l. 20. — *virga, quae*

P. 641.

P. 34. l. 14. corrige: *fructus virgulta*
— l. 16. distingue: *aliis vnus*
— l. 18. — *loro*[1] *aut vinculo aut funs*
P. 35. l. 2. — *torrefactum vel fabam vel*
P. 36. l. vlt. — *illis*[2] *grana*
P. 37. l. 2. — *forinsecus et*
P. 46. in var. lect. col. 1. lin. litera y l. 2. corrige: Voluit *alea.*
P. 41. l. 1. distingue: *herba nec*
— l. 8. — *fusci minus*: Paulo antea corrige: *Albi*
P. 42. l. 17. — *impressae vel*
— l. 19. — *suppleri ut*
P. 44. l. 14. — *meridiem aestate*
P. 45. l. 8. — *separatos sesquipedis*
— l. 9. — *utrosque fumes*
— l. 19. — *latitudine, vt sint*
P. 52. l. 6. — *fruticibus vel*
— l. 11. — *crocum*[2] *caeterasque* — *suauissimi vel.*
P. 53. l. 8. — *origanum: tertia*
— l. 4. — *olera, saporem*
P. 55. l. 5. — *instante debemus.*
— l. 8. — *caetera suo*
P. 56. l. 20. — *transuersis et ferreis*
P. 57. l. 15. — *duram et asperi*[2] *testae*
— l. 17. — *frigidaridae sanguinem*
P. 62. l. 14. — *filicis vel*
P. 72. in variet. col. 2. lin. 6. corrige: *seruantur*
P. 79. l. 12. — *lapidibus diligenter*
— l. 13. — *solo formandae*
P. 80. l. 1. — *soli seu*
P. 86. l. 20. — *pedis vel*
P. 87. l. vlt. — *ponuntur eh*
P. 90. l. 24. — *nebuloso rarus*
P. 92. l. 2. — *sarmenti unum*
P. 93. l. 10. — *cuneo statim*
— l. 11. — *medulla et cortice*
P. 95. l. 4. — *consistit spoliatam*
— l. 5. — *relicto, per*
— l. 7. — *ramum, terrae*
— l. 22. — *brachiis et*
P. 96. l. 19. — *comprehendit*[2]*, tamen*
P. 97. l. 3. — *frigidis meridiem*
P. 98. l. vlt. — *exili in planum*
P. 99. l. 14. — *minori media*
P. 102. l. 2. malim *radicibus*

P. 104. l. 18. distingue: *fastigius, si capitatum.*
P. 106. l. 3. — *melius, si*
P. 107. l. 21. *qui summum germen inclusit*] furculus hornotinus intelligendus esse videtur, cuius germen summum nondum explicatum est.
— l. 26. distingue: *electa, integra*
P. 109. l. 3. corrige: *de piris;*
— l. 13. distingue: *tertium suspende.*
P. 111. l. 17. corrige: *scobem populi*
P. 114. l. 5. distingue: *cydonia aequum.*
P. 116. l. 3. — *suis. non*
P. 117. l. 23. — *graminosis et cannacum.*
P. 118. l. 15. — *turgentibus vel*
— l. 16. — *persecuto diligentiam*
P. 121. l. 9. *et vino*] Vocabulum *vino* delendum censeo ut inutile. Qui sequitur *limus dysenteriae passionis* comparari potest cum Plinii 33. c. 4. *ossibus pumulente limosis.* vbi Harduinus ex Dioscoride V, 6. ὀστοῖς πυωδεσι malebat *auribus* legi.
— l. 15. distingue: *absinthiatum vel*
— l. 22. — *loco vitium*
P. 125. l. 1. — *conveniet, vernacta*
— l. 2. — *facta, repetere.*
P. 126. l. 18. — *mense, frigidis*
— l. 21. *quernum* item corrigebat Koeler firmans lectionem ex Geopon. V, 37. τὴν ἔμπελον νοσοῦσαν πέτρας κλιματίνη ἢ ὀρυτῇ μηχανείσῃ μετὰ ὄξους καταφρόνων τὸ πρέμνον. Ad sequens incisum compara locum Geoponi ibid. *διπέμνεσι παρὰ τὴν γῆν ἕτα προσχωνεύσεσι ἐλαφρᾶς τῇ γῇ παρακειμένῃ μίξαντες ὀλίγην κόπρον. καὶ ὅταν οἱ βλαστοὶ φυῶσι, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς περιαιρεῖσθαι τοὺς δὲ εὐγενεῖς ἐᾶσι.*
P. 127. l. 14. 15. corrige: [*vel lapidem — palos*]
P. 128. l. 5. distingue: *crescente in area iam parata. femina — discreta.*
P. 129. l. 12. — *sinapis et caules*
— l. 14. — *porrus et capparis feri*
— l. 15. — *possunt et colocasia.*
— l. 17. corrige: *serendi rarius, ita ut distent inter se semina pedibus duobus, locis subactis — pastinatis, maximae arenis.* Verba enim *ita — duobus* veluti parenthesis legenda et interpretanda sunt. Terrae enim qualitas ad sationem referenda, non ad seminum distantiam ponendorum in terra.

P. 129. l. 19. *mulso*] Hic et sect. 7. p. 130. l. 5. corrigendum erat *aut mulsa* nempe *aqua* vt est ap. Colum. XI, 3, 51. Similiter in loco Plinii posito ad Colum. p. 596. corrigendum erat *lacte aut mulsa*. *Mulsa* est ὑδρόμελι et μελίκρατον; alii tamen simpliciter mel nominant. Cf. Niclas ad Geopon. p. 892. Admonuit me de vitio huius loci Cel. *Koeler*.

P. 130. l. 9. corrige: *Sine semine*

— l. 10. distingue: *ea, quae*

P. 131. l. 3. — *stilo inter*

— l. 7. — *minoribus fossulis*

— l. 13. corrige: *quae sitò*

P. 132. l. 12. distingue: *qui inclusis*

— l. 24. corrige: *sed et macro*

— l. 26. — *fatum. bene cum*

P. 135. l. 5. *Si crepant*] Cel. *Koeler* malebat ex Columella legi *ne crepent*. Sed Plinius etiam 17. sect. 47. *si fundantur in arbore, pediculum intorqueri*

— l. 7. corrige cum Cel. *Koelero*: *si quibus p. poma tenacibus, sicut*. Columella 12, 46, 2. *pediculos*. Geoponica X. 29. κλάδας vocant.

P. 136. l. 12. distingue: *macerabis. feruntur*

— l. 13. — *aemulari. Item si*

P. 137. l. 2. — *singulis vel*

P. 139. l. 1. — *tectam* * *stramine*

P. 140. l. 17. distingue: *irrigatis tamen. frigidis quoque* etc. monente *Koelero*.

P. 142. l. 2. Corrigo: *Seruantur et* * *melle; sed si minis matura collegeris*. Ita enim Crese. et Vinc. scriptum legerunt. Nec dubium est in mespilis in melle condendis valere idem quod de cydoniis Columella tradit 12, 47, 3. *Sed cauendum est, ne quae in melle custodire volueris immatura mala condantur. quoniam cruda si lecta sunt, ita indurascunt, vt vsui non sint*.

— l. 10. corrige: *trifurcum* cum *Koelero*. Ita Febr. 17. *furculis bifurci vel trifurci*. Ita Columella V. 19.

P. 144. l. 17. corrige: *lupinorum*

— l. 23. ex Columella *Koelerus* malebat legi: *non natura*. Ego contra in Columella malim *At si voles ficum quamvis maturam feram facere*.

P. 146. l. 1. distingue: *lapidibus ne* — *qualus, includitur*

— l. 7. — *solis minis*

— l. 9. — *pulpae. tunc*

P. 148. l. 2. corrige: *tententur*.

P. 149. l. 11. distingue: *frutetis et his herba*
P. 151. l. 12. — *igne vel verbere:*
P. 152. l. 15 — 20. Nollem sectionem hanc a Wassio acceptam et Palladio suppositam a me, quia spuria et inepta est. Ex falsa lectione sect. 2. *color meritum* occasionem duxit auctor ineptus scholii. Ibi enim corrigendum: *coloris meritum*. Scholii auctoritatem coarguit inusitata vocabuli *Meritum* significatio; deinde *pedibus alacer* nemo, credo, veterum scriptorum unquam dixit; de animo enim alacris, de pedibus *agilis* usurpatur. Verba *Motus — trementibus* ipse Gesnerus cum Wassio damnauerat. Denique verba: *quique — teneatur* male sunt ex Cap. 13. sect. 8. consarcinata.
P. 153. l. 3. distingue: *Sequentis meriti*[h] *varius*[i] *cum*
P. 157. l. 7. — *exitio itaque*
P. 160. l. 1. *Vbi seneris, saepius riga.* malebat *Koelerus* legi hic et in Columella. Verum prata defecta rigare iubent Columella 2, 17, 5. Plinius 18. c. 28. Geoponica 3, 6, 7. καὶ μετὰ τὴν τμῆσιν ἀρδεῦσαι τὸ χορτοκόπιον.
P. 161. l. 16. distingue: *tenero, quod nascitur.* deinceps cum *Koelero* corrigo: *petroselinum, quod maxime locis asperis.*
— in variet. lect. col. a. lin. 5. verba: *poterimus Iulio vel caeteris* Br. pertinent ad paginae sequentis lineam 3.
P. 163. l. 14. — *poma si guttis*
P. 164. l. 3. Lemma: *de oleo violaceo et vino* non erat initio omittendum sed praeponendum.
— l. 9. corrige: *iuuentur*
— l. 11. — *saliuati*[c] *more*
P. 165. l. 16. — *commune*
— l. 20. distingue: *reconditum, fumo*
P. 170. l. 2. — *destinatur*[c] *aut plantis,*
P. 174. l. 5. — *temperata bipedarum*
— l. 16. *cute*] In loco Vitruuii II. 3. *Qui enim per solstitium parantur ideo vitiosi sunt, quod summum eorum sol acriter cum percoquit — ita rimosi facti efficiuntur imbecilles.* scriptum habet Editio princeps Io. Sulpitii, quam scripturam annotauit et approbauit Cel. *Koeler.*
P. 175. l. 6. distingue: *singulas rosae*
— l. vltima corrige: *Hora VI.*
P. 176. l. 7. Cum aquae mentionem hoc loco necessariam affirmet Palladii locus I, 36, 1. etsi a Columella omissam, nisi lateat in verbis *demessa faba et iniecta expoliunt:* vbi forte legi debet *et inducta aqua expoliunt.*

faba enim humido solo facilius inculcatur, quam sicco; quare fimo bubulo dilutiore aequatam aream illinunt, quidam apud Plinium 18. f. 71. igitur nunc malim legere: *inundatis areis fabam spargunt.* Deinceps ex vulgato *terra ungulis strictis Koelerus* Columellam corrigebat: *terras etiam ungulis atterunt.* At equidem contra in Palladio malim: *herba ungulis stricta* vel *attrita.* Nam in Columella verbum *glabrescit* vel *calescit* de scriptura dubitare non patitur.

P. 178. l. 12. *bene seruabimus*] Ex Columella *Koelerus* malebat *horreo seruabimus* legi.

P. 180. l. 12. *reditum*] Malleem ex Edd. pr. *redactum* receptum auctore Gronouio. Ita enim Iulio II. 3. *vt semina maiora redigantur* est pro colligantur et redeant in fructu; et Sept. 8. 2. *redigere semen a farragine.* Sic redactus tenaces sunt I. 19. 2. pro reditus, collecta grana.

l. 19. distingue: *suis grandi*

P. 185. l. 5. *De oenanthe*] Lemma fallit. Debebat esse *De oenanthino vino.* Dioscorides V. 38. λαβὼν τῆς ἀγρίας ἀμπέλου τὸ ἄνθος βρυόσης ξηρὸν ἡνῶς β εἰς μετρητὴν γλεύκους πρὸς ἡμέρας λ. εἶτα διυλίσας ἀπόθου. Vides βρύον de ipso flore dici, contra atque in olea. Cf. ad Colum. p. 214. Ceterum verba *vt grana non transeant, sed flos solus decidat.* explicantur ex loco Plinii 14. f. 18. de acinis labruscae vitae: *Pars eorum aestu moritur priusquam reliqui, qui solstitiales dicuntur. omnes nunquam maturescunt.*

P. 190. l. 9. *luna sexta*] Cum omnia fere rustica opera, vbi aliquid caeditur, praecipue vbi silucstres agri exstirpantur, luna decrescente fierent, vti monet Varro I. 37. cf. Niclas ad Geoponica p. 236 et 248. deinde eum in simili praecepto gramen exaratum agro luna sexta et decima egerere iubeant Geopon. 3, 5, 8. ne gramen reuiuiscat, hinc suspicor h. l. esse scribendum: *luna sexta et decima.* Idibus enim seu quinta et decima plena fit luna; deinceps decrescere incipit. Cf. Columella 2, 10, 10.

P. 195. l. 18. Verba *iacens in terra* nihil gloriae suspicionem mouent adscriptae vocabulo *pronus.* Ceterum in loco Vitruuii 8. c. 1. vnde haec sunt ducta, Editio princeps rectius scriptum habet: *in quibus locis videbuntur humores crispantes et in aera surgentes, ibi fodiatur.* vbi reliquae *et vacrispantes.* Insertum *se* deest in Codice Cotton.

ish. et Franequerano docente Bondam Var. Lect. II. 7. vt me admonuit Cel. *Koeler*.

P. 195. l. 20. corrige: *aerem*

P. 198. l. 18. *velut nares*] In loco Vitruuii VIII. 7. vnde haec sunt ducta, Editio princeps habet: *Sin erripietur tamen vi vaporis, tunc secundum puteum dextra ac sinistra defodiantur aestuaria; ita quemadmodum per nares spiritus exactu dissipabuntur.* vbi vulgatur *spiritus ex aestuariis dissip.* postea vbi est vulgo: *tunc fignines operibus ex tectis aut a superioribus totis excipiendae sunt copiae.* Eadem princeps habet *tesis* i. e. tegulis, probante *Koelero*, cui annotationem debeo.

P. 199. l. 13. distingue: *inferiora possunt*

P. 200. l. 18. corrige: *copiam vel inops venia procuret.*

P. 207. l. 4. *quem primo Augusto*] Ex Nostri Augusto tit. 1. et Columella ibi laudato hra. recte corrigit *Koeler: quem primum extremo Augusto.* Certe *primum* erit recipiendum, quod Vincentius legerat.

P. 203. l. 1. lectionem *exsuccatu* merito praeferebat *Koeler.*

— l. 2. distingue: *laetamina et qualibet*

P. 205. l. 1. — *seremus. terra*

P. 211. l. 2. — *Nouembres esque*

P. 213. l. 9. *ad siccum*] Dare voluerant *ad sipitum* vt ex Comment. p. 174. apparet; minus erroris me nunc non poenitet, quamquam video etiam *Koelerum* ex Columella IV. 8. et de Arbor. 5. maluisse *ad ipsum codicem.* Nam quod Columella III. 6. et ex eo Palladius 3, 9, 6. *e duro citare virgam*, idem Theophrastus ex trunco, ἐπιλαχών, dixit. Cf. Comment. ad Colum. p. 148. Iterum Columella III, 10, 3. sed plene idem 3, 10, 5. *ex duro trunco euatum.* quem ipse sect. 2. *crus vicinum radicibus* interpretatur. Hanc eandem partem *siccam* vocat Palladius.

— l. 11. corrige: *vratur.*

P. 215. l. 7. *remanens aqua*] In loco Geoponicorum posito in Comment. p. 174. Palladius vitiosam scripturam ὑδαρῶδες secutus est. Vulgo ibi ἰλῶδες neque inepte pro πλοῶδες legitur.

P. 216. l. 7. distingue: *ponuntur: quas*

P. 218. in variet. lectionis col. 2. lin. 2. corrige: sect. 1. post verbum *requirit.*

P. 221. l. 15. *et tamen sanguinem creare* corrigebat Cel. *Koeler.* Equidem auctoritatem et causas decreti desidero; quanquam scio esse vina, quae εὐχρόας καὶ εὐφυῶν γεν-

ωχρὰ dixit Dioscor. V. 10. possunt igitur quaedam pallorem gignere et corpus augere cum sanguine.

P. 225. l. 12. corrige: *schoenuanthus*

— l. 13. — *mastichae vnde mastichino oleo* Mart. 9, 3.

P. 226. l. 2. *radicata canna*] Eadem vtitur Tit. 17. sect. 2. neque tamen intelligo, quis radicum sit vsus ad rem.

— l. 3. distingue: *die ex suprascriptis*

— l. 18. *absinthii*] In mensuris variat Dioscorides V. 49. idem absinthitem vinum describens, vbi est: μνᾶν ἀψινθίου εἰς τὸ κεράμιον καθιᾶσι κόψαντες καὶ ἐνθήσαντες εἰς ὀθόνιον ἀρμοῦν ἐῶσιν ἐπὶ μῆνας δύο.

P. 227. in variet. lect. col. 2. lin. penult. dele verba: Vulgo *tam* erat, et transfer ad sequentem lineam post *l. tamen* Pol.

P. 228. l. 13. *ab inflatione et vindices*] Passum *mellis in adulterium excogitatum* ait Plinius 14. Cap. 9. vnde Cel. *Koeler* in extrema sectione cum libro Pol. malebat legi: *mellis vice seruatur*. Deinde idem vir doctus arguit Palladii errorem, qui minus passum quam mel inflare dicat, cum tamen Celsus 2, 25. passum non conuenire stomacho affirmet; etiam Dioscorides V. 9. οἶνος γλυκὺς — στομάχῳ πνευματωτικός deinde de passo proprie dicto: εἰσὶ δὲ πνευματωτικοὶ καὶ κακοστόμαχοι. Potest tamen fieri, vt passum condito vice mellis additum minus quam ipsum mel inflet.

P. 229. l. 13. *ex musto desub pedibus rapto*] Ex loco Geoponic. II. 33. vbi musti pars dicitur: τὸ ἀναζέον ἀφρῶδες Cel. *Koeler* corrigebat: *de summo protinus rapto*. Eandem correctionem Columellae loco similiter vitioso XII. 34. inferre conatur vir doctus, verum ibi verba addita: *et limpidum sit* impediunt, quominus τὸ ἀναζέον ἀφρῶδες intelligamus.

P. 232. l. 3. *si adhuc ictum solis repercussa non sensit*] Recte Gesneri interpretationem improbat Koeler, qui ex Plinio 18. c. 25. fabam plena luna serendam esse annotat; igitur Palladium cum Columella lunam plenae proximam dicere voluisse, non in ipso plenilunio positam, id est, cum totus lunae discus a sole opposito accenditur atque illustratur. Recte igitur idem in Columella 2, 10, 10. antiquam lectionem ἀπόκαυσιν restituendam censuit, cui Gesnerus ἀπόκρασιν substituit sententia contraria.

P. 235. l. 10. distingue: *cinnabari quod*

— l. 11. — *inscribas, mox*

P. 235. l. 19. *Persica* in *supernatia* mutat auctore Plinio 15. c. 12. Cel. *Koeler.*
P. 237. l. 8. distingue: *humidis arborum*
P. 238. l. 19. corrige: *ponuntur et plantae* [b], *quas*
P. 243. l. 16. — *Iisdem*
P. 244. l. 10. distingue: *vitem, quae*
P. 247. l. 5. — *caprae vt oues*
P. 249. l. 16. — *exactis in* — *secundum simili*
P. 250. l. 14. *panes fractos* vel *confractos* ex Geopon. IX. 23. corrigebat Cel. *Koeler.*
— l. 21. corrige: *decesserit,*
P. 253. in variet. col. 1. lin. corrige: omisso *et* Erford.
P. 254. l. 13. *tingemus*] Distinctione vulgatam adiuuare conatus Cel. *Koeler: myrtite, sicut dictum est, ante retingemus;* interpretabatur ex Ianuar. 18. et Febr. 27. myrti grana vino infusa habere.



SCRIPTORVM
REI RVSTICAE
VETERVM LATINORVM

TOMI TERTII PARS ALTERA

COMMENTARIOS AD PALLADIVM
DE
RE RVSTICA
TENENS.

OF NATURAL HISTORY
OXFORD

COMMENTARII
AD
PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI
DE
R E R V S T I C A
LIBROS XIV.

COMMENTARII AD PALLADIVM

LIBRI I. TIT. I.

aestimare] Brusch. *extimare*, *pro existimare* solenni permutatione.

diserte loquuntur] Columellam tangi, suspicatur Gesner; quod si Palladius facere conatus est, consilio inepto feliciter excidit. Rhetoricari ipsum nimis saepe, recte monuit Gesner.

ne, quos reprehendimus] I. Fr. Gronouius malebat *nec, quos repr.*

Tit. III. *corpuscula*] Praefero Crescentii lectionem *corpora* cum Pontedera.

Tit. IV. *metallis*] Quicquid industria humana ex terrae visceribus extrahit atque in vsum adhibet lapidum, gemmarum, ferri, auri, adeoque marmora, petrae, et quicquid in petris nascitur, sulphur, arsenicum, ex notione verbi graeci metalla dixerunt etiam Latini, vt multis ad h. l. exemplis docuit Schoettgen. Cf. Martialis VIII. epigr. 51. et IX. 62.

fauces purae] non tumentes gutture, cuius tumorem ab aquis vitiosis deriuat.

sunt corrupta] In Cantabr. deest *corrupta*. Ceterum alias notas cum Vitruuio VIII. 5. ponit auctor Compendii Architect. c. 5.

causatio] i. e. morbus. Sic etiam *causa* dicitur a scriptoribus posterioris aeui, docente Ulitio ad Gratii vers. 53. et Rhodio ad Scribonium Comp. 128. Formam esse ductam e militia romana, vbi, qui aetatem, aut morbum, aut vitium corporis causabatur, caussaria missione dicebantur missi, annotauit Schoettgen, laudato Politiano Miscell. c. 92. et aliis. Sed et Seneca *causam* et *caussarium* ita dixit ad Marciam c. 11.

2. *vt vitiato*] Inclusa verba: *vt vitiato — decurrat*; velut ex glossa orta damnauit Gesner. Sententiam recte vidit esse hanc: si quis tussiat aut nauseet, salvo capite, causam in aqua esse; si post capitis aliquam noxam vel grauedinem, aërem esse in causa. Igitur ductu Edd. pr. corrigendum puto: *sed si vitiato capite ad pulmones vel stomachum morbi causa decurrat, tunc cuppendus aër potius inuenitur*, quam emendationem in textu ponere non dubitaui.

Tit. V. *aurosi*] Vegetius II. 17. 1. aurosum colorem pupillae dixit; sed Gesner Crescentii lectionem *arenosi* praefert.

tofus arenosus] Locum Columellae IV. 22. 8. *macies et sterilitas terrae, salsa vel amara vligo — arenosus etiam tofus vel plus iusto ieiunus sabulo, nec minus terreno carens ac nuda glarea*, recte comparauit Pontedera, et Crescentii Basileensis lectionem improbauit.

solida] Crescentii lectionem *squalida* probat Pontedera; equidem dubito. Nam squalere et squalida terra dici solet, quae arenosa est vel ieiuna, sole excocta et ventis obnoxia. Quidni Columellae locum laudatum comparauit Pontedera, ubi est: *praeceps et praerupta positio, nimium opaca et soli auersa, valles arenosae*, ubi legi debet *auersa vallis*. Aut igitur h. l. legendum censeo *soli auersa*, aut *solida* molli opponitur, et est quae in vmbra durior et grauior manet.

pinguis soli] Cresc. *pinguis et cretosi soli*. quam lectionem probat Pontedera, quia pingue solum, nisi sit simul cretosum, sabulo temperando et glutinando non sufficiat. Compara Columellam II. 16.

2. *scabra*] rubiginosa interpretatur Schoettgen, et ex Virgilii Georg. I. 495. rubiginem scabram affert in testimonio. Cf. Columella III. 11. et c. 13.

ebulum] Vide Columellam II. 2. Geopon. II. 10. Cur trifolium non macrum et rubos pingues velit Palladius, ignoro; Columella simpliciter trifolio et rubis contentus est.

3. *si defuerit*] In Cantabr. *defluxerit*.

4. *si coloris et*] Vincent. *si coloris nigri et corporis*. De colore in terra, vineis eligenda, nihil habet Columella III. 1. 8. et III. 11. 6. Itaque Crescentii lectionem probauerim.

5. *tempestates*] Brusch. *tempestas inmodice*.

cliuo fallente] Plinius V. Epist. 6. 14. *ita leniter et sensim cliuo fallente consurgit*. quem locum posuit Schoetgen; alios Barth. Adversf. 39. 8.

molliter

molliter] i. e. leniter. In Cantabr. a prima manu est *leuiter*.

6. *resolutus*] Crescent. II. 15. ex h. l. habet *parum*, deinde *pinguem et densum — hic enim labor cultus cum cultoribus non negligentibus ad vota respondebit — deterrimum terrae genus esse quod est — spissum, macrum et frigidum.* Scilicet ita haec excerpsit Albertus p. 493. ubi legitur *labore quidem cultus.*

spissus] Ex Crescentio Pontedera addi voluit *et pinguis*, vt verum diceret Palladius. Recte!

Tit. VI. *aestimaueris*] Brusch. *extimaueris*, *exequi* habet.

ex omni opere] voluitne dicere ex scriptis omnibus; an potius *in omni opere?* Ceterum Vincentius Duac. VI. 48. habet *maxime*, *quas subieci.*

desideretur] Columella II. 2. 16. *non ergo color tanquam certus auctor testis est bonitatis aruorum.*

2. *genera omnium*] Crescent. II. 20. *nam omnium surculorum — genera praeclara terris tamen tuis — committere debes — ponenda.* vbi antiqua mea habet *proponenda.* Gesner h. l. malebat *tuta* pro *tota.*

ab occidente] Albertus: *Vineà in frigidis regionibus et temperatis situanda est ad meridiem et orientem, quia* ex illis *nobilitatur vinum. In calidissimis autem intemperanter regionibus valet si conuertitur ad aquilonem.* Compara sect. 7.

3. *et ideo*] Mihi *ideo* videtur abundare. Deinceps Codex Barthii *potest intemperata diuersitate* habet, male probante Barthio 38. 10. Ceterum *unanquanque* Ald. hic et alibi.

electus] seruus, ob hanc scientiam probatus. Intelligere tamen se haec negabat Gesner.

4. *successura*] Albertus: *palmitum successio.* quae scriptura mihi Palladio dignior videtur esse.

seruet et reuocet] Crescentius IV. 12. habet *item locus qui vitem seruat.* et singula praecepta explicat ex disciplina Palladii III. 12. reuocari vitis dicitur, quae renouatur et reparatur, quae tria verba saepius in hac re confunduntur in libris scriptis. Albertus: *locus quo vitis seruetur.*

maturius] Cresc. l. c. *si vitis mature putetur*, et maturius pullulat et plura sarmenta et maiora *producit — quod si tarde putetur, serius pullulabit et fr. p. consequeris.* Praeceptum translatum ex Columella IV. c. 24. Varietatem putandi Italicam diligenter ubique annotauit Crescentius.

strictius] Albertus: *pauciora relinquantur sarmenta — post paruam vindemiam plurima sunt relinquenda.* Sic augusta putatio dicitur. Columella IV. 24. f. 21. *post exiguos fructus imperandum.*

recidendi] Albertus: *in omni genere culturae putandi videlicet inserendi et reddendi.*

optet] Male etiam liber Barth. *vites oportet op.*

regionis] Male Gesner dedit *regioni*, nam flatus inimicus intelligitur vuis. Sumta vero haec sunt a Columella V. 5. f. 15.

5. *laetus*] Male *lentus* Erf. Commeliniana *laetus* inclusit. Haec debet noster Columellae V. 9. 18.

vel si secum] Locum hunc redintegraui ex Gronouii correctione, qui comparauit Columellam I. 3. 2. et Varronem I. 4.

iniungere] i. e. interserere vitibus. Sic sect. 9. est *nutrienda iniungat sarmenta.* Albertus: *praecipue autem caulis et corylus tollenda quae vites adurunt.* De corylo assentitur Plinius cum Virgilio.

Omnia legumina] Geoponica II. 13. contra fabam et pisum in terra lutosa seri iubent, reliqua in sicca docent posse quidem nasci, sed melius in humida similiter sata prouenire. De faba iterum Geoponica II. 35. Sed Palladius respexit locum II. 40. τὰ ὄσπρια χάιρει ἐν καταξήρῳ γῇ σπείρεσθαι πλὴν κυάμων· ἔτοι γὰρ καθύγροις καὶ ἰκμάδα ἔχουσι τόποις χάιρουσι. Albertus h. l. copulauit cum altero nostri loco infra Nouembri I.

Graecis] Crescentius II. 20. *a Graecis — faba tamen in humida iubetur spargi.*

7. *laboribus*] Temere Gesner lectionem *lateribus* probat. In Lugd. a manu prima esse *latoribus*, suprascripto *ang.* et in margine *lateribus*, testatur Gronouius. In margine Cantabr. etiam *iniquus* legitur pro *inimicus*.

Campi] Cresc. IV. 5. *Campi a montibus remoti et valles non aquosae largius vinum ferunt, colles vero et campi, iuxta eos existentes et naturam eorum habentes, nobilius vinum faciunt.* Sumta haec ex Columella II. 3. 6.

semina occata] Crescentius II. 20. *licet temperatis — longa sit, semina orta magis in agris* etc. ubi Basileensis editio vocem *orta* omisit. Columella II. 8. 4. *quod sicco loco ingestum et inoccatum est perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur.*

Viae malitia] Malim cum libro Pol. *Malitia aquae et voluptati* etc. Etsi enim praeceptum ipsum etiam viae accom-

accommodari possit, vix tamen viae malitia aeque bene dicitur.

8. *vbertatem*] Etiam Barthii liber Aduers. 38. 10. aliusque Zinzerlingii Promulf. Critic. c. 25. *uber* habent scriptum, quam lectionem probat Barth, comparatis aliis locis Palladii. Eandem ex libro vetusto posuit Iuretus ad Symmachum p. 314.

9. *Nigras vites*] Sunt quae vuas nigras ferunt. Graeci enim tres vini colores, nigrum, album et κιρρὸν distingunt; romani scriptores quatuor, album, fuluum, sanguineum, nigrum, teste Plinio 14. c. 9. Vide de his coloribus Niclasii notam ad Geoponica p. 514. Rationem, cur nigras vites repudiet, Palladius non edidit; nec excipi nigras vites memini a reliquis scriptoribus, ex quibus solus Theophrastus, atque ex ea Geoponica V. 2. naturam nigrarum albarumque vitium accuratius enarrarunt, vnde rationem alii forte indagabunt, cur Palladius reprobarit. Solo firmo et arido, ait Theophrastus, conuenire vites solidiores; tales vero esse vt plurimum nigras. (στερεωτέρας) locis humidis convenire laxiores. (μαλακὰ) Dignosci soliditatem et laxitatem medullo tenerorum sarmentorum dissectorum; laxam enim multam medullam lignumque tenue habere, solidam contra parum medullae lignumque crassum. Grandioris medullae meatus esse laxiores, exiguae contra paucos et angustos. Minore has alimento indigere, agrumque siccum melius tolerare; contra albas et laxas in sicco agro sarmenta exilia ferre fructumque non maturare, quoniam ager non tantum alimenti suggerat, quantum sol atque transpiratio abstulerit. Igitur agro humido conuenire albas. Geoponicorum locus V. 2. etiamnum vitiosus post curam Niclasii male albae viti densitatem et δυστροφίαν i. e. pauci alimenti indigentiam, contra nigrae recte paruam medullam densosque acinos tribuunt; recte tamen alba genera multi alimenti indiga in nigra et humida terra poni monent, etiam in argilloso, nisi tamen nimis sit exilis et rimosa; nigras vites contra conuenire solo sicco, exili atque arenoso. Ex albarum numero solam Pfithiam, vtpote pinguiorem, gaudere exili. — Sed nunc suspicor, miscellas intelligi et repudiari. Vidi ad Caton. VI. 4.

acinaticium] Gesner legi malebat: *in prouinciis eius generis, quibus acinaticium* etc. Idem locum Cassiodori Var. Lect. XII. 4. laudauit, ubi *acinaticum*, cui ex acino nomen sit, vinum in enthecis aulicis dicitur fuisse tenuatum, eique substitui vult aliud Imperator, inprimis Veronense,

nense purpureum colore, dulcissimum, pingue, robustissimum. Vua collecta et suspensa Decembri demum exprimebatur prelo. Acinaticium ab acino dicitur, quod acini colorem seruat, quod faciunt paucissima vina. Color enim vuarum cuticulae interius plerumque adhaeret, et mox cum aetate abit citius aut tardius vini primus color.

stilla] Ex Columella IV. 9. Albertus: *in gemma, quae oculus vocatur, vitis putanda non est, sed superius, quia aliter lacryma, quae fluit ex vite praecisa, extinguit vitem.* In Codice Cantabr. a secunda manu legitur *qualem stillam* q^{l} q^{c} *est.* quae posteriora non intelligo.

ac seros] Geopon. IX. 4. repudiant βαθύγειον multoque magis τὴν κατορωρυγμένην, fructum enim afferre ἀλιτῆ καὶ τὸ γέννημα ὑδατῶδες· quae vix sana sunt; nec enim γέννημα diuersum est a fructu. Nec de sero fructu traditur ibi; igitur Gesner h. l. corrigi volebat *serosos.* Recte, si locum consideres, inter *aquaticos* et *amurcae proximos,* quem vocabulum occupat. Alias non sit improbabile, in tali terra fructus sero maturari. Ceterum eandem sententiam tuetur Theophr, C. P. 17. c. 11. cuius locum excerpsit Plinius 15. c. 3. Vide ad Catonem c. 99. Quae sit terra κατορωρυγμένη in Geoponicis, vel κατωρυγμένη, vt est in Gudiano Codice, non facile est dicere. Puto, verbum vitiatum esse ex vetusto, quod Hesychius seruauit; καταρώγεα γῆν τινα πρὸς φυτείαν ἀμπέλων εὔθετον quanquam etiam illius significatio est dubia.

sine vi] Infra Nouembr. 5. *clementer agitant venti oleas.* ubi vide notam.

10. *aetates*] Cresc. IV. 13. Quodsi vitis super arbores, vel arbusta conscendere debet, per aetatem ad hoc ducenda est, donec ad ramos fuerit perducta et reliqua. Palladius sumsit a Columella IV. 19. vbi est *per annorum longam seriem ad hanc altitudinem vitis perducenda est.*

prope est vt] Sententiam hanc excerpsit Cresc. VI. 2.

11. *locum debet*] Ex Columella V. 6. 27.

caccabitur] Arguta profecto sententia, quam excerpsit Cresc. IV. 16. *celabitur* et *clausa* etiam Vine. habet. Albertus: *fodienda etiam vitis dum clausus est oculus eius, non enim videt fossorem suum, nisi siccetur.*

duobus pedibus] Ex Colum. II. 2. 21. ubi vide notam. Ceterum Vinc. Duac. habet ex h. l. *sed ad frumenta — si arbusta.*

dilecta

dilecta] Defendit etiam ex libro suo Barth. Altera lectio eius glossa esse videtur.

12. *annicula*] Crescent. II. 20. *ne semina iacta vetustiora sint quam annua* ex h. l. laudat; scilicet ita Albertus h. l. posuit p. 497. a.

robustius] Ex Columella II. 9. 3. *collis robustius aliquanto, minus tamen tritici reddit.* Crescentius III. 7. *frumentum vero cum colligitur robustius, sed mensurae minus respondet.* Vincent. ex h. l. habet *grano est robustius sed mensura minus ref.*

quae seruntur] Vinc. *quae in terra seruntur.*

13. *divide*] Vincent. *dividendus est. Nam loca pinguia sunt in puras nouales redigenda, locaque — patienda. nam illa quidem naturali ubertati.* Ita editio Duac. VI. 51. sed cap. 48. variat.

Sed sic] Vincent. *Sic tamen urenda distingue — ita nimirum efficies — aequaliter scilicet sterilis.* Ceterum unde Palladius haec duxerit, ignoro. Aliam rationem docuit Columella II. 2.

reuertaris] Intelligo obserendum, post quintum quemque annum. Gesner dubitabat de sententia; posse enim putat haec ita intelligi, vt quinque annos in cineribus iaceat ager, aut vt post quinque annos fruges, certe stramenta et culmi incendantur.

plantatur] Geoponica IX. 2. de legenda oliua tantum monent.

14. *exploremus*] Crescent. II. 20. *praeterea frumentorum et talia semina eligantur, praecipue in ea regione, quam colimus vel probemus adiecta.* vbi antiqua mea *exprobemus* habet. Deinceps ponit, quae leguntur supra sect. 2. genera *surculorum* etc.

exaruerint] Columella II. 14. 1. *quod falx relinquerit, prius quam inarescat, vomis rescindat, atque obruat: id enim cedit pro stercore. nam si radices eius, desecto pabulo relictae, inaruerint, succum omnem solo auferent, vimque terrae absument.* Crescent. III. *vicia viridis messa si cum eo et quod in terra remanet, ager statim aretur, laetaminis more terram impinguat, si autem exaruerint radices eius, antequam terra aretur, succum aufert ab agro;* scilicet transspirantem et dissipatum in auras. Erf. *auferetur* confirmat locus Columellae. Crescentius sua verbotenus ex Alberto transscripsit, unde lege in eo *cum eo quod in terra.*

15. *quindecim*] Idem de quindecim diebus ante brumam et post brumam tradit Colum. II. 5. 2. Sed ecce idem

idem XI. 2. 3. *neque praefestinatum opus nimium immature videri possit ante quindecim dies factum, nec rursus post totidem nimium tarde.*

reclini] Columella II. 9. 3. unde haec sumta: *ad solem prono apricoque — densa crotosaque et vliginosa siliginem et far adoreum non incommode alit. — si lutoso commiseris, emoritur.* Ex Palladio Albertus *mori* repetiit et *coenulentum agrum* pro lutoso.

16. *niuosis*] Columella II. 9. 7.

locis tepidis] Columella XI. 2. 20.

necessitas] Crescent. II. 20. *cogit de salsa terra serere aliquid, post autumnum — liberius imbribus elaetur — illi virgulata.* ubi antiqua mea *separari — illa virgulta* habet.

17. *superfunt*] Columella Arbor. III. 7. *Saxa summa parte terrae et vites et arbores laedunt, ima parte refrigerant.* Idem III. 11. *est vineis amicus silex, cui superpositum modicum terrenum, quia frigidus et tenax humoris per ortum caniculae non patitur sitire radiculas. In summa vero terra saxa solem arcent, vmbram humoremque augent; cum vitis solem caloremque quaerat.* Unde statim apparet origo supplementi eius, quod habent Edd. principes, et quod leuiter correctum addidi Palladii orationi. Gesner h. l. tacitus praeteriit. Ceterum Br. *iccirco.*

18. *laetandis*] Erf. habet *laetaminandis;* quae lectio forte praeferenda est. Certe in solo Palladio forma haec exstat vulgaris.

crates] Vide ad Nouembr. XXII. 4. ubi similiter *crustam facere* dicitur.

et tenere] Ex Colomella I. 8. *ne villicum ex eo genere seruorum, qui corpore placuerunt, instituamus.* Igitur probo lectionem: *dilectis temere seruulis.* reliquis omissis.

Tit. VII. Ex Palladio Crescentius II. 14. *Propter quod etiam praecipit Palladius terram considerari, quoniam si labor fructus excellat vtilitatem, relinquenda est, si autem fructus excedit laboris meritum insistendum dicit esse cultui.* Quae vnde duxerit, ignoro. Similis tamen locus est Columellae I. 4. f. 5.

2. *vitiis*] Argute dictum pro vitiosis vitibus.

3. *positio ipsius agri*] Non agrum sed aedificium seu villam intelligi, patebit comparato Columella I. 5. f. 5.

aut per — dilato] Haec omisit Cresc. II. 26.

calidis

calidis vero] Cresc. *calidis pr.* — *septentrionalis* — *quae utilitati, rob. et saluti et aeque bonitati res.* De ipsa sententia vide Columellam I. 5. f. 5.

Tit. VIII. 2. *praetorii*] Iterum noster cap. 11. 24 et 33. nominat. Suetonius Aug. 74. *ampla et operosa praetoria grauabatur.* Calig. 37. *in exstructionibus praetoriorum atque villarum* etc. Eadem ratione posuit in Tiberio c. 39. et Tito c. 8. Vide notam Ernesti ad Tiberii vitam l. c.

insuper struendi] Duae etiam Cresc. editiones, quas contuli, carent his verbis, ut ex sua etiam annotauit Pontedera, qui simul monet, in Italica versione Cresc. verba tamen esse expressa. Ipse haec verba ex Basil. editione Cresc. laudat: *fundamenta igitur ut ait P. stabilia et durabiliora sint* etc. ubi mea Basil. habet *et diu durabiliora*, sed antiqua mea *diu durabilia.*

Tit. IX. 1. *et aestati et hiemi*] De situ hoc dictum ad Columellam I. 6. et in Addendis ad istum locum. Cf. infra cap. 12.

2. *tremorem*] Alteram lectionem *tremor* nimis hyperbolicam sententiam dare, recte monet Gesner. Compendium Architect. c. 19. *in contignationibus diligenter respiciendum est, ut aequalitas soli dirigatur.*

axes queruae] Malim *axes quernei.* Et Vitruuius VII. 1. unde haec ducta sunt, habet *axes esculini.* Compendium *ne axes quercei cum esculinis.* vbi Codices Vaticani *esculi.* Pergit: *nam quercus cum accepto humore siccescere coeperit, arcuatur.*

3. *subtiliter*] Vitruuius: *in tenuissimos axes quercus secetur, et primo in directo iactatis axibus* etc.

transuersus] Plinius 36. c. 24. ex eodem Vitruuio *binas per transuersum coassationes* vocat.

farno] Contra Vitruuius: *namque de cerro aut fago seu farno nullus ad vetustatem potest permanere.* Compendium: *De cerro aut fago seu farno coaxationes, haut ad vetustatem poterit permanere. Iactatis in ordinem et compositis axibus silex aut palea aequaliter superstruatur, vt calcis humor ad axes peruenire non possit.* Sed ibi Vatic. *vt*, unde corrige locum: *coaxationes vt ad* — *possint permanere, iactatis* etc. Farnus quae sit arbor, ignoratur. E *fraxino* ortum vocabulum *frenum* atque hinc gallicum *frêne* censebat Gesner. Arborem Italis *farnia* dictam, Latinorum aesculum, et Theophrasti Φηγὸν esse, affirmat Acoram-

coramboni ad Theophrast. p. 704. Alibi vocem Italam *farina* scriptam reperi.

super] Vinc. *desuper*. Vitruuius, *coassationibus factis, si erit silex, si non, palea substernatur vti materies ab calcis vitiis defendatur*. Plinius: *imo et silicem aut paleam substerni melius esse, quo minor vis calcis perueniat*. Noster in eadem re infra Maio XI. *paleam et silicem supra constituemus* ubi P. Codex recte *silices substernemus*.

4. *Statuminabis*] Vitruuius: *tunc insuper statuminetur, ne minore saxo, quam quod possit manum implere: statuminibus inductis ruderetur*. Plinius: *Necessarium et globosum lapidem subiici*. Cum Vitruuio Compendium, vbi deinceps: *statuminibus ruderi seu nouo siue rediuiuo ad duas partes una calcis misceatur. Rudus est maiores lapides contusi cum calce misti*. Vnde apparet, locum Palladii esse lacunosum, redintegrandum ex Maio XI. ubi vide notas.

sex digitorum] Vitruuius: *Insuper ex testa nucleus inducatur, mixtionem habens ad tres partes, vnam calcis, vti ne minore sit crassitudine pauimentum, digitorum senum. Supra nucleum ad regulam et libellam exacta pauimenta struantur siue sectilibus seu tesseris*. Plinius: *tunc nucleo crasso sex digitos induci*. Ceterum Brusch. *exploraris*, deinde eadem cum Ald. *calce permisces*.

sex unciis] Vinc. *semipedis*, et sic Vitruuius cum Plinio.

inducto] Vitruuius 2. 4. *graecorum hibernaculorum usus, qui minime sumtuosus est, sed vtilis apparatus. Foditur enim intra libramentum triclinii altitudo circiter pedum binum, et solo fistucato inducitur aut rudus aut testaceum pauimentum — deinde congestis et spisse calcatis carbonibus inducitur ex sabulone et calce et fauilla mixta materies, crassitudine semipedali ad regulam et libellam, et summo libramento cote despumato redditur species nigri pauimenti. Ita conuiuiis eorum et quod poculis et pityismatis effunditur simul atque cadit, siccescit: quique versantur ibi ministrantes etsi nudis pedibus fuerint, non recipiunt frigus ab eiusmodi genere pauimenti*. Plinius sect. 63. *non negligendum est etiamnum vnum genus graecanici pauimenti. Solo fistucato iniicitur rudus aut testaceum pavimentum. dein spisse calcatis carbonibus inducitur, sabulo, calce ac fauilla mixtis. materia crassitudine semipedali ad regulam et libellam exigitur, et est forma terrena. Si vero cote depolitum est, nigri pauimenti visum obtinet*. Palladius infra in Maio c. XI. scutulas vocat *paginas*.

5. *angulis*] Compendium: *et vsque eo fricetur, vt iunturae vel anguli inter se conueniant; tunc erit perfecta fricatura*.

catura. Quodsi facultas non erit, vnde super fricentur, ne aut lacunae aut cumuli sint, ad regulam fricatura extendatur et supra marmor tunsum incernatur aut arena — politatur.

Tit. X. *fossitiae*] Ex Vitruuio laudat Vincentius S. N. 8. 7. *alia est arena fossitia, alia fluuiatica vel marina. Arenae fossitiae haec sunt genera, scilicet nigra, cana, rubea, carbulum. Ex his optima erit, quae in manu confricata stridorem fecerit. — item si in vestimentum candidum coniecta fuerit et post excussa id non inquinauerit nec ibi terra subsederit — tamen de fluminibus et e glarea extrahatur.* Isidorus 16. 3. ex Palladio habet: *si manu impressa stridat, aut si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquat.* sed ibi Vinc. *manu pressa aut in vestem.* Compend. Architecturae Cap. VIII. *quae manu comprehensa stridorem — quae autem terrosa fuerit, eamque in vestimentum candidum si miseris, et effusa si nihil sordis.*

tria] Ex Vitruuio 2. 4. etiam Plinius 36. f. 54. *Arenae tria genera. Fossitia, cui quarta pars calcis addi debet; fluuiatili aut marinae tertia. Si et testae tusae tertia pars addatur, melior materia erit. Ab Apennino ad Padum non inuenitur fossitia, nec trans maria:* ubi Vinc. habet *nec marina.* In Plinio quaedam omissa et ad calcem reiecta esse, postea monebitur.

nigra, cana, rufa] In Vitruuio additur *carbunculus*, vel, vt est in duobus libris Vatic. *carbunculum.* Plinius cum Palladio hoc genus omisit, Vincentius *carbulum* excerpsit. Sed carbunculus videtur idem genus esse cum nigra arena, vel est glossa ei addita. Interim hinc discimus, qui sit carbunculus, de quo dixi ad Varron. l. 9. Compendium Archit. canam omisit, carbunculum posuit.

aut glarea] Vincentius Duacensis Sp. natur. 8. c. 7. *sed fossilis arena non inuenitur, de fluminibus autem glarea, vel littore colligitur. Marina quidem tardius — onerata:* sed altero loco *oneret et* habet. In Vitruuio *aut e glarea*, tuentur etiam Codd. duo Vaticani, *de glareis* Compendium habet.

onerata] Vitruuius: *neque onerari se continenter paries patitur.* Pro *continenter* (συνεχῶς graece) Palladius dixit *continue.* Deinceps Vincentius Duac. 8. 7. *fossiles autem tectoriis et cameris ac coeli siccitati — quia diutino sole aut imbre aut bruma vanescunt. Fluuiales vero — At si vti — suauibus illuta* etc. Sic idem c. 2. in Plinii loco 36. f. 58. pro *pruinis* legit *brumis.* Ceterum *onerata* h. l. est

est paries, ex arena structus et oneratus. Compendium: *pondere grauata structura rumpetur.*

2. *camerarum — tectoria*] Vitruuius: *neque concamerationes recipit* et deinde parietum tectoria dissolui salsugine remissa ait. Idem I. c. 2. Marina arena lota iubet vti propter salsuginis timorem.

tectoriis et cameris] Aldus caementitios parietes substituit tectoriis, quia Vitruuius arenam fossitiam recentem tectoriis inutilem esse affirmat. Sed Compendium *fossiciae celeriter siccescunt et tectoria non laedunt et concamerationes vtiliter obligant. — fossiciae itaque cum recentes sunt, tectorio operi propter pinguedinem conueniunt, fluuiaticae autem propter macritatem signino operi incongruentes sunt. Sed baculorum subactionibus in tectorio opere recipiunt soliditatem, in caementias autem structuras pura arena mittatur.*

vanescunt] Vitruu. *resoluuntur et fiunt terrosae.* Ex Vitrurio Vinc. laudat ita: *si enim exentae diutius iacent, a sole et a luna et a bruma coactae resoluuntur et petrosae fiunt.* Compendium: *et terrosae et vanidae fiunt.*

3. *albo saxo*] Vitruuius 2. 5. *de calce diligentia est adhibenda, vti de albo saxo aut silice coquatur: et quae erit ex spisso et duriore, erit vtilior in structura, quae autem ex fistuloso, in tectoriis.* Plinius f. 53. *calcem e vario lapide Cato censorius improbat.* (cap. 38.) *ex albo melior. Ad vtrumque* (structuram et tectoria) *damnatur ex silice. vtilior eadem ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecto. Vtilior e molari, quia est quaedam pinguior natura eius,* vbi Vincentius 8. c. 9. *vtilior etiam e molari est.* Contra Vitruuius, ex quo sua duxit Plinius. Epitome Vitruuii habet cap. 9. *Calx itaque de albo saxo vel Tiburtino aut columbino fluuiatilique coquatur aut rubro aut fungia.* Quae Vitruuio restituenda esse censuit Schoettgen; etsi nec Vincentius ea suo in libro reperisse videtur. In Plinio mihi verba: *vtilior eadem ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecta*, pertinere potius ad arenam videntur, et ex sectione sequenti errore librarii huc translata, etsi eodem verborum ordine Plinii verba exscripsit etiam Vincentius. In Palladii loco Vincentius Duac. 8. 9. scriptum habet: *aut columbino fluuialiue conuenit coquere, aut rubro vel spongia aut postremum marmore. et illa quidem quae ex spisso aut duro saxo — vel molliore lapide conuenit tectoriis; vtilius quidem, si in duabus calcis partibus arenae vna miscetur — cretae testeae — soliditas inuicta praestabitur.* Palladii locum

sic posuit Isidorus 19. 10. *Lapides, structuris apti, sunt albus, tiburtinus, columbinus, fluuialis, sfungia rubrus et reliqui.* (vbi Vincentius 8. 2. habet *rubens fluuiatilis et reliqui*) *Albus lapis alius durus, alius mollis. Mollis dentata serra secatur, tractabilis in opere est, ita vt in eo quasi in tigno literae scribantur.* (Vinc. habet: *mollis in opere non durus est, sed tractabilis ita, vt in eo quasi in ligno l. s.*) *Tiburtinus a loco Italiae dictus* (est add. V.) *qui dum (cum V.) sit ad fabricam fortis, vapore tamen dissilit — Columbinus a colore auis nuncupatus, natura vicinus gypso et mollitia simillimus. Molaris in parietibus vtilis, quia est quaedam natura eius pinguior duraque et aspera, ex quo etiam molae fiunt, vnde et nomen traxit. Huius quatuor genera: Albus, niger, permixtus ac fistulosus. Sfungia lapis creatus ex aqua levis ac fistulosus et cameris aptus — fluuiatilis silex semper veluti madens est. Hunc aestate exhiberi oportet nec ante biennium inseri in structuris domorum.* Quae partim ex Plinio 36. s. 48. partim ex Vitruuio 2. 7. ducta sunt. De lapide albo sic Vitruuius 2. 7. *In Vmbria et Piceno et Venetia tofus albus, qui etiam serra dentata vt liguum secatur,* vnde Plinius 36. s. 48. *In Liguria quoque, Vmbria et Venetia albus lapis dentata serra secatur. Hi tractabiles in opere laborem quoque tolerant, sub tecto duntaxat — Tiburtini ad reliqua fortes vapore dissiliunt.* De tiburtino etiam Vitruuius: *tiburtina vero, et quae eodem genere sunt omnia sufferunt et ab oneribus et a tempestatibus iniurias:* vbi tamen Vincentius 8. c. 1. habet: *temperata vero et ab humoribus et tempestatibus iniurias sufferunt.* oblitteratis plane tiburtinis lapidibus. Sed albus hic Vitruuii ex Vmbria, Piceno et Venetia totus vix huc ad calcem pertinet. nec magis ille ruber et niger Campaniae tofus, de quo ibidem tradit Vitruuius. Relinquitur igitur, vt de silice albo duro Anicianarum praecipue lapicidinarum intelligamus saxum album durum Palladii. De his vero eorumque duritia Vitruu. 2. 7. atque inde Plinius 36. s. 49. Formae, in quibus aera fundebantur, fieri inde monet vterque. Ex silice et Tiburtino saxo factos terminos Frontinus de Agrorum Limitibus dixit terminos siliceos et Tiburtinos. Metalla saxi Tiburtini memorat Strabo libro V. p. 238. Locum Plinii ita corrigebat Pontedera Antiqq. p. 614. *ex albo melior atque e duro, et structurae vtilior.*

columbino] Plinius 17. s. 4. margam albam, rufam, columbinam, tofaceam et arenaceam habet. Idem alibi columbinum cicer, et columbinas vites. Cicer columbinum can-

didum alii Venerium dixerunt. Hodieque Itali vitem *Colombana* et vinum album inde factum *Colombano* vocant. Saxum calcareum etiamnum *Columbino* nuncupant, non tamen plane candidum. Iidem *Albereſe* vel *Albazzano* aliud genus vocant. Vide Lettres ſur la Mineralogie de l' Italie par Ferber p. 117.

fluuialiue] Ita ex Vincentio et Iſidoro ſcripſi. Vulgo *fluviali*. Latinus de Limitibus p. 304. ed. Goeſii: *lapis fluuialis cromaticus dicitur, lapis Tibartinus caeſalis dicitur, lapis albus ſilicineus, ſi peralbus fuerit, Gallienſis*, quem locum attulit Schoettgen.

ſpongia] Plinius 36. ſ. 35. ſpongias lapides, in ſpongiis inuentas habet ex Dioſc. 5. 53. ſed illi huc non pertinent. Idem 34. ſ. 41. ferrum liquefactum in ſpongias frangi ait. Sola Iſidori interpretatione contenti eſſe debemus; idque genus *fiſtuloſum* dicere videtur Palladius. De fluuiali ſilice ita Plinius 36. ſ. 49. *nec certior fluuiatilis ſemper veluti madens. Remedium eſt in rubro lapide, aeſtate eum eximere, nec ante biennium eum inſerere tectorio, domitum tempeſtatibus. Quae ex eo laeſa fuerint, in ſubterranea ſtructura aptantur vtilius. Quae reſtiterint, tutum eſt vel coelo committere.* vbi vulgatum *dubio lapide* ex Vitruuio 2. 7. correxit Harduinus. Sed Iſidorus de fluuiatali intellexit locum omnem et legit ibi, *inſerere in ſtructuris domorum* et paulo antea *exhibere*, cum Vitruuius etiam *eximere* approbet; locum tamen Iſidori, vt vulgo editur, laudat etiam Vincent. 8. c. 13. Itaque is legiſſe in Plinio videtur *humido* vel *vdo lapide*, quam lectionem vulgatae ſubſtitui, volebat Pintianus. Aut igitur ruber cum fluuiatili ſilice idem eſt, aut verba Vitruuii, *cum ergo propter propinquitatem neceſſitas cogit ex rubris lapicidinis et quae ſunt vrbi proximae, copiis vti* ita debemus interpretari, vt rubros ſimul et fluviatiles ſilices ibi intelligi velit; aut denique eſt error Iſidori. Rubrum lapidem hunc mollem fuiſſe, et in vicinia vrbis repertum, docent loca Plinii et Vitruuii. Pumicem Pompeianum etiam ſpongiam dictam fuiſſe, docet Vitruvius II. 6. Ceterum Compendium Architecturae Cap. IX. ex Palladio ſic tradit: *Calx itaque de albo ſaxo vel tiburtino aut columbino fluuiatili coquatur aut rubeo aut ſpongia; quae enim erit ex ſpiſſo et duro ſaxo, vtiliter ſtructuris conueniet — fiſtuloſo aut exiliore lapide — teſtae cretae — praeſtabit*, vbi Codices duo Vaticani *ſfungia* habent, deinde Vaſcoſana male *toſta creta*.

ſpiſſo

spisso et duro] Plinius: *quae ex duro, structurae vtilior, quae ex fistuloso, tectoriis.* Isidorus 16. 13. calx e lapide albo et duro melior structurae, ex molli, vtilis tectoriis, sed ibi Vincentius 8. 9. *structuris* et *tincturis* habet.

duabus arenae] et marinae et fluuiatilis, vt ex Vitruvio etiam Plinius; nam fossitiae quarta pars calcis additur. Quare probo deinceps lectionem Cresc. *in fluuiali quoque arena*, nam Vitruuius quoque habet: *in fluuiatica etiam vel marina si quis testam tusam et succrittam.* Ita enim laudat Vincentius eius verba.

cretae] Vitruuius *succretae*, Plinius *tusae*, Epitome Vitruuii *tostae*, Edd. I. B. R. *coctae* habent.

Tit. XI. *trabibus*] Vitruuius II. 8. *summis parietibus structura testacea sub tegula subiiciatur altitudine circiter sesquipedali, habeatque proiecturas coronarum.* vnde Pontedera h. l. malebat legi *trabibus* pro *tegulis*. Sed recte monuit Gesner, trabibus ipsum tectum niti, et tegulas ex assulis tecti suspendi.

coronis] Italus interpres Vitruuii Galiani: *e vi si fara anche it cornicione col gocciolalatoio.*

stillicidia] Vocem hanc omittunt libri plurimi scripti. De Commelini, qui vocem inclusit, libro testatur etiam Gronou. Obseruu. I. 20. qui eum a P. Scriuerio missum sibi tractauit cum altero Scriuerii ipsius Codice. Ipse Gronouius probat Lugdun. libri membranacei lectionem, qui omisso *stillicidia* habet *perpluuia*. Vitruuius: *qua possit ex imbribus aqua perpluere.* Sed vocabuli *perpluuium* exemplum nullum aliud exstat; igitur sequi Codicis auctoritatem vnius nolui.

asperatis] i. e. trulliffatis. Vide ad cap. XIII. 2.

tertio] tribus temporibus distinctis. Vitruuius VII. 3. *parietes quam asperrime trullissentur — subarescente iterum ac tertio inducatur.* Haec Gesner recte monuit. Compendium Architecturae Cap. XI. *lateritii parietes tribus inductionibus prius solidentur.*

Tit. XII. *luce*] Compendium Architecturae c. XIV. *vrbani itaque operis gratiam luminosam esse oportet; praesertim cum nulli vicini parietes impediant — Hiberna ergo hibernum occidentem spectare debent, quoniam vespertino lumine opus est. — Triclinia verna et autumnalia ad orientem spectare debent, vt gratiora sint — aestiua triclinia ad Septentrionem spectare debent.*

in vnum computetur] Compendium cap. XV. *triclinio-rum et conclauium quanta latitudo et longitudo fuerit, in vno computata mensura, ex ea medietas altitudini tribuatur.* vbi Vatic. 2. *in vnam computa mensuram.*

Tit. XIII. *tabulis*] ipse deinde cum Vitruuio VII. 3. asseres vocat.

ligni Gallici] ex abiete Gallica, infra Noubr. XI. 1. nominata, quod docet etiam locus Vitruuii: *asseres directi* (i. e. paralleli) *disponuntur, inter se nè plus spatium habentes pedes binos,* (sesquipedem posuit Palladius) *et hi maxime cupressini, quod abiegni ab curie et ab vestutate celeriter vitiantur.* Haec fuit abies Romae infernas dicta. Vide ad Noubr. XV. 3. Compendium Architect. c. 21. *Camerae ergo canniciae sic erunt componendae. Asseres abietini ad lineam aut regulam aequaliter dirigantur, ne plus habeant grossitudinis quam digitos tres. Hos inter se sesquipedali mensura diuisos ordinabis, et catenis ad contignationem suspendes, ita vt binae perticae graciliores inter eos: simissales faciant tumices ligaturas. Catenae autem parentur — cupresso. Camerae ex arundine graeca vel palustri grossiori rasa et contusa sic contexantur, vt his circuli aequalis admodum grossitudinis et longitudinis ante ligentur, qui possint aequalem nitorem ostendere, vt si quam cultiorem gratiam emutare volueris, fasciculi molliores cannae facilius flexi ducantur.* vbi Codex vterque Vatic. *abstinei* habet. Deinceps Vascosana prima Editio habet: *ita vt bino pollice graciliores inter eos simissales faciant tunicas, ligentur.* vnde apparet, insignem in eo libro iam olim fuisse scripturae diuersitatem, quam non satis extrico. Videant acutiores, quomodo cum Vitruuio Palladius et Compendii auctor conciliari possint. Comparabat Wesselingius Herodotea I. 72. de muro Babylonis: τέλμασι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ καὶ διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου ταρσὸς καλάμων διαστοιβάζοντες. Cf. Thucyd. II. 76. Diodorus XIII. 113.

suspendemus] Vitruuius: *catenis dispositis ad contignationes siue tecta erunt crebriter clauis ferreis fixi religentur.* vbi Codd. duo Vaticani: *siue tignis tectoriis* vel *siue tectorum crebriter* habent.

binas — perticas] Obscuratum a Palladio fuisse Vitruuii locum, admonuit Gesner, quanquam singulatim nihil docens. Nihil de perdicis Vitruuius, cuius en tibi verba: *asseribus dispositis tum tomice ex sparto hispanico harundines graecae tusae ad eos, vti forma postulat religentur.*

Compen-

Compendii Architect. auctor in editione Valeof. similiter omittit perticas, quas ex duobus Codd. Vaticanis illi restituit Polenus. Difficultatem non expedio.

2. *crassiorem*] i. e. graecam. Vitruuius: *Sic autem harundinis graecae copia non erit, de paludibus tenues colligantur et mataxae tomicae ad iustam longitudinem una crassitudine alligationibus temperentur, dum ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes distent, et hae ad asseres vti supra scriptum est, tomice religentur, cultellique lignei in eas configantur.* vbi cultelli Italo interpreti Galiani sunt *cauicchi*, i. e. clauuli, cuneoli. Igitur nec hic perticarum mentio fit, additarum a Palladio. Hic praeterea ab initio dixerat, cameras *aut tabulis aut cannis fieri*, quasi sine cannis fieri possint solis tabulis inditis. Plinius XVI, c. 64. de arundinibus: *et in reliquo orbe cameras leuissime suspendunt.* Graeca arundo est ea, quam in arundineto vinearum vsibus colebant romani vinitores, cui degenerem seu cannam opponit Columella VII. 9. 7. Graeca, vtpote rigidior, in vsu camerarum contusa adhibebatur; praeterea longior etiam erat. Ceterum in Vitruuio legere malim *mataxa aut tomice;* est enim mataxa funiculus tenuior.

strictim iuncta] Heinsius Aduers. III. p. 399. malebat *vincta*.

induemus] Malim cum Leid. *inducemus*, ad eandemque formam sequens *ducemus* refingam.

pumicea] Vitruuius: *imum coelum earum trullissetur, deinde arena dirigatur, postea aut creta aut marmore poliatur.* trullissare est Italorum *rinzaffare*, arena vel arenato dirigere, eorum *arricciare*, vnde directiones arenati; politio, denique *intonaco*.

Tit. XIV. Ex Vitruuio VII. 2.

Tit. XV. 1. *primo*] Male Gesneriana seruauit *prima*, et deinceps post *tertio* omisit punctum. Prima haec inductio proprie trullissatio dicitur, vt antea vidimus.

2. *rutrum*] Vitruuius: *dum ita materies temperetur, vti cum subigitur, non haereat ad rutrum, sed parum ferrum e mortario libretur.* Ceterum Vincentius omisso *rutrum* habet *subigetur*.

tria coria] At Vitruuius: *Cum ab arena praeter trullissationem non minus tribus coriis fuerit deformatum tunc e marmoreo grano* etc.

3. *grano*] Vitruuius VII. 3. sed Epitome c. 22. habet *ex marmore Grano*, vbi vir doctus in margine auguratur *grandi*. Gesner granum marmoreum interpretatur non in puluerem redactum, sed maioribus granis et arenis asperum, cui deinde subtilius corium impositum asperitatem tollat. Recte! In Vitruuio duo Codd. Vaticani *grandio* et altero loco *grandi* habent scriptum. Italus interpres Galiani comparauit locum Vitruuii c. 6. *caementa marmorea siue assulae* (Codd. Vatic. *assilae*) *dicuntur, quae marmorarii ex operibus deiiciunt, pilis ferreis contunduntur cribrisque excernuntur; eae autem excretae tribus generibus seponuntur, et quae pars grandior fuerit, quemadmodum supra scriptum est, arenato primum cum calce inducitur, deinde sequens ac tertia, quae subtilior fuerit.* Itaque ipse Vitruuius lectionem Vatic. librorum *grandiore* pro *grano* probare videtur.

4. *inductio ante*] i. e. materies inducenda. Vincentius omisso *rutro* habet *subigetur*, Vitruuius *temperetur*. Compendium Architect. c. 22. *prima ergo inductione trullissata, cum arescere coeperit, iterum ac tertio lucidationes dirigantur. Cum tribus coriis opus fuerit depuratum, tunc ex marmoreo grano trullissationes sunt subigendae:* vbi Vascosana Edit. *loricationes*, Vatic. 2. *inductiones* habet. Vatic. 1. *lucidationes* Polenus recepit; quod idem verbum, sed loco alieno, Cap. XIX. ponunt Codices. Vbi enim auctor Compendii: *loricabis de saxo, quod manum possit implere*, Vatic. 1. *ludificabis* Vatic. 2. *iudicabis* habet scriptum. Scilicet vterque voluit *lucidabis* dare. Denique vterque Codex *marmore gramo*, Vascosana *graio*.

Tit. XVII. *lardo*] Cato 18. s. 7. torcularis pauimentum testaceum oleo fricari iubet. Vitruuius VII. 1. fracibus quotannis ante hiemem saturat.

2. *hospitium*]. Pergit deinceps Crescentius l. 10. in eius medio formetur puteus, deinde circa eum omnis concauitas repleatur in fundo de grossis lapidibus fluminum, in medio et de minutis et de sabulo in supremo, vbi autem desunt fluminum lapides, loco eorum fornacis petrae ponentur. In quibusdam autem locis fit pauimentum de quadam creta, quae cum mediocriter est infusa, conprimitur et calcatur, quod aquam in se positam vel puluerem optime recipit et conseruat. Anguillas etc. Diuersa est ratio Plinii 36. s. 52. Cisternas arenae purae et asperae 5. partibus, calcis quam vehementissimae 2. construi conuenit,

nit, fragmentis filicis non excedentibus libras. Ita ferratis vectibus calcari solum parietesque similiter. Vtilius geminas esse, vt in priore vitia confidant aquae, atque per colum in proximam transeat maxime pura aqua. Vincentius subiungit l. c. cisternam, in qua per sabulum destillat colata aqua amnium in vrceum suppositum. Ceterum Brusch. *lardo et pingui.*

anguillas] Huc pertinet locus Plinii 31. f. 22. limus aquarum vitium est; si tamen idem amnis anguillis scateat, salubritatis indicium habetur, sicuti frigoris, tineas in fonte gigni. Anguillas aquis putealibus immittunt cum cancris ad destruendas sanguisugas Geoponica II. 51. f. 15. Brusch. *anguitas* habet.

malthae] De maltha hac frigidaria vide infra ad c. 41.

3. *coques*] Bruschiana verbum hoc post *spumet* transfert.

4. *strigmentum*] Est graece γλοιός. Infra c. 41. est ceroti instar.

nam coelestis] Plinius 31. f. 21. miror, cisternarum ab aliquibus maxime probari aquam. Sed hi rationem afferunt, quoniam leuissima sit imbrium aqua, vt quae subire potuerit ac pendere in aere — quo fit vt pluuiae aquae sordium inesse plurimum sentiatur, citissimeque ideo calefiat aqua pluuia — pluuias quidem aquas celerrime putrescere conuenit, minimeque durare in nauigatione — nam cisternas etiam medici confitentur inutiles aluo duritias facientes faucibusque etiam limi non aliis inesse plus, aut animalium, quae faciant taedium, confitendum habent.

Tit. XVIII. *Cellam vinariam*] Columella I. 6. 11. *eadem est ratio in plano sitae vinariae cellae, quae submota procul esse debet a balineis, furno, sterquilinio reliquisque immunditiis, tetrum odorem spirantibus, nec minus a cisternis aquisue salientibus, ex quibus, qui extrahitur humor, vinum corrumpit.* Vitruuius I. 4. in cellis vinariis tectis lumina a septentione capere suadet; fuere enim aliae apertae, vbi vina fortiora aeri exponebantur.

obscurae] Crescentius IV. 32. *Cellam vinariam septentrioni habere debemus oppositam, frigidam, obscuram, vel obscurae proximam.* vnde h. l. verbum *obscuram* inserendum esse, recte iam admonuit Pontedera. Albertus: *Cella vinaria ad Aquilonem apta et lumen habere debet et claudi ad meridiem, obscura sit, ab omni foetente et vaporante*

remota. pauimentum habeat solidum et siccum, et si vinum immaturum fuerit, in vasis algori hiemis exponatur. tunc enim restrictus in se ipsum calor naturalis vini aliquam confert maturitatem.

basilicae] Comparari putat cum cella Gesner basilicam, non tam qua fornicata erat, sed in quantum gradibus aliquot eleuata soli illius pars erat, quae pro tribunali esset, quoties iudicia ibi agerentur. Comparat locum Vitruuii V. 1. Sed basilica ex graeco βασιλικὴ στοὰ est porticus, domum, aedem, theatrum cingens. Igitur h. l. basilica ambitum cellae eumque editiorem signat. Calcatorium h. l. praeteriit Gesner, sed in Thes. L. L. locum torcularii, vbi vuae calcantur, interpretatur, quo nihil poterat ineptius excogitare et magis alienum ab hoc loco. Quid enim torcularium ad cellam vinariam? Contra calcatorium semitas quasdam editiores recte interpretatur Cangius Gloss. Lat. sub voce Calceda, vbi monet, quosdam a calcando, seu eundo, alios ab opere calcato, seu loricato deriuasse. Ita *calcabile silice crustatum aggerem* nominat Sidonius I. Epist. 5. Comparat deinde satis bene vias, *calceas, calceatas, calceata* et *calceta* dictas, quas Galli hodieque *Chaussées* vocant. Suggestum vocat Cato c. 154. vbi vide notam. Podia breuia ipse Palladius in calcatorio deinde nominat testaceo pauimento solidata; vt in suggestu aluearii collocandis ex Columella Palladius I. 38. pro suggesta podia nominat similiter. Huic igitur calcatorio deputantur proprie cupae, ex tabulis factae. Forte huc pertinent στοὰ ἁρπᾶ βακχείᾳ τε νάματος in Aristophanis Pace vers. 14. quas Photius cum Hesychio ταμεῖα παραμήκη interpretantur. Idem Hesychius: ἀβήρ· οἴκημα στοὰς ἔχον, ταμεῖον. Λάκωνες. Nescio an huc respexerit Plautus in Milite III. 2. 38. *Sed in cella est paulum nimis loculi lubrici; ibi erat bilibris aqualis, hic propter cados, ea saepe decies complebatur die, eam plenam atque inanem fieri maxumam vidi. bacchabatur hama, casabant cadi.* quem locum ab Interpretibus explicatum nondum vidi.

aut quatuor] Brusch. *ascendatur aut quattuor.* Deinde *testatio* habet.

lacus] Pauimentum procliue in lacum in cella vinaria habet etiam Varro I. 13. 6. Sed de cellae vinariae et oleariae distributione vide annotationes, explicationi et descriptioni molae oleariae Stabianae additas in fine Commentariorum in Catonem et Varronem, vbi cella olearia, in ruinis Stabiarum reteeta, depicta exstat.

doliis

doliis per] Credo ex doliis manantia vina in lacum defundere. Dolia autem intelligo collocata in suggestu, nec terrae infossa. Contra Gallicus interpres: *et conduire leuin à trauers des passages pratiqués au bas de ces murs dans des futailles qui y seront adossées.* At huic rei lacus ipsi inseruiunt!

2. *cupis*] Ex nostri loco infra c. 38. *vbi aluearia tabulis more cuparum facta* memorat ex Columella IX. 6. *ligno arboris in tabulas dissectae* apparet, ligneas fuisse cupas. Noster Febr. c. 25. s. 12. *vel in cupellis vel in vasculis fictilibus conduntur.* Plura loca dabit Gesneri Thes. L. L.

basellis] Fluctuat lectio inter *asellis* et hanc semilatinam formam basellis. Asellos tamen in hoc vsu aliunde ignoramus.

obruta] Omittit etiam liber Barthii, sed recte defendit Gesner ex loco Columellae XII. 18. 4. vbi sunt dolia depressa. Ecce etiam Suidas: *κριός· — καὶ ἐν ταῖς οἰνικαῖς ἀποστάσεσι κριὸς καλεῖται τὸ κεράμιον τὸ πρῶτον, ᾧ λοιπὰ ἐπιτηρεῖται.*

largiore] Ita ex libris correxi vulgatum *longiore*. Geoponica VI. 2. *τὰς δὲ πίθους ἑδραστέον μὴ ψαύοντας ἀλλήλων, ποδιαίᾳ μέτρῳ μεταξὺ καταλιμπανομένῳ, ἵνα καὶ οἱ τῆς οἰνοθήκης ἐπιμελόμενοι ῥᾴδιαν ἔχωσι τὴν ἐπὶ τὰς ἐνδοτέρας πίθους εἴσοδον — τὰς δὲ πίθους ἑδραστέον ἐν ξηροῖς τόποις, ὥστε κατὰ γῆς εἶναι τὰ δύο μέρη αὐτῶν — ἐὰν δὲ δυναμικὸν καὶ πάχος ἔχοντα ἡ χώρα φέρῃ τὸν οἶνον, τὸ ἥμισυ αὐτῶν.* De doliis, in terra defossis, testatur etiam Hippocrates de Sacro morbo p. 308. ed. Foesii: *ὁκόσα τε ἐν οἰκήματι παράμια κατὰ γῆς ἐστι μετὰ οἴνου ἢ ἄλλου τινὸς ὑγροῦ, πάντα ταῦτα ἀισθάνεται τοῦ νότου, καὶ διαλλάσσει τὴν μορφὴν εἰς ἕτερον εἶδος.* Postremum ponam locum Diodori Siculi XIII. 83. de Agrigentinorum luxu, vbi Polyclitus historicus, cellam vinariam domi Gellianae memorat: *περὶ τοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν πιθεῶνος λέγων εἶναι δ' ἐν αὐτῷ τριακοσίους μὲν πίθους ἐξ αὐτῆς τῆς πέτρας τετμημένους, ἕκαστον ἑκατὸν ἀμφορεῖς χωροῦντα, κολυμβήθραν δὲ παρ' αὐτοῖς ὑπάρχειν κεκονιαμένην χωροῦσαν ἀμφορεῖς χιλίους, ἐξ ἧς τὴν ῥύσιν εἰς τοὺς πίθους γίνεσθαι.* Ecce igitur lacum seu piscinam in cella vinaria, iuxta dolia ex ipso montis saxo excisa, structam atque albario opere incrustatam, ex qua in apposita dolia vinum defluereret. Videntur igitur Graeci eadem plane ratione vinarias cellas ordinasse, quam Palladius descripsit. Piscina igitur cum canalibus, inde deductis, altior videtur fluisse doliorum serie, circa parietes collocatorum, seu in solo

defossorum. Videant peritores, si quid simile hodie in Italia aut Graecia constructum viderint aut traditum legerint.

ad calcatorii] Geoponica I. c. *τὸ δὲ ἔδαφος πλίνθοις καταστρωτέον εἰς ὕψος ἀνάγοντας, καὶ ἐπὶ τῷ καταστρώματος τὸς πίθους ἑδρασέον ὑποβάλλοντας τὴν ἄμμον.* Ceterum interpretationem calcatorii, antea positam, adiuuat locus Vitruuii VI. 9. de cella vinaria et olearia: *magnitudines autem earum ad fructuum rationem et doliorum numerum sunt facienda; quae cum sunt cullearia, per medium occupare debent pedes quaternos.* vbi interpres Italus Galiani *hanno mezzo un diametro di quattri piedi.* Male!

non peritura] Vide ad Varronem I. 13. 6.

Tit. XIX. *Situs*] Ita duobus in locis habet Vincentius et Br. cum Aldina. Vulgo est *sicut*. Sed et Crescentii editio, qua vtor, *situs* habet ex h. l. Vide notam ad Columellam I. 6. 11.

humore] Ex Crescentio *olore* malebat Gesner. Similiter infra I. 33. ex Crescentio *olore* attulit pro *odore*. Vide ad Columellam I. 6. 11.

abrumpi] Malim ex Pol. *obrumpi* — Columella *rimas agere* dixit.

suffuso] Infra cap. 40. s. 2. *superfunditur* pauimentum.

2. *cellas*] Columella a lacubus distinguit granaria.

craticiis podiis] Supra 18. 2. *quodsi cupis locum suum deputabimus, is locus ad calcatorii similitudinem podiis brevibus et testaceo pauimento solidetur, vt etiam si ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur vina.* Vt ibi podia fiunt seu suggestus opere testaceo, quae lacus efficiant vino continendo, ita hic fiunt craticia, id est, crate vitili, quae lacubus frumenta diuersa distinguant. Verum apud Vitruuium II. 8. et VII. craticius paries est qui asseribus arrectis transuersisque struitur et luto impletur vel lateribus. Festus: *Sotea materia robustea super quam paries craticius exstruitur.*

vimineis] Horatius Serm. I. 1. 53. *cur tua plus laudes cumeris granaria nostris.* Vbi vetus Scholiastes: *Cumerum dicimus vas ingens vimineum, in quo frumenta recondantur: et vasa fictilia similia doliis, et vasa minora, quae capiunt quinque sine sex modios, quae lingua Sabinorum trimodiae dicuntur.*

reditus tenues] Codex Lugd. *redactus*, quam lectionem vnice probat Gronou. Obseruu. I. 19. Similiter infra VII. 7. sect.

sect. 1. *mellis redactum* habent Edd. L. B. R. Lugd. Erf. et Vinc. duobus in locis. Praeterea ex Digest. Lege LVIII. §. 1. de Vsufructu affert Gronouius *redactum fructuum*.

granariis, amurca] Penfilia granaria intelligi, patet ex Columella; de quibus addo locum Heronis Βελοποιητικῶν, V. p. 87. τίθεται δὲ καὶ ἄλλον τρόπον ὁ σῖτος ἐν ὑπερῴοις διηλειμμένοις ἐν ἀμόργῃ τὲς τοίχες καὶ τὸ ἔδαφος, καὶ τὰς θυρίδας ἔχεσι καὶ διαπνοὰς πλείες ἐςραμμένας πρὸς βορρᾶν, καὶ πεφραγμένας δικτύοις ἵνα μηδ' ὑπὸ τῶν ὀρνίθων κατεσθίηται, μήτε θήρια ἐγγίγνηται. Debeo locum Godofredo ad Codic. Theodof. T. V. p. 323.

coriandri] In Leid. esse *rorandri*, monet Gronouius.

Columella] I. 6. 16.

nihil tamen] Infra cap. 36. 2. *sit circa aream locus alter planus et purus, in quem frumenta transfusa refrigerentur et horreis inferantur. quae res in eorum durabilitate proficiet.* Columella II. 21. 3. nubilarium dixit.

Conyza] Geoponica II. 27. χρησιμώτατον δὲ κόνυζαν ἡμιψυγῆ τᾷ ἐδάφει ὑποστρωννύειν τὲ σίτε καὶ μετὰ δέκα (medimnos addit versio) ἐπιβάλλειν τὴν κόνυζαν, καὶ πάλιν σῖτον ἕως ἂν ἅπας ἀποτεθῇ· ὁ γὰρ ἕτως ἀποτεθεὶς ἐ μόνον εἰς πολλὰ ἔτη ἄσηπτος διαμένει, ἀλλὰ καὶ ἀποσώσει τὸν ἀυτὸν ςαθμὸν ἐπὶ τῇ ἀρτοποιΐᾳ. Similia praecepta ex Philone posui in Indice sub vocabulo σειρός. Ceterum in Leidensi libro esse *additur*, annotauit Gronouius.

auster — auersus] Geoponica ibidem: ἀπεςράφθω νότε καὶ τῶν τοιότων ἀνέμων.

Tit. XX. *rotulis*] Praeter trapetas Columella molas, soleam et tudiculam nominat. Quam voluerit Palladius machinam intelligi, nescio. An orbes dicere voluit trapeti? sed horum forma satis constans fuisse videtur. Ceterum *dictabit* Br. et Leid. habent.

2. *cuniculis*] Quales in balneis pensilibus describet noster infra c. 40. vbi vide, et ad Columellam I. 6. 18.

quo saepe] Vulgatam defendit locus Columellae I. 6. 18. vbi forte color olei vitiatus excidit.

Tit. XXI. *a septentrione*] Ita recte libri scripti. Columella et Varro duplicia bubilia, aestiua et hiberna, operosius parant. Vide ad Columellam I. 6. 5.

2. *focum*] Vitruuius VI. 9. *in cohorte culina quam calidissimo loco designetur; coniuncta autem habeat bubilia, quorum praesepia ad focum et orientis coeli regionem spectent, ideo*

ideo quod boues lumen et ignem spectando horridi non fiunt. Item agricolae regionum imperiti non putant oportere aliam regionem coeli boues spectare nisi ortum solis: vbi Palladius de cute nitida interpretatus est verba *horridi non fiunt:* Contra interpres Italicus Galiani *non diuentano ispidi.* In eodem Vitruuii loco de equilibus verba *dum ne ad focum spectent: cum enim iumenta proxime ignem stabulantur, horrida fiunt,* Italus posuit: *fanno ispido il pelame.* Male. Vide ad Columellae l. c. Sed ecce tibi locum Galeni de Antid. I. c. 3. qui hunc Palladii locum egregie illustrat. Κατὰ τὰς ἀγρὰς ἅπαντας παρ' ἡμῖν οἶκοι γίνονται μεγάλοι, τὴν μὲν ἑστίαν, ἐφ' ἧς καίεται τὸ πῦρ ἐν μέσοις ἑαυτῶν ἔχοντες, ἐκ πολὺ δὲ αὐτῆς ἀπέχεσιν αἱ τῶν ὑποζυγίων στάσεις, ἤτοι κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη δεξιόν τε καὶ ἀριστερὸν, ἢ πάντως γε κατὰ θάτερον. εἰσὶ δὲ κρίβανοι συνεζευγμένοι ταῖς ἑστίαις κατὰ τὸ πρόσω μέρος ἑαυτῶν, ὃ πρὸς τὴν θύραν βλέπει παντὸς οἴκου. τοιοῦτοι μὲν ἐν ἅπαντες οἱ κατὰ τὰς ἀγρὰς οἶκοι κατασκευάζονται κἂν ἐυτελεῖς ὦσιν. οἱ δ' ἐπιμελέστερον αὐτῶν κατασκευαζόμενοι κατὰ τὸν ἔνδον τοῖχον ἔχεσι τὴν κατ' ἄντικρυ τῇ θύρα τεταγμένην ἐξέδραν. ἑκατέρωθεν δ' ἐυτῆς κοιτῶνας, καθ' ὃν ἄνωθέν ἐεσιν ὑπερῶα οἰκήματα, καθάπερ καὶ κατὰ πολλὰ τῶν πανδοχείων ἐν κύκλῳ κατὰ τρεῖς τοίχους οἴκε τῶ μεγάλε, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ τέτταρας. Quae latine sic versa exstant: Apud nos omnibus in agris atria magna extruuntur, quae focum *(culinam)*, in quo ignis accenditur, in medio habent, nec procul inde iumentorum praesepia sunt vel vtraque ex parte, dextra et sinistra, vel ex altera saltem. Tales itaque domus in agris, etiamsi frugalius aedificatae sint: nam quae maiore cura fabricatae sunt, exhedram habent, e regione ianuae sitam ad parietem interiorem, et utrinque cubicula, quibus aliae cellae, vt in multis cauponis, in circuitu trium, et saepe quatuor atrii parietum dispositae superin cumbunt. Reliqua eius loci posui ad Columellam I. 6. sect. 20. Compendium Architecturae cap. XIII. *Primo ita chortes et culinae calidis locis designentur. Bubilia in parte meridiana ita, vt ad ortum aut ad focum boues spectent. Nitidiorem enim cultum recipiunt, si ad lumen attendant.* Ibidem sequitur: *Equilia calidis locis ordinentur, et obscuriora fiant, vt securi equi pabulentur.*

octo pedes] Vide ad Columellam I. 6. 6. Compendium: *Latitudo XV. pedibus disponatur, et in parietibus singulis VIIII. pedes relinquantur.* vbi Vatic. 2. VIII. habet.

Plancae

Plancae] Gesneri Index comparat Gallicum *Planche*, Schoettgen interpretatur tabulas planas ex Festo et laudat Gronouii Obseruu. in Scriptt. Eccles. c. 20. p. 221. Festus: *plancae dicebantur tabulae planae ob quam causam et. Planci appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt.* vbi Scaliger recte a graeco Φάλαγγες deducit, quae graece dicuntur ligna, quibus naues subducuntur et deducuntur, quibusque incumbunt in naualibus. Latini *palancas* dixerunt. Male Dacerius a πλάκες deriuat, inserta litera *n*, plancas. In loco Plinii VIII. c. 43. de asinis: *nec pontes transeunt, per raritatem palancarum translucentibus fluuiis.* vbi recentiores *raritatem eorum dederunt.* Graece etiam Φάλαγγαι dicuntur, quas tamen, vtpote rotundas, a plancis Festi distinguit Mercerius ad Nonium p. 132.

cum stramine] Male omittunt libri. Paleas substernit Columella VI. 30. 2. Vide ad Veget. I. 56. 2.

Tit. XXII. *insunt animalia*] Oues puto: Vide ad Columellam VII. 3. 8.

porticus] Similem porticus significationem rusticam ex Palladio et Columella monstrabit Index.

scandulis] Libri alii *scindulis*, solenni varietate, etiam in Plinio XVI. 10. annotata a Gesnero.

genistis] Vinc. *genestis* cum Bruschiana.

Tit. XXIII. *caeterarum auium*] Haec esse lacunosa, et sententiae defectus arguit et demonstrat Codex Erfurd. addens: *id est quo facilius hieme calorem faciat, frigus repellat.* Quae quo pertineant, comparato Varrone et Columella nondum potui indagare.

Tit. XXIV. *frutex — vel*] Haec vt spuria et a. C. Barthio Aduers. 38. 10. damnata inclusérat Gesner. Omittunt sane multi Codices; sed hoc non satis est ad damnanda haec, quae fere sola in hoc loco probari possunt. Reliqua enim, vti vides, sunt superstitiosa et inepta. Sed lacuna sententiam abscondit. Puto igitur, Palladium dixisse columbarii basin seu parietes, undique cingendos et muniendos aduersus mustelarum aditum fruticibus spinosis siccis. Ceterum paulo antea vulgatum *mustellis* correxi ex Brusch.

attulerit. Non perceunt] Ita haec esse distinguenda, viderat etiam Morgagni I. 80. et II. 13. Vulgo erat: *attulerit, non perceunt. Et neque* etc.

strangu-

strangulati] Similis superstitionis exempla ex Scribonio Largo Compos. 13. Festo in *Celibari* hasta et Plinio Valeriano II. 58. annotauit Casp. Barth. Aduers. 39. c. 8.

cumino] Geoponica XIV. 3. *εἰ δὲ κύμινον παραβάλοις ταῖς ἐπὶ νομὸν ἐξιούσαις, αὐτάς τε παθέξεις καὶ ἄλλας πολλὰς σὺν αὐταῖς ἔρχεσθαι ποιήσεις ἀγομένας ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τοῦ κυμίνου.*

setosi hirci alarum] Mire vitiosus locus! Vnguento illitas columbas alienas secum inducere, tradunt Geoponica XIV. 3. vbi Basilii locum posuit Niclas p. 978. qui alas vnguento tangi vult. Sed ipsius opobalsami oleo fenestras ostia et angulos columbarii illini volunt Geoponica XIV. 2. ne aufugiant columbae. Ex his duobus locis nostri emendationem pendere puto, quam tamen ipse nondum reperi. Vocem setosi inclusserat Gesner, in reliquis strenue nugatus. Vitium viderat iam antea Morgagni l. c. qui deinde II. 13. verba *frutex — asper vel*, postea vocabulum *setosi* suspecta habuit, et Italicam Palladii versionem habere monuit: *le sommitadi dell' ale.* Vnde dubitanter coniiciebat, *cirri alarum* legendum esse. An pars interior et caua alarum hircus fuit dictus, vt in homine pars concaua subter brachium ala et axilla, graece *μασχάλη*, dicitur? Hircum alarum omnes norunt de foetore dictum; de parte ipsa caua nondum reperi nec in homine nec in animali. Ceterum huc pertinet locus comici Antiphanis apud Athenaeum VI. p. 257. de rege Paphiorum, cui coenanti circumuolitantes columbae ventum faciebant: *ἠλείφετο ἐκ τῆς Συρίας ἥκοντι τοιούτῳ μύρῳ καρπῷ συχνῷ γ' ὃν φασι τὰς περιστερὰς τρώγειν, διὰ τὴν ὀσμὴν δὲ τούτου πετόμεναι παρῆσαν.* Suspicor, intelligi vnguentum *τήλινον*, ex fructu *τήλεως*, foeni graeci, confectum, quo Syria olim excellebat, teste eodem Athenaeo p. 689. foenum graecum in deliciis ciborum huius generis annotant Geoponica XIV. 1. 5.

3. *vel erum*] Columella VIII. 8. *Commodissima cibaria putantur vicia vel erum, tum etiam lenticula, miliumque et lolium nec minus excreta tritici.* Sed aliunde sua duxit Palladius. Crescentius IX. 89. Cibus eis conueniens est frumentum, faba, vicia, milica et caetera genera, quae libenter sumunt, centumque pariis columbarum detur granorum pars corbis octaua diebus singulis, et duplum cum nihil omnino per se inueniunt.

rutae ramulos] Geoponica XIV. 4. in fenestris, ostiis et pluribus locis columbarii ramulos rutae poni iubent et suspendi contra animalia noxia.

Tit. XXV.

Tit. XXV. *nam nihil expetunt*] Haec ad columbas transtulit verbotenus Crescent. IX. 89. Sed de turture eadem tradit Columella VIII. 9. vbi tamen est: *assidue pascuntur milio aut tritico, sed ea semina dari nisi sicca non oportet, satiatque semodius cibi in diebus singulis vicenos et centenos turtures. Aqua semper recens et quam mundissima praebetur — hieme tamen offae panis vino madefactae sicut etiam palumbos celerius opimant.* Erasse videtur Palladius, aut verba *mulsa maceratum* spuria sunt, forte ex capite antecedenti huc tracta. Suspicionem mouit Crescentius, qui eadem de columbis ex h. l. retulit, addens: *est autem mulsa aqua mellis* (antiqua mea *mellica*) *in qua quaecunque grana mollita sunt eisque data, non recedunt, et alias illuc ducunt, ut a non paucis asseritur.*

Tit. XXVI. *alieno*] non suo, id est hieme et vere.

mundus] In Erf. est *mundus et nitidus lucidus.* vbi vitii argumentum exstat. Ecce enim Columella: *Locum aeque munitum et apricum quam columbi desiderant.* Male ceterum Palladius *apricum* interpretatur *lucidum.*

inclusum volatum] Interclusum, impeditum interpretatur Gesner; eumque alterum perticarum usum esse argutatur. Contra Pontedera suspicatur scribendum *cibatum* ex hoc loco Columellae VIII. 10. *quibus insideant, cum satiati cibo requiescere volunt.* Equidem Pontederae assentior.

2. *ad capiendos cibos*] Deesse verbum, statim senties, veluti *illecti* vel *allecti.* Ingeniosa est Io. Bern. Koeleri coniectura, ex initio capitis vocabulum *illaesi*, mutatum in *illecti*, huc retrahentis.

Tit. XXVII. *fimo*] Alii libri *fumo*, de quo dubitare non sinit nos locus Columellae VIII. 3. 1. Sed h. l. dubia est lectio. De reliquis praeceptis vide ad Columellam, ex quo ducta sunt. Io. Bern. Koeler ex Columella malebat *sicco puluere* legi.

sit vaga] Alii libri *quae circuit.* quam vulgatae glossam Schoettgen putabat; contra Barthio visum est. Ex Leidensi Gronouius annotauit *circuit vagati.*

2. *grana ipsa*] Haec aliunde duxit Palladius, nec in Columella vel Geoponicis exstat similis obseruatio. An de eodem vitio dixit Crescentius IX. 90. in columbis: *nascuntur*, inquit, *eis varioli circa oculos, qui excoecant eos maxime mense Augusto.* Sed nunc demum videor mihi recte suspicari, locum ita esse scribendum: *misceatur assidue*

et

et amarum lupinum, si comedant. *Sub oculis illis gramiae procedunt* etc. Scilicet lupinum est in remedio; eiusque vsus idem esse videtur, quem allio trito atque vrinae humanae tribuit Columella VIII. 5. 21. *vt eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitae nauseam.* Ceterum de crethmo, quam portulacam marinam interpretatur Harduinus, ita Plinius 25. f. 96. *crethmos agrios gramias tollit oculorum impositus.* Festus: *gramiae oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant.* Nonius *pituitas oculorum* interpretatur, Gallis *la chassie qui vient aux yeux.* Est vocabulum ex graeco λῆμη, γλῆμη, γλάμη factum et corruptum pronuntiando. Columella idem vitium innuit his verbis: *si pituita circumvenit oculos.*

extinguunt] Vinc. pergit: *oculos. tunc ergo oculos portulacae.*

3. *portulacae*] Geoponica XIV. 17. ὀφθαλμὸν ὄρνιθος θεραπεύσεις γυναικείῳ γάλακτι ἢ ἀνδράχνης χυλῷ τὰ ἔξωθεν τῶν ὀφθαλμῶν ἀλείψας, ἢ ἅλὸς ἀμμωνιακῆς ἢ κυμίνου καὶ μέλιτος ἑπάσας τὸ ἴσον κόψας, καὶ ὁμοίως χρίσας. ἄγει δὲ αὐτὰς ὑπὸ σκιάν. Postremam cautionem omisit Palladius.

secreta pennarum] Geoponica l. c. φθειριάσεως δὲ ἀπαλλάξεις κυμίνῳ πεφρυγμένῳ καὶ σαφίδος τὸ ἴσον κόψας, οἴνῳ τε χρίων τὴν ὄρνιν, καὶ προσκολλῶν ἀγρίων θέρμων ὕδατι ἀφεψημένων. Ibi igitur lupinus agrestis nominatur, qui amaritudine praestat.

Tit. XXVIII. *nisi fures*] Etiam liber Zinzerlingii Promulf. Crit. c. 25. habebat scriptum *nisi eis fures* quod ipse praeferebat cum Schoettgen.

insulis] Geoponica XIV. 18. νησίδια χειροποιητὰ vocant.

2. *sex cyathi*] Modum hunc nimium esse putabat Gesner; ita tamen et Geoponica cum Columella tradunt.

oculata] Hanc lectionem ex libro Lugd. Grotiouius Obseruu. II. 16. ex tribus Anglicanis, Wasse ad Sallustii Catilin. c. 45. laudauit, ex Horto Cubae *occulta* attulit Pontedera. De Argo multoculo, in pauonem transmutato, fabula nota est.

4. *quot ablata sunt*] Inclusi verba, quae primus damnauit Pontedera, omisit Crescentius IX. 82. et Palladii Italica versio; nec habet simile quid Columella VIII. 11. unde haec sunt ducta.

5. *autem pullos*] Barthii Codices duo etiam omittunt cum Italica Palladii versione et Codicibus Palatinis, quisus vsus

vsus Sylburgius inclusit verba. Nihil decernit Pontedera. Locus Columellae est VIII. 11. 13.

6. *eiici*] Columella *etiam in agro satis tuto educi.* Brusch. *et in agrum.* postea *langores.*

crista produci] Forte voluit *cauda* dicere, eam certe addere debebat; quae cum nascitur, languere auem nouimus.

Tit. XXIX. *Phasianis*] Praeter Palladium nullus veterum scriptorum tam accurate et copiose de phasianis tradidit. Locus est in Vincentio XVI. 72. sub nomine Aristotelis positus, quem huc referam: *Fasiani tantum coitus tempore simul habitant, caeteris vero temporibus separatim, nec cito rubricatas habent barbas vel in pedibus calcaria sicut galli domestici, sed tractu temporis.* Deinde capturam copiose docet. Hinc patet, quam vere Palladius dixerit, semel in anno foetus creare.

non aequant] Vulgatum *aequat* correxi ex Erf. libro.

2. *tricesimus*] *Vicesimus* emendabat Con. Gesner de Auibus p. 659. eumque secutus Buffon, quia vulgaris dierum numerus esse nimius videtur in Italia, cum minore modo nascantur in Gallia pulli.

Sane ab aquae] Pituitae causam in gallinis ab aqua impura repetunt Geoponica XIV. 17. et Columella VIII. 5. et hodie vt pituitae malum phasianis caueant, semper puram aquam praebent. Itaque hic locus vitiosus esse videtur et sic corrigendus: *ab aquae immundae.*

3. *cum pice liquida*] In gallinis pituitam curant Geoponica XIV. 12 et 17. τὸ ῥάμφος σκορόδῳ ἀνατρίβοντες, alii allia prius cum lotio coquebant; sed cap. 12. nares allio illinuntur, et nares remedium Palladii spectare videtur.

4. *oleo*] Geoponica XIV. 19. mazas seu offas sic parant: προσβαλὼν ἔλαιον μάζας τε ποιῶν ἐκ τέτων πρόσφερε τὴν τροφήν.

infima linguae] Hodie cauent, ne offa indita linguam subuertat; idemque cauere voluisse videtur Palladius.

Tit. XXX. 2. *solstitium*] Crescent. pergit: *Circa 15. oua vni anseri sufficiunt, iucubant 30. diebus. Melius tamen est quod gallinis oua supponas, quia plus parient; paritura*e etc. quae sine dubio h. l. exciderunt.

matribus] Vincent. *matres vacaturae — permittuntur.*

sicut pauonia] Vincent. *sicut pauonia sic et anseris oua supponenda, sed anserinis ouis, ne noceant.* Sed alibi habet *suppones.*

ne noceantur] Hanc lectionem defendit Barth ex cap. 35. vbi *nullum fructum noceri* similiter est in libris aliquot. Praeterea loca duo Caelii Aureliani Acut. Morb. II. 22. et III. 18. posuit Barth. Compara etiam nostrum I. 35. 2. Novembri I. 3.

3. *semine papaueris*] Haec verba ex Crescent. et Vincentio addidi, etsi hodie in Geoponicis, Varrone et Columella vestigium eorum nullum appareat.

large, vagandi] Columella: *praeter polentam et pollinem ter die nihil sane aliud dari necesse est, dummodo large bibendi potestas fiat, nec vagandi facultas detur.* unde patet, h. l. esse corrigendum: *datur in die ter, largeque aqua et vagandi licentia prohibetur.* Contra Columellae locum ex sequentibus Palladii verbis correxi. Brusch. habet *vacandi*, item Ald. quod in Corrigendis emendatum fuit.

eruo] Eadem Geoponica XIV. 22.

4. *eorum setas*] Ex Geoponicis XIV. 22. *Φυλακτέον δὲ μήπε ἐρίφε ἢ χοίρε τρίχας καταπίνωσι. διαφθείρονται γὰρ καταπίνοντες.* Pontedera corrigebat *hoedorum setas.* Gesner vulgatam defendit *eorum* ad anserum pullos referens. Praeterea hoedorum non sunt setae sed pili.

polentae] Geoponica: *ἀλφίτων δυὸ μέρη καὶ πιτύρων τέσσαρα θερμῷ φυραθέντα.*

potu adiuuant] Geopon. *ἐσθίεσι δὲ τρίτον τῆς ἡμέρας καὶ περὶ μέσην νύκτα, πίνεσι δὲ δαψιλῶς.* Ita etiam Varro III. 10. 7. quare h. l. malim legi *sumenda tribus per diem vicibus. Largo potu adiuuant; media quoque nocte cibum cum aqua ministrant.*

iecur] Graece hinc *συκωτὸν*, latine *ficatum* dictum. Eadem docent Geoponica XIV. 22. et plura etiam. Cf. Mercurialis Var. Lect. III. 8.

Tit. XXXI. *caeso lapide*] i. e. caementis. Sed deesse puto verbum *structae.* Ceterum h. l. respexit Albertus de Vegetab. p. 491. *palus imbibita letamini, iuxta quod etiam in ruri poni praecipitur in turri a Palladio:* et p. 490. *idem considerans Palladius turrim in qua maturatur laetamen longe poni praecipit ab agro, qui plantis excolitur inserendis aut plantandis.* Sed simul respexit nostri cap. 33.

et coria] Quin *vimina* lege ex Columella I. 6. 21. vide tamen notam ibi oppositam.

Tit. XXXII. *furripientis*] Bene Morgagni I. 81. coniiciebat *surrepentis* legendum. *Surgentis* malebat Gesner.

Tit.

Tit. XXXIII. 2. *Et maris*] Hucusque sua ex Columella duxerat; nunc ex Geoponicis II. 22. p. 153. repetit.

limus] Geopon. τὰς ἀπὸ τῶν ὄμβρων ῥύακας ἐκ τῶν ὁδῶν εἰς τὸ κοπροθέσιον εἰ μετοχετεύσαιμεν. Scaturiens aqua est igitur quaeuis redundans, nec solorum fontium.

Tit. XXXIV. *inimicum*] Infra cap. 36. 3. *ita insidentes paleae frondibus eas perforant, atque arere compellunt.* vnde Cresc. h. l. inserult verba: *quia herbarum folia perforat et exiccat.* Albertus ex h. l. retulit *pulueres et paleas habet inimica.*

illinc] Vinc. Duac. X. 3. omisso *illinc* habet *aqua.*

cui leniter] Ita etiam Cresc. nec reperio causam, cur Gesner maluerit legi *cum leniter.* Idem Cresc. VIII. c. 8. de horto: *cui fons vel riuus si fieri potest per spatia declius defluat vt possit irrigari tempore magni aestus.* vbi antiqua mea habet *destricta defluat — rigari.* Ceterum Vincent. Duac. X. 3. ex h. l. habet *ab area vero longe situs, quia — felix autem impositio illa cui — Si vero fons —*

2. *semper altius*] Colum. XI. 3. 10. *si depressius pastinetur* etc. Noster Septembri 13, 1. *alte tribus pedibus pastinare debebis.* Rationem quatuor pedum intelliges ex Columella. Scilicet *vt in quatuor pedes* consurgat solum trium altitudine pastinatum seu effossum. Ceterum Vinc. Duac. X. 3. male ex h. l. refert *difficultate*, deinde *ad piscinae similitudinem.*

3. *Sed huic*] Vinc. Duac. X. 3. *Sed hinc — qualibet terra — electione sulcanda.*

mista stercore] Lectionem *iuta* cum Gronouio ad Livium II. 5. praeferebat Gesner, veluti formam Palladio propriam.

genera] Vinc. Duac. X. 3. *Multa quidem in hortis sepiendis sunt genera munitionis: alii nempe — figuratos ex partibus.*

4. *inter formas*] Vide ad Varronem I. 14. 4. vbi vereor ne plures formae munimentorum confusae fuerint a librariis. Hoc genus ex luto, inter formas infarto, Galli in quibusdam regionibus ad aedificia rustica adhibent et *Pisé* vocant. Rationem docuit architectus *Cointeraux.*

copia suppetit] Barth 38. 10. malebat ex Codice: *quibus suppetit materia*, luto etc. Inepte, monente etiam Gesnero. Vinc. Duac. X. 3. habet *quibus autem suppetit — extruunt.* Varro hoc genus alterum dicere videtur *ex terra et lapillis compositis.* In Africa ex arenata calce et lapillis

in ciſtis ligneis, ſiſtuca denſatis, parietes excitant, *Tabby* vocantes, teſte *Lempriere* in Itinerario. Ex luto et lapide compoſitis fiunt etiam apud nos maceriae, quemadmodum etiam ſine luto.

quod vitandum] Vinc. Duac. X. 3. *quod vtique vitandum eſt quoniam — alii vero ſpinarum palmas et ſemina munitioni diſponunt.* Sed libro VI. exſtat *in munitionem.* Certe inde vocabulum *vtique* inſerendum putem.

5. *erui*] Vinc. Duac. X. 3. *herui — fimos miſcere dehinc ſparſos. — miſtionis inducere, vt intra fimos.*

6. *Tunc ubi*] Vinc. Duac. X. 3. *Cum vero ſepes — ac vtroſque fimos.*

adminiculis] Quid ſit, diſce ex Columella XI. 3. 7. vnde nimis obſcure excerpſit haec Palladius. Vinc. Duac. X. 3. habet hinc *qui inter ſe per ſp.* omiſſo *ſentes.* et ſic eſt in Bruſchiana. Ex Leidenſi *vacuo* annotauit Gronouius.

7. *vt eae*] Vinc. Duac. X. 3. *vt illae in q.* Idem libro VI. habet: *autumnali tempori ſeminabatur — vere compleuimus.*

debebimus] Vinc. VI. *debemus effodere. ſic.* ſed Duac. Editio libro X. habet *debent.*

decoquetur] Vinc. VI. *decoquitur — vel ſolis.*

Areae] Vinc. Duac. VI. et X. habet: *Areae porro;* deinceps libro VI. omittit verba *et longae,* poſtea *ſcilicet duodecim.* ſed libro X. habet: *ac longae hoc eſt duodecim.*

latitudine vt ſint] Suſtuli diſtinctionem poſt *latitudine* vulgo poſitam. Geſner praeferebat lectionem: *latitudine ſic propter.* Columella XI. 3. 13. menſuram ipſam pedum non definit. Creſcentius VI. 2. *cum fune fiant areae, circa decem pedes amplae, et longae, quantum volueris.* ſed ibi antiqua mea *duos* habet. Vinc. Duac. X. 3. habet *ſintque per ſpatia — Margines autem — pedibus irrigantur.*

eſſe debebunt] Vinc. Duac. X. *debent — ſuperiori parte — ſiccitatem ſaturauerit — excluſus aduerti — certa ſignentur.*

8. *calidis autem*] Vinc. Duac. X. 3. *calidis enim* habet.

Tit. XXXV. *nebulas*] Vincent. Duac. X. *nebulae videntur.* Albertus: *ferunt etiam aruſpices quod contra nebulas — valeant paleae per ſatiuos agros in diuerſis locis combuſtae, valet etiam combuſtio aliorum purgamentorum, contra grandinem autem et fulgura dicuntur valere, ſi ſecures et gladii cruentati minaciter contra coelum eleuenter.* Deinde fabulam ridet, addens: *dicunt autem aruſpices, a monſtris curari hortum et campum ſi vite alba cingatur* etc. Pleraque haec

haec superstitiosa profecta videntur ex Graecorum libris. Certe Corinthiacos ἀνεμοκοίτας Hesychius, Cleonaeos (Corinthiis vicinos) χαλαζοφύλακας Seneca Q. N. IV. 6. Plutarchus Q. S. VII. 2. Clemens Alex. Strom. VI. commemorant cum mentione similium nugarum.

grandinem] Vinc. Duac. I. *contra grandinem quoque multa dicuntur, vt quod omne horti* etc. reliquis omissis. De panno russeo vel roseo et mola ineptum commentum nescio an alibi exstet.

vel — suffigitur] Haec verba omisit Vinc. Duac. libro X. vbi habet hinc *aut ferramenta — sepe unguntur*. Albertus: *noctua mortua alis extensis in circuitu super hortum erigatur, aut ferramenta, quibus horti et campi coluntur, in circuitu erigantur, uncta sepo vrsino.*

2. *cum oleo tusum*] Haec verba omittunt Geoponica V. 33. ἀρκείῳ τέκτι τὰ δρέπανα χρίε μηδενὸς εἰδότος, ἐν οἷς τὰς ἀμπέλας τέμνεις, καὶ ἔτε φθεῖρες ἔτε παγετὸς ἀδικήσει τὴν ἄμπελον. Vinc. Duac. X. habet *Aliqui etiam — falcesque.* Verba *sed hoc — intelligat* male omisit. Deinceps habet *aliquod animal possit nocere.*

interest — valeat] Haec Vinc. Duac. omisit etiam libro X. hunc locum referens. Gesner corrigit: *Interest enim.*

spargimus] Vinc. Duac. X. *spargunt*. Cf. ad Columellam XI. 3. 60. Albertus: *contra vermes, quod fuligo vndique spargatur, huius enim siccitas et amaritudo necat vermes. Cor noctuae si in nido formicarum reponatur, ab horto omnes fugabis et si vias earum cinere vel creta implebis de extra hortum, in hortum non intrabunt.*

admoueamus] Vinc. Duac. X. *admoueatur.*

cretae candore] Geoponica XIII. 10. aceruum frumenti circumscribere terra alba, vas mellarium cingere lana alba, aut terra alba vel rubrica circum signare iubent.

3. *semperuiuae*] Albertus: *Si semina, quae horto spargenda sunt, vino fuerint madefacta.* Legit igitur etiam is *semperuiui.*

inter] Ita pro *intra* habet etiam Vinc. Duac. libro X. et Albertus addens: *portenta, quae in eis operatur.*

cinerem de fico] Geoponica XII. 8. Infra sect. 13.

menstruantem] Barth XXXIX. 8. addit *primum* ex Columella X. 359. vbi vide notam. Ceterum Vincent. Duac. libro X. habet: *menstruam incinctam.*

et caetera hortum] Io. Bern. Koeler *ter hortum* malebat ex Columella XI. 3. extremo et Geopon. XII. 8.

clauis] Vinc. Duac. libro X. *clauis configunt.* Brusch. *ortum crucifigunt.* Deinde *cantarides.*

4. *cantharides*] Geoponica V. 30. ἐὰν τὰς ἐν τοῖς ῥόδοις εὑρισκομένας κάμπας ἐν ἐλαίῳ ἑψήσας τὰ δρέπανα ἀλείψῃς ὅτε ἀπ' ἄλλου ζώου ἢ πάχνης ἀδικηθήσεται ἡ ἄμπελος.

ex felle bubulo] Geopon. XIII. 14. ἀμόργην ἑφθὴν εἰς χολὴν βοὸς μίξας μετ' ἐλαίου ἐπιῤῥάνῃς αὐταῖς, ἢ κίσσου φύλλα λειώσας ἐλαίῳ τὰς κλίνας ἀλείψῃς.

sanguisugis] Geopon. l. c.

5. *corio*] Geopon. XII. 7. ἄβρωτα δὲ μένει τὰ λάχανα, ἐὰν εἰς ταῦλιν χελώνης αὐτὰ σπείρῃς, vbi ex h. l. ψύλλας supplet Needham. Ceterum Vinc. Duac. X. habet: *denique vt olera — gerant, in corio — quae spargenda sunt, siccantur, vel etiam pluribus locis maxime origano* etc. — quae leguntur sect. 8. Negationem ante *generent* omittit Albertus, qui *et maxime* habet.

eruum] Geoponica XII. 7. ὀλίγον ὄροβον μίξῃς, μάλιστα δὲ τῶτο ῥαφανίσι καὶ γογγυλίσι κατάλληλον. Pro *menta* eadem *erucam* nominant.

6. *fusticulos allii*] Geopon. XII. 8. καὶ τὰ τῶν σκορόδων ξύλα χωρὶς τῶν κεφαλῶν θυμιάζων ὡς τὴν ἀτμίδα εἰς ὅλον τὸν κῆπον περιελθεῖν. vbi Aetius Alexiph. cap. 55. habet: σπέρμα τῶν κρομμύων. sed paulo post eadem verba ponit. Sunt igitur fusticuli lignosi scapi; et male fasciculos legi volebat Ruellius apud Mizaldum Secret. Hortor. I. 9. p. 15. cuius locum annotauerat Gesner. Esse qui in cepis thalli dicuntur, recte monuit Idem in Thes. L. L.

allio trito] Geoponica V. 30. σκορόδῳ τετριμμένῳ μετὰ ἐλαίου. Sed oleum omittunt cap. 48.

horto vicino] Geoponica XII. 8. εἰ δὲ καὶ ἑτέρου κήπου κάμπας λαβὼν καὶ ἐν ὕδατι ἑψήσας σὺν ἀνήθῳ καὶ ψύλλας ἐπιῤῥάνῃς τοῖς λαχάνοις, ὀλέσεις τὰς ὅσας κάμπας. vbi vide notam.

cantharides] Geopon. V. 49. oleo macerant ante canthanidas.

7. *octonis*] Geopon. V. 50. alternis diebus, παρ' ἡμέραν χρώμενος, ἕως αὐξηθῶσι. nisi ibi forte numerus excidit, ἡμέρας ἡ. quem legimus libro X. 89. monente etiam Io. Bern. Koelero.

8. *origano et sulfure*] Antiquum remedium post Aristotelem H. A. IV. 8. repetiit Antigonus Caryst. c. 85. Plinius X. 70. Geoponica XIII. 10. Ceterum post *aspergens* Leid. liber addit *et postea saepe infundens*, monente Gronouio.

vacuas

vacuas testas] Geopon. l. c. κοχλίων σκεπάσματα μετὰ τύρακος καύσης. Quae habet etiam Aetius Theriac. c. 47. Palladius styracem omisit. Vincent. Duac. X. verba *hoc et apibus nocet* omittit, deinceps habet: *itemque si cochl. v. testae vrantur — inculcetur.* Brusch. *cocleorum.*

psilotri] i. e. vitis albae. Vide ad Nicandri Theriac. vers. 902. et Plinii 23. c. 16. Aquam lupinorum cum psilotro omittunt Geopon. III. 15. quae contra pulices eadem remedia tradunt. Ceterum lectionem Lugd. *iutam* probat Gronou. ad Liuium II. 5. Quod coria eo perfici ait Plinius 23. c. 17. id Dioscorides IV. 184. coria depilari dixit. Hinc Hesychius: μήλωθρα· βάμματα, οἱ δὲ τῶν δερμάτων βάμματα, ἄλλοι, τὸ πρόσυμμα τῆς πορφύρας.

9. *patinae*] Anatolius Geopon. XIII. 4. βαλὼν ἐς λεκανὴν χαλκῆν ἀμόργην καὶ ἐν μέσῳ τῷ οἴνῳ ἀποθέμενος νυκτὸς κάντας τὰς μύας συνάξεις. Ibidem et reliqua exstant remedia.

Apuleius] In Geoponicis XIII. 5. vbi et reliqua deinceps exstant remedia. Vincent. Duac. X. habet: *prius quam spargantur.*

rhododaphnes] Asino et mulo stranguriam creare, monent Hippiatr. p. 112 et 115.

10. *pomi genus*] In Geoponicis XIII. 7. est: εἰς καρυΐνην ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον σκεῦος σενὸν ἐμβάλε ἄχυρα καὶ ὑδρίας τὸ ἀρκῶν καὶ θεῖον — τὰς μὲν λοιπὰς τρυμαλιὰς τὰς μικρὰς φράξον — κατὰ δὲ τῆς μείζονος — θεὶς τὸ κάτω τῆς καρυΐνης. et cetera quae leguntur etiam et quidem paulo integriora in Aetii libro de Alexiph. c. 54. nisi quod ibi ab initio legitur καρύϊνον, sed postea καρυΐνην. Inde igitur Palladii locum correxi, et *cedriam*, cedri succum, *cerae* substitui, deinde *amplius* pro *amplum.* Remediorum contra talparum noxam molem congessit Gallus Deta Faille eiusque interpres germanicus in Histor. naturali talparum.

11. *querneo*] Geoponica XIII. 4. mures demesticos necant ita: ἐὰν κονίαν δρυΐνην παραθῇς τῇ τρυμαλιᾷ, κονιαζόμενοι ψώριῶσι καὶ ἀναιρεῖνται. Pro *scabies* Cantabr. a secunda manu *canos* habet scriptum.

monstra] Geoponica V. 48. in vinea haec adolent adduntque ἀπήλασαν τὰ θηρία. Vnde h. l. nocentes spiritus Gronou. Obseruu. I. 23. interpretatur afflatus pestilentes.

12. *Graecorum*] Geopon. XIII. 1. vbi verba *si continuo omnes ad tecta confugiant* exciderunt.

13. πρασοκέριδας] Victorius vocabulum πρασιοκόριδας scribi malebat, etsi locum Geoponicorum XII. 9. bene notum habebat, vnde haec translata sunt. Aristoteles H. A. V. 19.

ἐκ δὲ τῶν καράβων γίνονται αἱ πρασοκηρίδες. ἔχουσι δὲ πτερὰ καὶ αὗται. vbi Gaza: blattas in alveariis gigni, apertum est, quae et ipsae pennatae sunt. Scilicet pro καράβων Gaza scriptum legit σίμβλων, quod exhibent Codex Rhenani, Mediceus et Canisiani. Vetus versio, ex graeco facta, habet *ex carambiis prasucorides.* vbi ex suo Codice Camus laudat *prasucarides.* Mediceus Codex πρασκηρίδες habet. Scaliger et Aldrouandus cum Hermolao corrigunt ἐκ δὲ τῶν κραμβῶν γίνονται αἱ πρασοκηρίδες. et verba ἔχουσι δὲ πτερὰ referunt ad sequens insectum, quod prasocurides fiunt ex laruarum genere, nec alatae. Sed Aelianus IX. 39. ex Aristotele haec referens: ἐν δὲ τοῖς πράσοις ἡ καλουμένη πρασοκηρίς. τίκτεται δὲ καὶ ἐν τῇ κράμβῃ σκωλήκων γένος, καὶ ὄνομα αὐτῷ — κραμβίς. monstrat rectiorem emendandi viam: ἐκ δὲ τῶν κραμβῶν γίνονται αἱ κραμβίδες, καὶ ἐκ τῶν πράσων αἱ πρασοκηρίδες. Theophrastus H. P. VII. 5. καὶ ἐν τῇ θριδακίνῃ καὶ ἐν τοῖς πράσοις καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσιν αἱ πρασοκηρίδες. ταῦτα μὲν ἐν ὕγρασις ἀθροισθεῖσα ἀπόλλυσι καὶ ὅταν κόπρος ἀθρόα τε καταλάβῃ. φίλυπνον γὰρ τὸ ζῶον ἀναδύεται καὶ ἐγκοιμᾶται ἐν τῇ κόπρῳ. διὸ δὴ ῥᾴδιον θηρεύειν. vnde Plinius XIX. 10. *porro vero priuatim animalia quae facillime stercore iniecto capiuntur condentia in id sese.* Erucarum genus esse videtur, quod tamen accuratius definire vix licet. πρασόκηρον, instrumentum rusticum, nominat Epigramma in Analectis Brunckii T. III. p. 168. no. XC.

14. *supina permaneat*] Ita etiam Geoponica I. 14. 8. vbi Niclas superstitionis huius vestigium annotauit exstare in Hymno Homerico in Mercur. versu 37. ἡ γὰρ ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἔσσεται ἀχμὰ ζώουσα. Sed qui haec ex Graeco Geoponicorum Codice, quo vtebatur, transtulit, Ant. Misaldus in Hortor. Scoretis Paris. 1607. p. 20. addit: *nubemque grandine praegnantem recta intueatur. Quod quidam fieri praecipiunt hora diei vel noctis sexta.* Atque haec ille ait tradere Philestratum in suis rerum rusticarum graecis Commentariis. Sed vulgo laudatur Φιλόστρατος ἐν τῷ ἱστορικῷ vbi Codex Misaldi habuisse videtur Γεωργικῷ. Ceterum ad consuetudinem animalis pertinet locus Senecae Epist. 121. *animalia quaedam tergi durioris inuersa tam diu se torquent ac pedes exserunt, et obliquant, donec ad locum reponantur. Nullum tormentum sentit supinata testudo: inquieta est tamen desiderio naturalis status: nec antea desinit niti, quatere se, quam in pedes constitit.*

16. *macerentur*] Geoponica II. 18. f. 10.

asinae

asinae] Geoponica XII. 6. *κρεμάσον ὄνε εἰς τὸ μέσον τῆ κήπε ἀπόθοιο.*

Tit. XXXVI. *area*] Crescentius III. 1. habet scriptum in editione mea: *debet propter deportandi — fraus non timeatur.* vnde Gesnerus h. l. malebat legi *minus timeatur.*

pecorum] *et porcorum* addit Cresc. sed omittit Louan. Verba sequentia corrupta esse: *aquae admistione*, demonstrabo infra ad Iunium cap. 1.

2. *locus alter*] Vincentius duobus in locis et Cresc. meus habent *locus altus.* Hoc refrigeratorium nullibi memoratum memini. Idem iterum Palladius memorat supra cap. 19. De eo loqui puto Crescentium III. 7. deinde ligata portantur ad aream, fasciculis numeratis, et suo tecto aliquo aut in brachis taliter disponuntur, quod aqua fluens intrare non possit, ibique congregantur, donec fuerit vniversa messis expleta, vbi verba *aut in brachis* omisit Editio Basileensis.

vndecunque] In Cresc. mea est. *fiat deinde proximum tectum, vel habeantur sextaria vel similia vt tempore imbris subito munda vel semitrita transferantur vel operiantur.* In libro Florentino reperit Pontedera: *fiat domum vndecunque proximum tectum*; in altero vero: *fiat et inde proximum tectum.* Recte vero Pontedera deleri voluit vocabulum *vndecunque*; nec enim nubilarium, de quo loquitur, vndecunque tectum fuit, nec quouis situ ponebatur, vt ex Varrone I. 13. et Columella I. 6. 24. cognoscimus.

3. *Sit autem*] Ex Geoponicis II. 26. vbi Didymus sic: *τὴν ἅλω ἐφ' ὑψηλῆ τόπε κατασκευάζειν χρὴ, ἵνα ἑτοίμως τὸν ἄνεμον ὑποδέξηται. καὶ πρὸ πάντων παραφυλάττεσθαι δεῖ μὴ κατὰ ἄνεμον τῶν οἰκημάτων ἢ τῶν παραδείσων τάττειν τὴν ἅλω· οἱ γὰρ ἄνεμοι τὴν ἄχυρον ἐπιφέροντες — βλάπτει δὲ καὶ τὴν ὀπώραν καὶ μάλιστα τὰς ἀμπέλας. ὥσπερ γὰρ ἡ κόπρος ὕτως καὶ τὰ ἄχυρα ταῖς μὲν ῥίζαις συμβάλλεται, τοῖς δὲ κλάδοις καὶ τοῖς φύλλοις βλαβερώτατά ἐστι, βλάπτει δὲ ἐδὲν ἧττον τὰ λάχανα. προσκαθεζόμενα γὰρ τρυπᾷ τὰ φύλλα καὶ εὐθέως ταῦτα καίεται τρυπηθέντα.* De oleribus tantum meminit Columella X. 3. 9. Vide supra ad XXXIV. sect. 1.

Tit. XXXVII. *quadratam*] An ipsa haec mensura accessum furum pecudumque arcet? Inepte haec dicuntur. Audi Colum. IX. 5. 3. *vbicunque fuerint alvearia, non editissimo cludantur muro, qui si metu praedonum sublimior placuerit, tribus elatis ab humo pedibus, exiguis in ordinem*

funestalis apibus sit perutilis. vnde apparet, h. l. vitiosum esse, et intercidisse quaedam de altitudine parietum circumdandorum. An fuit *quae maceria in quaternariam constituta mensuram?*

abundans] Crescent. iterum h. l. laudans IX. 98. habet: *Custos apum procurare debet, et circa ipsarum locum sit abundantia* etc. vbi antiqua mea *fructibus habet.*

2. *serpyllum*] Brusch. *serpilum* — *affodilum* — *hiacynthum* — *ederae* — *therebintus* — *timbra* — *ut arbustus.*

citraginem] Hanc vocem deleri voluit Pontedera, veluti interpretationem melissophylli, auctore Dioscoride III. 109. *Asphodilus* rectius dicitur *asphodelus.* Infra Aprili VIII. 6. alui dicuntur perfricandae *citragine.* vbi vulgo erat *citreagini.* Aristotetes de Plantis I. 61 καὶ τὸ κράγιον δὲ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ τὸ ἐν τῷ ὑγρῷ φυόμενον παρὰ τὴν θάλασσαν τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τὸ ὕδωρ. quae Albertus sic vertit: *Similiter citrago quae plantata est, quam quidam cerugam vocant, frigida et sicca, abscissa et transplantata iuxta mare viride, de quo mari alibi fecimus mentionem; videtur etiam in ea planta, quae vocatur seseberas. Cerugiam* vel *Cerucam* de genere sorbi habet Cangius. De ocimo, in sisymbrium mutato, vide infra ad April. III. melissophyllum cum apio iungitur Iunio VII. 7. In Dioscoridis nothis inter nomina est ἀνθοσόον, οἱ δὲ κιτράγιον.

lilia fabae] Male ad frutices retulit lilia et *fabas*, seu quos libri plurimi habent, *violas flauas.* Violas vel rosas flauas nominat cum liliis Columella IX. 4 f. 4. Fabas nominat etiam Varro III. 16.

flore defecto] Ex Leidensi libro Gronouius *flore vel succo.* Ex Ascensiana *flore vel succo* annotaut Gronouius.

pinus] Ex Columella et Crescentio correxi vulgatum *linus* vel *tinus* cum Pontedera, qui egregie demonstrauit, *tinum*, quem ex h. l. Columellae etiam restitui volebat Salmasius, flores, nullo odore insignes, a media hieme proferre, nec de cortice gluten stillare in vsum ceraei; contra lentiscum docet cum cedro, abiete, terebintho et pino resina iuuare cerificantes apes.

3. *rustici*] Columella IX. 4. 7. ex sparto et arbuto nemorense vocat, ex oleribus villaticum.

Sint — *conseremus*] Haec aliunde duxisse videtur. Columella haec tantum cap. 5. *Conseri circa totum apiarium debent arbusculae incrementi parui.*

otiosus] An lente fluens? Haec iterum aliunde quam ex Columella ducta esse videntur.

4 *coquinae*

4. *coquinae*] Columella: *quae tetris latrinae sterquilinique et balinei libera est odoribus.*

blattas] Cresc. IX. 99. *fugemus etiam lacertas et ranas et caetera animalia, quae sunt apibus inimica. Aues etiam crepitaculis terreamus.* Omnia haec animalia inimica apibus esse, monent scriptores veteres.

pannis] discoloribus, vento agitandis. Sed librorum pennis aeque bonum est; ex pennis enim discoloribus venatores etiam formidinem dictam formant.

rudis inuentus] Vincentius omisit *rudis.*

5 *Absint*] Haec exstant in Geoponicis XV. 2. 17. sed ibi pro cucumere agresti est *καὶ ἀγρίαν συκῆν* i. e. caprificum. vbi Interpres eum Palladio legit *ἄγριον σίκυον.*

tithymalus] Ita vulgatum *tithymallus* correxi. Brusch. *titimalus elleborum tapsia absynthium.* Forma inusitata est nominatiui *helleborum.*

Tit. XXXVIII. *alvearia*] Ex Columella IX. 6.

2. *inter ea loca*] Columella IX. 7. *Suggestus lapideus extendi per totum apiarium in tres pedes altitudinis exstructus diligenter opere tectorio laevigatur.*

imbrae penetrari] respicit ad Columellae consilium: *ora aluearum propiora sint quam terga, vt ne influant imbres.* Eandem ab causam porticibus tegit alvearia Columella.

patentibus] Colum. *sic collocandae erunt vt paulum altera ab altera distet.*

paries] Columella: *semper aedificium sit post apiarium quod Aquilonis excipiat iniariam.*

3. *soli hiberno*] Columella *hibernum orientem* ponit.

cortice] *operculo* Columella; cogitabat Palladius corticeum aluearium. Sed Gronouius ex Codice Leidensi et Ascensiana *corpore* annotauit.

apis formam] Columella: *ne possint capere plus unius apis incrementum.*

Tit. XXXIX. *monstrat*] Pol. liber omittit. Ecce Cresc. *remanentis probat examinis.* Hoc idem voluit dare liber Polit. Ceterum Vincentius omittit verba: *ac remeantis.*

2. *per triduum*] Columella IX. 8. *triduo.* Male igitur libri habent *post triduum.* Paulo antea Brusch. *collo nocte;* deinde *unaquaque.* Etiam Ald. *collo nocte,* deinde *unumquodque.*

reddemus] Schoettgen malebat *trademus*, recte obnitente Gesnero.

primo-

primogeniti] Geoponica XV. 4. ἐκ ἂν φόβοιεν μὴ μέλιτται εἰ βοὸς πρωτοτόκου ἀφοδεύματι χρίσειας τὰ τόμια τῶν φατνῶν.

Tit. XL. 2. *meridiana*] Vitruuius V. 10. Geoponica II. 3. 7. Compendium cap. XVI. causam addit: *vt sole decedente vaporetur vsque ad vesperum, quod tempus ad lauandum tributum est.* sed illud non de fenestris loquitur, sed de situ balnearum.

Suspensuras] Cauum cellae caldariae balneo proprio subiectum, igne aut eius vapore implendum, vt incumbens ei pauimentum incalescat. Seneca Epist. 90. *Quaedam nostra demum prodisse memoriae scimus — vt suspensuras balneorum et impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul et summa foueret aequaliter.* Valerius Maximus IX. 1. *C. Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit; quae impensa leuibus initiis coepta ad suspensa calidae aquae tantum non aequata penetrauit.* Cicero in Hortensio apud Nonium p. 194. ed. Merc. *Primus balneola suspendit, inclusit pisces.* Laconicorum veterum et balnearum formam ex reliquiis, in Germania detectis, optime enarrauit Schoepflin Alsatiae illustratae T. I. c. 15. Denique nuper iuxta Rhenum et prope oppidum Neuwied in ruinis romanae vrbis balneorum forma plane patuit. Straturam superiorem pauimentorum, plus pede crassam, quaternis pedibus ab inferiore distare, interuenientibus pilis ex laterculis structis, narrat, qui notitiam breuem ruinarum inserait Nunciis litterariis Ienensibus anni 1791. No. 133. Ceterum locum Palladii de positu balneorum egregie illustrant loca Statii Siluar. I. 3. versu 43. seqq. *An quae gramineae* suscepta crepidine fumant balnea, *et impositum ripis algentibus ignem? Quoque vaporiferis iunctus fornacibus amnis ridet anhelantes vicino flumine Nymphas.* et Ausonii in Mosella versu 337. seqq. *Quid? quae fluminea substructa crepidine fumant balnea, feruenti cum Mulciber haustus operto voluit anhelatas tectoria percaua flammas, inclusum glomerans aestu exspirante vaporem.* quem locum, ex Statio expressum, ex parte male deceptus lectione *sulphurea crepidine* interpretatur Christius Villatici p. 291. rectius nuperus editor Wernsdorf, quanquam verba singula non explicauit, quae facilia tibi praestabit Palladii comparatio. Eandem fabricam ad cellam et torcular olearium, sine fumo calfaciendum, post Columellae aetatem translatam fuisse, docet locus nostri supra cap. 20. Cicero ad Fratrem III. 1. *In balne-*

balnearis assa in alterum apodyterii angulum promoui, propterea quod ita erant posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculis. vbi verba *ex quo ignis erumpit* non solum Vrsinus cum Scaligero ad Catulii Epigr. 6. vt glossema damnauit, sed recte etiam Ernesti inclusit. Falsa enim omnino sunt; nec enim ignis erumpit e vaporario, sed calor, inde natus, assam cellam seu sudatoriam vaporabat. Denique structuram suspensurarum harum videre licet etiam in picturis Titi Thermarum. Compendium Architecturae cap. XVI. cum Vitruuio facit in mensura tegulorum, deinde pergit: *vt pila missa resistere non possit, sed redeat ad praefurnium. — supraque laterculis bessalibus, et rotundis pilae interstruantur ex capillo et argilla subacta.* vbi Vascosana: *vel rotundis p. insternantur.* Vatic. 1. *interuantur.* correxit Polenus; sed praeterea *rotundae* erat corrigendum.

laterculis] Vitruuius *bessales* esse vult, seu octonorum pollicum, idem pro bipedis prioribus tegulas sesquipedales, pro posterioribus tegulas bipedales nominat.

binis semis] Dimidium omittit Vitruuius, vt deinceps *binae* post *bipedae*, et pilarum distantiam.

miliarium] Vitruuio *ahenum caldarium* est. Formam miliarii designat noster Aprili VIII. 7. Picturam dedit Baccius de Conuiuiis veterum III. 6. Cf. Cuiacius Obserun. II. 6. Gronouii Thes. Antiqq. Gr. T. IX. Col. 699.

patina] ad vim ignis excipiendam, ne ita facile miliarium vitietur. Ita Gesner. Compend. Architect. c. XVI. *Plumbeum vas, quod patenam aeream habet, super fornacem conlocetur, alterum frigidarium secum, vt quantum calda ex eo in solium admittatur, tantum frigidae infundatur.* vbi Vatic. 2. *alterum simile frigidarium.* Ex Palladio ista minime sunt ducta, quod videbatur Poleno.

soliorum] in quibus lauantur. Ita Schoettgen. Solia scissa maltha curare docet caput sequens. Solia argentea Plinius, lignea Suetonius Aug. 82. Structilia igitur Palladius intelligere videtur, aut alia notione solia dixit. Vide Festum in *Sella*.

fornace subiecta] Caminorum formam describunt Geoponica l. c. *Praefurnium* vocat Vitruuius.

3. *quadrae non sint*] Compendium: *vt quanta longitudo fuerit, tertia adempta latitudo componatur: melius enim ignis per angustiora latitudinis cellarum operabitur.*

fortius] Vincentius altero in loco habet *hinc fortius.*

fundetur

fundetur] A *fundare* an a *fundere* est? Si funditur solium, testaceo fit opere, seu pauimento.

4. *Piscinales cellae*] vbi natare possis. Vide Interpretes Festi in *Piscina publica*. Seneca Epist. 86. *piscinas nostras — in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus*. Compendium Architect. cap. XVI. *Aestiuis balneis hypocausteria pro loci magnitudine cum piscinis in Septentrione vel Aquilone constituantur, et ab eadem parte maxime lumen fenestris admittatur, vt salubriorem et corporibus iucundiorem gratiam praestet:* vbi in Vascosana et Vatic. 2. praecedunt: *lumen fenestris aut hibernis aut meridianis partibus tribuatur*. quae veluti falsa cum Vatic. 1. omisit Polenus. Equidem dubito; video enim, ista aliunde quam ex Palladio ducta esse.

eluuies] Vicent. alibi *illuuies*.

Signinae] Vitruuio *ex structura*. Compendium cap. XVII. *Camerae structiles fortiores erunt*. Et infra IX. 9. f. 2. *structuram* Compendium interpretatur *siguinum opus*.

virgis] Vitruuius *regulas* vocat, *ancheras* vero *vncinos*. Compendium: *Figulinae autem ad contignationem suspendantur ita, vt catenis anchoratis fixae, regulas et paliola, quae tameram circinent, sustineant*. vbi Codices et Vascosana *tegulas*, Vatic. 2. et Vasc. *vel paliola*. Inde simul discimus, *tabulas* Palladii intelligendas figulinas esse.

5. *cohaerentes*] Vitruuius: *earum camerarum superiora coagmenta ex argilla cum capillo subacta liniuntur: inferior pars, quae ad pauimentum spectat, primum testa cum calce trullisatur, deinde opere albario seu tectorio politur*. Compendium: *Vtilius autem disponetur, si regulae vel arcus ferrei fiant, vt uncis ferreis ad contignationem suspendantur ita, vt tegularum iunctura e super regulas vel arcus recumbant. Superiores ergo iunctura e ex capillo et argilla subacta liniantur, inferior autem pars iunctura e, quae ad pauimentum spectabit, primo calce cum testa temperata trullissetur, deinde albario siue tectorio opere inducatur.*

Tit. XLI. *Calidariae*] Qua balnea calida aqua redundantia sarciuntur; frigidaria contra piscinae, cisternae, putei. Vide Salmas. ad Solin. p. 771. Μάλθην Graeci picem, cum cera mistam, dicebant, qua carina nauium inducebatur, et sarciebatur. Harpocration h. v. Cf. Gronou. ad Liuium 28. c. 45. Codex Vaticanus 2. Compendii Architecturae cap. XXX. incipit: *Compositio malthorum, id est solidamentorum ad solidandas quaslibet res*. Itali maltham vocant *Smaltum*, auctore

auctore Philandro. In formula apud auctorem Compendii malthae frigidariae est etiam p. 213. *stagnare locum* pro malthare. Vide ad Vegetium I. 18. notam.

ammoniacum remissum] calorem remittens interpretatur Barth. Adu. 38. 1. resolutum et liquefactum rectius Gesner.

ficum] Plinius 36. c. 58. *maltha e calce fit recenti. glebae vino restinguitur, mox tunditur cum adipe suillo et ficu, duplici linamento; quae res omnium tenacissima et duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur ante.* Sed Plinius genus malthae vsumque non definit. Vbi Codd. habent *liniamento*, vetus editio *linimento*, quod probabat Harduinus. Locum hunc varie tentauit ad h. l. Gesner, cuius sententiam probare non magis quam Harduini possum. Equidem *ficu duplici* iungo, et *linimento* de modo malthae rimis illinendae interpretor. Sed comparent, quibus copia libri suppetit, Galli de la Faye Scriptum: *Recherches sur la preparation que les Romains donnoient à la chaux etc.* Parisiis 1777. editum.

tundis pilo] Edd. primae *in pilo*. Corrige ergo *in pila*. Compendium Archit. *item ammoniacum remissum, siccum et stuppam et picem liquidam in pila tunde — vtrumque remissum iniicito siue infundito.* vbi corrige *ficum* pro *siccum*.

2. *super remissum*] In hac formula Compendium Architect. *et sulphur remissum in vnum, iuncturas omnes linito et cauteriato*, unde in Palladio corrige *et sulphur remissum.*

cautere] Instrumento igneo, quo magis maltha liquescens rimis insinuet se.

Sanguini taurino] Compendium: *Item sanguinem bovis semigelatum pondo VI. calcis glebae id est viuae pondo XXV. stuppae quo plus dederis, fiet melius; haec omnia in pila bene subiges et exinde loca, quae volueris, induces. Item puluerem puteolanum aut cinerem de ligno germano, idem oliuae cum colata misces*, (Vascos. *id est oliuae cum colata* Vatic. 2. *id est oliuae colatum misces*) *et ante stuppa in pice tincta* (Vatic. 1. *iuncta idem trimas.*) *coagmenta; inde rimas claudito* (*coag. rimas claudit* Vatic. 2.) *et superiniucito species supra scriptas. Similiter hoc et in cellis frigidis facito.* Quae nisi ex Palladio integriore, certe ex Vitruuio ducta non sunt, sed ex communi aliquo fonte, qui hodie non exstat.

pilo vniuersa] Compendium: *in pila tunde ad crassitudinem teroti iuncturas linito. Item sesum liquefactum cum cinere criblato* (Vasc. *cribrato*) *bene faciet et claudet frigidam*

dam aquam. Sequuntur ibi multo plures compositiones frigidariarum maltharum, nescio unde ductae, vbi *pisones lignei* pro pauiculis sunt; et in simili formula: *et facies ad modum ceroti veluti pastillos.* vbi verba *veluti pastillos* superfluunt. Ibidem est *cortex suberina, cinis colatus, cera vernacula* (punicae opposita, vt puto) *scobis lapidea;* denique traditur formula malthae *marmoreae* et *vitrariae,* quam postremam memorat obiter Plinius 29. c. 3.

aquariis molis] Vitruuius X. 10. descripsit. Historiam enarrauit Io. Becmann in Historia Inuentorum.

pistrina] vbi far torretur, et frangitur mola. Inepte Gesnerianus Index molam aquariam ex h. l. interpretatus est. Pistrinum extra villam facit Vitruuius VI. 9. vt ab ignis periculo tuta sit villa.

Tit. XLII. *fusuras*] i. e. aquas effusas vel effluentes. Inde *fusoria* supra c. 17. 1 et 37. 4. canales seu loca, per quae aqua redundans effluit. Male igitur *fusoria* etiam locum habere posse censebat Gesner. Ceterum Vinc. habet *post fossuras* sed libro VI. 20. *fusura bal. debet et pistrinam* sed etiam altero loco habet *debet et pistrinam.*

Tit. XLIII. Forte corrigendum *vel plana, si regio permittit; aurita* etc. Vide ad Varron. I. 29. 2.

stationes] i. e. contra stantem, stagnantem humorem. Ceterum in aratro Hispanico *oreienas* i. e. auriculas dici, *two pins near the tail of the share so disposed at to lay te furrow in high rafters or ridges like the roof of a house.* decet *Townsend* in Itiner T. II. p. 86. addita pictura No. 3 et 7. vbi auriculae additae obliquae conspiciuntur, diuersae a tabula liratoria, quam Britanni *mould board,* nostri *Streichbrett* vocant.

manubriatas] Io. Becmann Histor. Inuent. T. II. p. 264. interpretatur nostrum *Stichsäge.* Obiter genus diuersum, quo fundus armarii circumsecari atque exsecari posset, annotabo ex Ciceronis Cluentiana c. 64. *serrulam adunca m, ex omni parte dentatam et tortuosam.*

per serram fieri non potest] Recte Gesner praeferebat lectionem Pol. *per sarpam.* Vide ad Caton. XVIII 4.

acus] Est Columellae III. 18. 1. pastinum.

3. *falciculas*] Polit. liber *faculas.* Columella XII. 18. *falculae vindemiatoriae.* Catoni XI. 4. *vineaticae et muscariae* vbi Codices similiter *faculae.* Vide ad Caton. VIII. 4.

tribula-

tribulatas] Gesnerus in Indice *tribulaticae* vel *tribulatiae* a tribulis desecandis dictae videntur. Vocabulo *tribulosus* vtitur Sidonius Apollinaris I. 7. IV. 3. III. 2. sed ea ratio huc non conuenit. Libri h. l. *tabulatas* et *tubulatas* offerunt, aeque ineptas.

vangas] Fossorium instrumentum, quod hodieque Itali eodem nomine appellant. Vide Cangii Glossarium et Muratorii Antiq. Italic. T. II. p. 1088.

runcones] Ex h. l. habet Isidorus XX. 14. Itali hodieque *Ronca* appellant.

dolabratas] Harum picturam exhibere ait Gesner Graevium ad Florum IV. 10. 10.

ascias] De instrumentis lignariis Isidorus XIX. 19. *Ascia — est manubrio breui ex aduersa parte referens vel simplicem malleum aut cauatum vel bicorne rastrum.* quem locum ex hoc nostro ductum vult Isidori interpres, nescio quam recte. Certe nihilo magis inde naturam et vsum lignariae vel rusticae asciae cognoscimus. In Leidensi pro *referentes* esse *descientes*, annotauit Gronouius.

4. *tunicas pelliceas cum cucullis*] Videntur esse saga cucullata Columellae I. 8. 9. XI. 1. 21. vbi vide notas.

AD LIBRI II.

Tit. I. *excodicare*] Isidorus Orig. XII. 5. *Oblaqueare est circa codicem terram aperire et velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant.* Cf. Columella Arbor. X. et libro IV. 8. Festus: *repastinari ageris dicitur cuius natura fodiendo, cum aut siluester excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, vt fiant pascua vel pecoribus herba, vel hominibus sationes.* In lege de aquaeductibus ap. Frontinum est: *excidantur, tollantur, effodiantur, excodicentur.*

prouocentur] Albertus: *Valet multum vitibus si circumfodiantur, vt locum circa eam imber habeat et fimetur omnibus sarmentis, ab ea purgatis, vt sole aestuante prouocetur in gemmas. sed hoc non tenet in locis frigidis, vbi radix algore laedeatur, si nuda appareret; prae omnibus enim ligna propter sui raritatem timet ventos et frigus et tempestatem.*

Tit. II. *apricis*] Ex Columella XI. 2. 7.

Tit. III. *apparari*] Equidem *aperiri* probauerim. Columella XI. 2. 8. simpliciter habet *proscindere*. Infra Martio 2. proscindere atque exarare iunguntur.

propellat] Columella II. 2. *in priorem partem lugum propellat.* Pontedera igitur h. l. quaedam excidisse suspicabatur; quod equidem non puto.

non debet] Quae deinceps habet Crescentius, de suo addidisse videtur.

2. *cognoscis*] Ex Vincentii lectione apparet, olim h. l. plura lecta fuisse, hac fere sententia: *cognoscis, si in sulcos multos et densos — videris, vt non intelligatur, vtro vomer ierit.* Atque haec sumta sunt ex Columella II. 4. 1. *sed tam frequentibus densisque sulcis arandi sunt, vt vix dignoscatur, in vtram partem vomer actus sit.* Paulo post Leidensis *submouet* habet.

lutosus ager] Ex Columella II. 4 5. Sequens *lutosa tractatur* liber Barthianus mutat in *aratur.* Io. Bern. Koeler malebat ex Columella *versatur.* recte, puto.

Tit IV. *si clemens*] Geoponica III. 1. toto hoc mense serere aliquid vetant, ratione addita ea, quam equidem non intelligo.

atto] Columella II. 9. 16. sex ponit.

Tit. V. *decipitur*] Gesner malebat *deciditur* vel *decutitur.* Male vtrumque. Columella II. 10. 19. *nec siccitates nec austros sustinet in flore.* quod in lenticula dixit sect. 15. *nam in flore facile luxuria et humore corrumpitur.* Igitur decipitur flos in spe, quam ipse concepit seminis et satori dederat, eum pluuia vel siccitas superuenit. De citere Crescent. III. 4. *nebulis laeditur et inde in eimdo facile parit.*

Tit. VI. *vicia*] Columella II. c. 11.

vigesimam] Albertus: *cauendum ne ante seratur quam luna sit in vltima quarta sui circuli; hoc est post vigesimam primam lunam. compertum enim est quod quando satini lumaces prosequuntur et deuorant.* Videtur igitur h. l. legisse *vigesimam primam,* quam scripturam habet liber Erford. Crescentius Louan. III cap. vltimo: *sed quando sol per duas vel tres horas caluerit et absorbuerit rorem, quoniam compertum est, viciam rorem sustinere non posse sed euanescere virtutem eius. Cauendum est autem, ne seratur, antequam luna sit in vltima sui circuli quarta hoc est post vicesimam primam. Compertum est enim, quod ante satam limaces persequuntur et deuorant.* Quorum maximam partem omiserunt Edd. ceterae. Inde corriges Albertum.

Tit. VII.

Tit. VII. *foenum*] Ex Columella II. 11. f. 10.

sufficiunt] Etiam Brusch. *sufficient*, deinde *iccirco — proscissam — terram.* Etiam Ald. *iccirco.*

Tit. VIII. *Eruum*] Columella XI. 2. 10.

Tit. IX. *sarculanda*] Columella XI. 2. 9.

faba] Cresc. III. 8. *faba secundum Palladium runcanda est cum quatuor digitis eminet supra terram, deinde alia vice sarculetur cum herbae nocuae fuerint in ea renatae, quo quidem non affligitur sed proficiet et multum fructum reddit et flexa quidem prope modum sicut integra respondet.* Vincentius Duacensis ex h. l. *faba vero et leg.*

2. *lupinus*] Vincentius Duacensis *lupinus autem — nec etiam desiderat.* Cresc. III. 14. *lupini sarculandi non sunt et sarculati extinguuntur, quia vnam tantum radicem habent, nec hoc quidem desiderat, quia herbas — affligunt.* vbi antiqua mea *desiderant.* Ex quo vulgatum h. l. *qui vnam* cum Pontedera correxi.

his sarculetur] Ex. Columella Pontedera malebat *ter* scribi.

non affligitur sed proficiet] Haec verba inserui ex P. libro et Crescentio. Vincent. habet: *proficiet multum.* Ita et Cuba, a Pontedera laudatus. Idem deinceps cum Vincentio duobus in locis *reddituro* habet. Crescent. *reddit.* Vnde Pontedera, qui Crescentii tamen locum non annotauerat, h. l. legebat: *proficiet et — redditura.*

vt ad mensuram] Breuius Cresc. *et flexa quidem p. sicut integra respondet.* Vincent. *fresa quoque pro modo sicut,* sed libro VII. 59. recte laudat. Sed priore in loco Duacensis editio habet: *fresa pr. respondebit sicut integra. Integra* faba est non fresa, id est suis valuulis non liberata. Columella enim ita cultam fabam spondet exiguam portionem in valuulis habituram esse. Corticem dixit Crescentius.

Tit. X. *in totum fossa*] Proprie hoc pastinum dicitur. Vide ad Columellam III. c. 11. et 13.

velut in totum] Hanc lectionem recte iam probauit Barth.

2. *si vero arandae*] Inepte ad h. l. Gesner: *si ea quae fossores crudae reliquerunt, deinde aranda sunt.* Opponuntur haec verbis *si per homines vinea colenda est.*

3. *tribus pedibus altas*] Cresc. IV. 7. tantum fiant longae, quantum vites distare debebunt, vt in quolibet scorbis capite planta una ponatur. Possunt tamen commodissime sulci fieri distantes in triplo quam vinea spissa finaliter esse debebit, et in quolibet sulco plantae in duplo spissiores, quam esse debeant, poni, sicque acies ligonibus procurari et spatia per triennium aut quadriennium arari, et omnium generum semine seri, cumque vites excreuerint, vnam trahi a dextris et alteram a sinistris et de vtraque duas vites fieri; sicque spatium totum impleri. Scrobes non sunt vltra duos pedes etc. et in fine capitis Crescentius memorat instrumentum (*foraterra* Italice dictum) per se primitus inuentum, quo foramina plantandis vitibus fiunt, educta terra, ita, ne foraminis parietes conculcentur.

vineta seu bubus] Brusch. *bobus*.

Latera] Ex Columella IV. cap. 4.

4. *Pastini*] Leidensis etiam *Pastino* habet scriptum.

adhibenda] Vincentius praebuit, quod addi volebat Pontedera. Crescentius iterum h. l. laudat IV. 16. de vineis fodiendis, sic: *Sit autem studium, vt vniuersa terra fodiatur aequaliter, vt nihil in ea crudi soli remaneat, maxime circa vitem, quam rem virga, in qua sit altitudinis pastini modus designatus, diligens custos in multis locis exploret. Nam haec cautela dolosos fossores ab hac negligentia submouebit.* Verba postrema de suo adiecit Cresc. imitatus locum Palladii supra cap. III. sect. 2. Ceterum Liber Barthil *rudum solum* habebat.

virga] Columella III. 13. f. 10

radices] Ex Columella III. c. 11. f. 4.

Tit. XI. *Tabulas*] Aream quadratam significat. Sic III. 9. 9. tabula iugeralis; III. 9. 11. tabulatim disponere. Sed apud Agrimensores tabula vna habet quadratas perticas 72. vt est in Fragmento de iugeribus metiundis p. 311. ed. Goes. monente Schoettgen.

quartanariam] Lectionem *quaternariam* probat et haec excidisse suspicatur Gesner, *ternariam*, *quae tertiam iugeri partem conficiat.*

Tit. XII. *decempedas*] Omisso hoc vocabulo Leidensis liber habet: *qui multiplicati si trecentas viginti quatuor quadratas.*

Tit. XIII. *Sed solum*] Malim omisso *Sed* cum P. et Cr. ordiri *Solum vineis*. Ex Columella III. 1. f. 8. sua duxit Palladius.

potius edito] Io. Bern. Koeler malebat *propius edito* legi, probabiliter. Columella: *simile tamen edito campo.*

2. *Caelum*] Alieno loco posita verba quo referenda sint, mox docebo.

imbridum] Vtitur voce Solinus c. 4. coelum imbridum dicens. Gesner Lugd. *umbridum* ex graeco ὄμβρος defendebat; sed is liber voluit *umbrosum* dare cum Cresc.

Ad pastinandum] Ex Columella III. 11.

ultima] Crescentius alio et meliore ordine haec excerpta posuit. Post verba enim *vina contristat* statim ponit ex sect 3. *Tofus* etc. Dein collocat verba sect. 2. *Ad pastinandum — possit induci.* Vnde apparet, sectionis 2. verba *Coelum — formidat* rectius poni sect. 6. ante verba *Plagam* etc. Vinc. Duac. libro VI. omittit *vetusta.*

omni eius] Vulgatum *earum* ex Cres. iam correxerat Pontedera.

5. *in iis locis*] Brusch. *in his locis — gelu.*

4. *generalibus*] I. 7. 1. Nam librum primum *generale praeceptum* in fine dixit.

misera] Columella III. 11. 9. *retorridum surculum.*

improbatur] Lectionem *reprobatur* non ausus est reponere Gesner, quia in fine huius tituli *approbare* sit experimento cognoscere.

5. *rubeus*] Columellae *rutilus.*

fortis] Colum. *vivida.*

aut siccatur] Crescentii lectionem annotauit etiam Pontedera, qui probasse videtur. Forte praeferendum *durescit*; deinceps Brusch. *At* ante *maxime* omittit.

6. *Austros*] Vide de aquilone et austro supra I. 6. 7. sententiam auctoris.

7. *duobus semis*] Columella III. 13. f. 8.

8. *longe ante*] Crescentii IV. 7. *longe post* probabat Pontedera; sed vulgatam recte defendit Gesner, ad *fossat* referens. Crescentius etiam antiquus mens *ante* habet.

Tit. XIV. 3. *et in ea*] Cresc. VIII. *et in eam.* Recte; idem cum Pal. libro omittit *ocimi.* Geoponica XII. 14. semina reliqua non nominant.

nititur] Verbum hoc omisit Vinc. male! Isidorus XVII. 10. *raphanum Graeci, nos radicem vocamus, eo quod deorsum totus nititur, dum reliqua olera in summa magis prosiliant.*

fliant. vbi Vincentius X. 125. rectius habet *cum reliqua* etc. Malim itaque in Palladio *in summa* legere.

emergente] Ita ex Cref. ſcribi voluit Pontedera, inepte vulgatum *mergente*. Geſnero defendente. Accedit Vincentii auctoritas.

4. *ſurculo*] non ferro, quod vetat infra III. 24. 12. in ſimili artificio, vbi porri capiti ſemen rapi inſerit, vt porri caput increſcat. Huc pertinet locus Plinii 19. f. 41. *Eſt inter herbas genus inſerendi praecifis germinibus caulis et in medullam ſemine ex aliis addito. Hoc et in cucumere ſilveſtri.* vbi Brotier monet, neſcio quo auctore, hodieque in Hungaria betas rubras, capiti inſerto ſemine, creſcere ingentes. Idem monet, Sinenſes in artificioſis florum connubiis excellere.

5. *fertur egregie*] Albertus: *humorem videtur diligere non tamen perit ſi deſit — melius prouenit ſi cum lactuca ſeratur.*

Tit. XV. *ſorba ſeruntur*] Plinius 17. f. 11. *ſorba ſemine et a radice planta et auulſione prouenium — ſorbo et in frigidis et humidis.* vbi Vincentius legit *ſemine et radice planta et auulſione.* Theophraſtus H. P. III. 11. Φύεται δὲ καὶ ἀπὸ ῥίζης καὶ ἀπὸ παραφυάδος, καὶ ἀπὸ σπέρματος. Idem f. 30. no. 6. *malis aeſtiuis et cotoneis, item ſorbis pruuis poſt mediam hiemem in Idus Februarias.* (ſerendis tempus ex more Italiae ſtatum eſt) Ita ille ex Columella V. 10. 19. vbi vide notas. Plinius 15. f. 23. *Sorbis quadruplex differentia, aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio pyri, aliis ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus, haec obnoxia acori. Odore et ſuauitate rotunda praecellunt; caeteris vini ſapor. Generoſiſſima quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, aſſiduum prouentu minimumque pomo, arbore diſſimili, foliis paene platani. Non ferunt ante trimatum ex vllo genere.* Theophraſtus, vnde haec Plinius hauſit, duo genera facit: alterum maſculum ſterile, alterum feminam, frugiferum. Fructuum triplicem ponit differentiam, aliis enim eſſe fructum rotundum, aliis oblongum, quibusdam ouatum. Rotunda magis eſſe ſorba odorata et dulcia, ouata minus odorata, et ſaepe acida. Folia tenera circa pediculos non intelligo, niſi voluit Plinius floſculos dicere, in quibus reliquiae ſunt calycis et ſtaminum in meſpilis et ſorbis. Sorbum torminale ad genus aliud arborum pertinet; crataegus torminalis Linnaeo; ſorbi vero

genera

genera hodie tria distincta nonimus, aucuparium, hybridum et domesticum. Postremum nisi grandaeuum fructum edere hodie negant; cum sorbum trimam frugiferam esse affirmet Theophrastus.

2. *et frigidis*] Vinc. vtramque copulam omisit. Ex Cuba affert Pontedera lectionem et probat: *Amat sorbos loca frigida montana.* Theophrastus H. P. III. 12. τόπον ζητεῖ ψυχρὸν, ἔυμμον, φιλόζωον δὲ ἐν τέτῳ καὶ ἐυσώλεθρον. ἐ μὴν ἀλλὰ καὶ φύεται ἐν τοῖς ὄρεσιν.

facit] omisit verbum Vinc.

3. *rufis ac pilosis*] Plinius 16. c. 37. no. 3. *et sorbus arbor infestatur vermiculis rufis et pilosis atque ita emoritur.* Ita Theophrastus H. P. III. 12. καὶ σκώλεξ ἰδιος, ἐρυθρὸς, δασύς.

sectari] Etiam Albertus: *secant medullam.*

hoc genere] Etiam Albertus: *fugient alii vel peribunt.*

minus ferre] Albertus: *si in fructu minoratur.*

4. *spina alba*] Plinius 17. c. 14. *Calabrice sive spina silvestris vtiliter sorbos recipit.* Cf. April V. 2. Insit 136 seqq.

vel in trunco] Ita recte Erf. et Cresc. Vulgo *in* omittitur; deinde malim ex Cresc. *sub cortice.* Idem Cresc. addit: Gaudet irrigatione, temporibus siccis et assidua fossione. Formanda est vt vnum solum habeat stipitem circa 10. vel 12. eleuatum a terra.

sub sole] Intra tectum contra Columella XII. 16. loco aprico Plinius 15. c. 18. no. 3. Vide notas ad Columellam.

volueriminus] Cresc. *voles vti.* Vinc. *volueris — pyro.* Albertus: *in aqua feruenti reuiuiscunt et saporem suauem praestabunt.*

6. *Octobri*] Hunc mensem omittit Leidensis liber.

maioris] Ex Cresc. Louan. Gesner laudat *matris.* sed in duabus meis locus hic non exstat. Brusch. *maiori* habet. *Matris* tamen praefero. Geoponica III. 13. semine, palis (ἀπὸ κασσάλυ καὶ κλάδων) cacuminibus et stolonibus seri monent. cap. 57. addunt auctumno usque ad solstitium autumni recte plantari, quia vere nimis cito floreat; ideo etiam autumno inseri debere. Quod repetitur c. 57. Ceterum hoc Palladii caput de amygdala miris modis a librariis fuit discerptum et laceratum, vt sigillatim deinceps docebo. Apparet idem ex Crescentio, qui multo aptiore ordine singula membra disposita et connexa posuit. Sed is hunc locum potius ex Alberto Magno transtulisse videtur, aut ex eo multa admiscuit, quae is ex Palladio transtulerat. Columellae locum V. 10. 13. de nucibus similiter

esse lacunosum vidimus. Disciplina ipsa vniuersa est Magonis ipsius, vt deinceps ex Plinio docebo.

vno semis] Cresc. addit: mihi autem vnius pedis fossio satis sufficiens esse videtur, Albertus: *area fodienda est ad altitudinem duorum pedum, vt sit tara tellus et mollis, et nuces imponendae spatio palmi cacumine inferius verso — maturae florent.*

cacumina] Geopon. X. 57. semen rectum poni iubent τὸ μέιωρον πρὸς τὴν γῆν ἔγοντας, τὸ δὲ ξιφῶδες καὶ λεπτὸν ἄνω. Ita lege pro ξυλῶδες. Eadem cap. 63. monent, castaneam nucem seri mucrone sursum spectante, contra amygdalae et iuglandis nuces mucrone deorsum conuerso. Vnde, et ex iis etiam, quae deinceps ex Plinio ponam, apparet vitium loci infra sect. 15. de iuglande: *Ponemus autem transuersas vt illus id est carina ipsa figatur in terra, cacumen ipsum, cum ponimus nucem, in aquilonis partem dirigemus.* Quae ex h. l. partim sunt auulsa et corrupta. Britannus arborator Miller oculum seu vmbilicum castaneae sursum conuerti iubet. In glande quernea, iuglande et castanea germen acumini appositum inde primum erumpit.

amant] Geoponica X. 57. calidum amare coelum monent, ideo insulis magis conuenire. Plinius 15. c. 24. *Nucleus dissimilis* (auellanis) *latitudine et acriore cortice. — nunc Thasiae et Albenses celebrantur et Tarentinarum duo genera, fragili putamine; ac duro, quae sunt et amplissimae et minime rotundae. Praeterea molluscae putamen rumpentes.* Vbi liber Salmantic. habet *Albeses*, quod probabat Pintianus ob locum Festi: *Albesia scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, vsi sunt. Haec eadem decumana vocabantur, quod essent amplissima.* Primam omnium florere, etiamsi non pluat, sed fiat coelum austrinum aut nubilum, amittere *florem* et primos fructus, si, cum deflorauere, tales dies fuerint, ait libro 16. c. 46 et 17. c. 2. in senectu fertilissimam esse, sect. 51. De satione Plinius 17. c. 11. *Inter ea quae semine seruntur, Mago in nucibus operosus est. Amygdalas in argilla molli, meridiem spectante, seri iubet; gaudere et dura calidaque terra; in pingui aut humida mori ac sterilescere. Serendas quam maxime falcatas et e nouella simoque diluto maceratas per triduum, aut pridie quam serantur, aqua mulsa. Mucrone defigi, aciem lateris in aquilonem spectare; ternas simul serendas triangula ratione, palmo inter se distantes; denis diebus adaquari, donec grandescant.* Idem 30. no. 4. *Mago idem amygda-*

amygdalas ab octobri Arcturi ad brumam seri iubet: quae pleniora ferularum Geoponica X. 57. Addit Plinius l. c. *iuglandes nuces porrectae seruntur commissuris iacentibus.* Columella Arbor. 22. de amygdala: *pars acutior* (i. e. mucro) *inferior sit; quia inde radices mittit, et anceps ad Fauonium spectet.* In loco laeuioso V. 10. 13. verba haec sola superfunt: *et anceps ad Fauonium spectet.* Ipse Palladius ex sect. 15. ita mihi redintegrandus esse videtur: *obruemus amygdala terno spatio inter se binorum pedum separata non amplius quatuor digitis, ita, vt cacumina figamus in terra; lateris carinam ipsam cum ponimus nucem in aliquidmis partem dirigemus.*

ita fructuosae] Crescentius: *Cum in seminario adoleuerint duobus annis elapsis praeditis mensibus transferantur ad locum, vbi perpetuo stare debent. Statuendae autem sunt, vt ad meridiem spectent viginti aut quindecim pedibus ab inuicem separatae.* Albertus: *cum conualuerint satae amygdali transferuntur et distinguantur intervallis competentibus et dilatari possint.*

7. *pridie mulsa aqua*] In tribus Codd. Florentinis et Vatic. etiam legitur, teste Pontedera, *mulsa aquata nimis macerentur.* Ex Columella Arbor. 22 et V. 10. legi malebat Pontedera: *aqua ita vt ne nimis dulci.* Difficultatem interpunctione mutata tollere conatus est Gesner, quam reliqui, etsi praefero rationem Pontederae Geoponica X. 57. recentes nuces stercore diluto aqua macerant, alios in hydromelle vna prius nocte macerare addunt. Albertus: *nouae et grandia vligantur ad pondera et sata multo melius quam insita proueniunt. In aqua autem ponenda sunt duabus diebus antequam ponantur.*

9. *densa*] Albertus: *tam arida superflua quam ramis densa.* non inepte. Pergit: *pecore; si corrodantur, amarescunt fructus eius tempore floris, nisi circumfodiatur: quia flos excutitur fossura. — in senectute plus fructificat: eo quod humor eius tunc a calore non exiccatur sicut in iuventute.* Ceterum Bruschi. *Putanda est*, postea *quotiens — thedae* et sic fere vbique.

amarescunt] Plinius 17. l. 37. no. 9. ita praerosas aut transfigurari ex dulcibus in amaras, auctore Theophrasto C. Plant. V. 25.

siccitas] Albertus: *si aridum sit tempus cui immersae vrigantur et liberentur ab herbis circa nascentibus — immixta laetamini.*

saepe purgantes] Cresc. addit: *Est autem diligentis cultoris unicuique nuci eius postea signum parum infigere, ut seminarium sine laesione germinum antequam supra terram emittat vel emineat, fodi possit. Proderit etiam multum seminario, si antequam in eo ponatur amygdala, terra noua quae subtus fuerat, desuper sternetur et optime pulverizata semina recipiat. Deinde post insertionem ita habet: Primo anno quo plantatur ut optime convalescat a mense Februario usque ad Octobrem singulis circumfodiatur mensibus et herbis iam nascentibus vel quater ad minus dicto tempore cum terra non nimis mollis est, ut* (*talis* addit antiqua mea) *in pulverem, aliquid humoris habentem, conveniatur et imbres accipere possit* (antiqua: *conuerti, superuenientis accipere p.*) *quia conculcata nimium terra denegat humorem.* (antiqua *denegant eidem.*)

admissum] Cresc. addit: *Si terra cina amara fuerit autumno effossa laetamen accipiat, si nimium sabulosa lapides vel laetamen et terram accipiat. Formari autem debet. Sit autem uno solo stipite contenta qui primos ramos a sex pedibus usque ad octo vel decem erigatur a terra usque ad primos ramos.*

excutitur] Plinius 17. c. 39. *amygdalae si colantur fossione, florem amittunt; nec instas circumfodere oportet, priusquam validae terrae coperint poma.* Theophrastus C. P. III. 23. cum incipit ferre fructum, amygdalam nec rigari ait nec stercorari, nec putari, nisi quod sicca auferantur virgulta, ne florem abiciat. Omnino terram ei tribui non bonam. Radices etiam per hiemem nudari, nisi morbus cessauerit.

tedae cuneum] Geopon. X. 61. radices primum per hiemem denudari iubent; deinde caudicem iuxta terram perforare, καὶ δαδὸς λιπαρᾶς ἐπίερον εἰς τὸ τρύπημα καταπρέσας, ἕρον ἀνθρώπειον ἐπίχεε καὶ ὕτω προσχώννυε. Theophrastus H. P. II. 3. clauo adacto et detracta lacryma corrigi ait amygdalum. Aristoteles de Plantis I. 7. clauos infigi iubet et gummi detrahi. Vnde Basilius Hexaëm. V. p. 63. ed. Paris. ὅταν διατρηθεῖσαι τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ σέλεχος σφῆνα πεύκης λιπαρὸν (lege λιπαρᾶς, est enim πεύκη ἔνδαδος Theophrasti) τῆς ἐντεριώνης μέσης διελαθέντα δέξονται, εἰς εὐχρηστίαν μεταβάλλεσι τότε τὲ χυμὲ τὴν δυσχέρειαν.

10. *nudantur*] Cresc. *Albertus vero addit, quod lapidibus albis paruis cum arena grossa operiantur, et si de gruma non tinetur, submoueatur arena et reponatur humus.*

In

In Alberto est: *nudentur radices eius — et quando non timitur* etc. In libro Leidensi est *alibi*.

11. *ingeratur*] Geopon. X. 59. dulcem et teneram fieri monent, *εἰ τὰ περὶ τὸ κέλεχος ἕως τῶν ἐκπυλῆς ῥαβδίσαι φυμιφθείσας καὶ ἀρδεύσεις συνεχῶς ὕδατι θερμῷ πρὸ τῆς ἀνθοβολήσεως*. Dulcem etiam fieri, *εἰ ἐκτρυπήσας τὸ πρέμνον ἐπὶ πάλιστὴν ἐν τετραγώνῳ τὸ ὄπρυον ἐκδέξῃ τὸ κατ' ἐνιαυτόν*. melius tamen circumfosso stipiti apponi suillum stercus, affundi vrinam, deinde terra adaggerata quotannis rigari. Ita plane verbo tenus Theophrast. H. P. II. 8. C. P. II. 19 et I. 21. Theophrasti igitur verba: *τετράνας ὅσον παλαιστιαῖον πανταχόθεν*, pessime interpretatus est vel Martialis vel Palladius: *tribus digitis a radice*. Calida irrigatam malum vernata meliores fructus afferre, myrtum etiam fructum apyrenum, monet Theophrastus C. P. III. 23. Plinius 17. f. 43. *amygdalae ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur — fertiles fiunt, e robore cuneo adacto*. Ex amaris amygdalis gummi, post Indicum optimum ait Plinius 13. f. 20. quo fortasse vtebantur in gummitione vasorum et doliorum vinariorum. Albertus: *procreabit — calida rigentur*: recte, puto!

desudet] Albertus p. 432. *si canetur super radices in stipite, ita quod superfluum humidum destillare possit*. Aristoteles de Plantis I. 7. *ἀμυγδαλαὶ ἅλων ἐμπηγνυμένων ἐντοῦς, καὶ κόμμεσι διὰ τρυπῶν καυρῶν ἐντεῦθεν ἐκβαλλομένων βελτίωνται*.

vel si circa] Inclusum a Gesnero *si* omittunt Cr. et Vincentius vtroque in loco. Recte!

affundas] Pergit Cresc. *Infixos clauos plurimum iuuatur fructus, et maxime si aurei sunt, vt ait Albertus*. vbi antiqua mea: *confixa clauis multum plurimum iuuatur*. Geoponica III. 3. Martio iubent amygdalis stercus suillum apponere, vt fructus fiant dulces, maiores et teneri, auctore Aristotele; contra Theophrastum vrinam suadere radicibus affundere. De suillo stercore in punica et amygdalo consentit Theophrastus C. P. III. 12. de punica Aristoteles de Plantis I. 7. Theophr. H. P. II. 3. Quae de clauis addit Crescentius, ducta sunt ex versione barbara Aristotelis de Plantis apud Vincentium Sp. natur. 13. cap. 2.

12. *maturitatem*] At Plinius XVI. f. 42. *Floret prima omnium Amygdala mense Ianuario, Martio vero pomum maturat*: vbi pomum Pontedera Antiqq. p. 611. interpretatur corticem, quem vere cum nucleis acerbis edi ait.

Haec

Haec sine cura] Vine. *nec sine cura.* sed altero loco habet vulgatam.

colligas et condas] Vulgarem lectionem *si tamen condias* ex Creso. correxi, suadente etiam Pontedera, qui deinde ex eodem malebat legi: *vtiles autem sunt.* Contra Geoponica X. 57. ex media arbore praeferunt; et cap. 62. sed addunt, ex summa etiam arbore recte sumi. Infra III. 25. 33. de amygdali insitione: *conditis tamen surculis antequam germinent.*

decoriata] Geopon. X. 58. docent, cum cortex rumpi incipit, fructus colligi debere, et decoriatos muria lauari, ita enim candidiores fieri, et diutius seruari, si postea in sole siccentur. In paleis condita amygdala facilius decorticari. Castaneam hodieque Lemouicenses Galli decoriant aquae feruenti iniectas instrumento, quod *Deboiradour* dicunt, deinde cum aqua coquunt, postea siccant; ita vero dulciores fieri affirmant. Vide Rozier Obseruat. de Physique 1772. Ianuario p. 237. seqq. Albertus p. 432. *Fructus autem aqua marina calida et fere bullienti decorticatur et aqua dulci similiter, sed cum lauatur aqua maris, albior efficitur nucleus et diutius durabit.*

13. *qui de summitate sumuntur*] Damnant contra Geoponica X. 57 et 63.

et in perfico] Crescent. addit *et in prunoy* sed eius insitio non *est ita vtilis, vt satio, vt ait Albertus.* Noster Inst. 150. prunum et alias arbores nominat. Geopon. III. 13. inserunt mense Octobri.

scripta] Geoponica X. 60. inscriptum nucleum rursus papyro colligari in putamine clausum et luto suillaque stercore obuolutum obrui iubent. Vnde apparet, recte nos ex libro Barthiano addidisse *clausum.*

14. *humida et frigida*] Contra Geoponica X. 64. χαίρει τοῖς ξηροῖς καὶ ψυχροῖς μᾶλλον ἢ θερμοτέροις. rectius omnino. Igitur *lego non humida.*

15. *pridie*] *per duos dies* Albertus ex h. l.

ponemus] Miror, Interpretes non vidisse, haec in iuglandem nullo modo conuenire, in qua nulla carina conspicitur nucis, sed pertinent ad amygdalam, alieno loco hic apposita et corrupta, vt docui ad sect. 7. Vitium huius loci demonstrat etiam Crescentius, qui habet: *vt latus dicto cacumine id est ipsa carina figatur in terram, cacumen ipsum cum in seminario vel alibi nucem componemus, ad partem dirigemus aquilonis.* Iuglandem similiter vt amygdalam seri nucibus suis; testantur Geopon. X. 63. et ipse Palladius f. 14.

serenda

ferenda est nucibus suis eo more quo et amygdala ferantur. Quo argumento cognoscimus, haec in amygdala iam antea fuisse tradita a Palladio.

Lapis subter] Rationem vide ad Colum. V. 10. 13. Gesner h. l. malebat *repercussam*. Albertus: *ponitur canna ipsius subtus versa et acumine suo conuerso ad aquilonem supposito lapide, ad quem reflexa radix cogatur non simplex sed multiplicata terrae infigi.*

Laetior] Pro his Crescent. transplantatur in locis calidis et siccis mense Octobri, cum casum foliorum passa est, et melius mense Nouembri, in frigidis vero mense Februario et Martio, sed in temperatis satis commode vtroque tempore transplantatur, biennalis in frigidis, et triennalis in calidis regionibus transferatur. Geopocica X. 64. θᾶττον δὲ αὐξήσει ἡ παρύα μεταφυτευομένη πολλάκις, μάλιστα δὲ ἐάν τις κυπίρῳ ἥλῳ ἢ πασσάλῳ καθηλώσας τὸ δένδρον ἕως διέλθῃ μέχρι τῆς ἐντεριώνης. Albertus: *latior erit arbor.*

16. *tingenda*] *tangenda* malebat Gronou. Obseruu. III. 18. comparato nostro Februar 25. f. 15. Aprili 8.

cinis] Geoponica l. c. λεπτόσαρκον δὲ καὶ εὔδρυπτον τὸ κάρυον ἔσται — σποδὸν τῷ τελέχει καὶ τοῖς ῥίζοις συνεχῶς ἐπιχέων. et cap. 66. Albertus: *si citius circa radices spargatur, in fructu facit alterum duorum aut utrumque, scilicet aut corticis siue testae tenuitudinem, aut nuclei magnitudinem et densitatem.* Ceterum Brusch. *cinis aspergatur — et cinis creditur.* Ex Ascensiana *aspergatur* annotauit Gronouius, qui verbum *spargetur* in Leidensi deesse monet libro.

17. *canalis*] Albertus: *cortex eius fundatur ab alto stipitis vsque ad vnum. pro fudatur — imum.* Pergit: *fossas circa nucem facias frequenter ne antiquitate vana fiat.* Ceterum *excludi* etiam Leidensis.

18. *transibant*] Addit Cresc. *formatur autem vt sex vel octo aut decem pedibus stipes earum eleuetur in altum, ibique diuidatur in ramos, qui primo sursum deinde procedente tempore flectentur inferius et per magna laterа se diffundent.*

palum de buxo] Geoponica: εἰ δὲ τις βουλόμενος τὴν ἐντεριώνην τρυπάνῳ καὶ πάσσαλον πτελέινον (vimeum) ἰσομεγέθη ποιήσας διασφίγξει, τρυπήσας τὸ δένδρον πέρυσι, τὰ σκληρὰ καὶ ἀβρόχυτα εὔδρυπτα ποιήσει.

ferreum] Albertus p. 432. de amygdalo: *confixa clauis multis multum iuuatur ad fructum et praecipue si sint clauis aurei, valent tamen etiam ferrei.*

tarentinam] Vide ad Colum. V. 10. 14. Geoponica X. 66. lana aut foliis vitis aut vlmi nucleum obuolutum poni iubent, et iuglandis et amygdalae et reliquarum nucum.

cortex — dimissus] Cresc. colligunt autem eas perticis excutiendo cum inter nucleum et testam aliqua rubedo apparet, aut cum exterioribus corticibus incipiunt posse expoliari, et in aceruum congregantur, vt quibusdam diebus elapsis possint cum lapidibus aut modico ligno ductis corticibus facile remoueri. Deinde duobus, tribus vel quatuor diebus in aere, secundum quod sol magis vel minus calidus fuerit, ponantur vt siccentur et seruabiles fiant; et si antequam ad solem ponantur, aqua lauentur, pulchriores et magis venales efficientur. Cortex latino vocabulo fuit olim dictus *gulliocae*, quod Festus interpretatur *nucum iuglandium summa et viridia putamina*. Suspicor, ex graeco γυλιὸς factum *gulliocae*. Sed rectius Festus alibi. *Culiola cortices nucum viridum dicta a similitudine culeorum, quibus vinum siue oleum continetur*. Originem vocabuli tandem mihi demonstrauit Hesychii κολλύχνιον, καρύου λέπισμα. vnde *Collucia* legere malim apud Festum.

19. *caepis*] Plinius 23. c. 77. *aduersantur iuglandes caepis, leniuntque earum saporem*. Dioscorides I. 178. σκόροδα allia nominauit.

expertum] Leidensis liber cum Ascens. *se expertum dicit*, monente Gronouio.

arterias] asperam arteriam intelligit, aqua medicamina arteriaca dicuntur. Albertus: *cum testa disposito putamine in melle demerge*.

arbuto] Geoponica X. 76. τὸ κάρυον εἰς κόμαρον ἐγκεντρίζεται. Inseri nucem, sed tardo coalescere insitum, monent Geoponica X. 65. Plantam bimam vel trimam eximi, iuxta radicem fisso trunco inseri, atque insitam iterum plantari. Quosdam tamen anno antea ramum arboris delectum, vnde inserant, intorquere; ita enim clauae medullam augeri, rasuram furculum deinde facilius pati et insitum facilius comprehendere. Albertus: *inseritur autem in sui generis truncum aut etiam in trunco pruni*. Alii negabant, nucem aeque minus quam resiniferas arbores insitionem pati aut recipere. Geopon. X. 65. Difficultatem inserendae nucis expertus vinitor mihi affirmauit. Rationem forte non frustra quaeris in eo, quod obseruauit Theophr. H. P. III. 7. de ratione germinationis, vbi de iuglande et coeylo: ἐκ τῶν ἄκρων μὲν ἐκ ἀνθρώπων, ἐκ δὲ τῶν κλαδίων καὶ αὐτὸ προσθέτας τὸ ὑπάρχον, ὥσπερ καὶ τὸ ἄλον τέλεχος καὶ οἱ ἀκρέμονες;

ipsaque

ipsique germina terminari sit folio, eandemque fere esse germinationem frumenti, ὁ qui τῇ πρώσει τῇ ὑπαρχούσῃ αὐξάνεται. quem locum nec Scaliger, nec Bodaeus interpretati sunt.

20. *Armenia*] Vide ad Nouembr. VII. 6.

gumminet] Infra XII. 7. 15. eadem repetuntur de pruno: Male igitur Edd. primae *germinet*.

Tit. XVI. *Columella*] XI. 2. f. 14.

Tit. XVII. *myrti*] Plinius XV. sect. 7. *simile est e myrto nigra; et haec latifolia melior. Tunduntur baccae aspersae calida aqua, mox decoquantur. Alii foliorum mollissima decoquunt in oleo et exprimunt. Alii deiecta ea in oleum prius sole maturant. Eadem ratio et in satiua myrto; sed praefertur siluestris minore semine, quam quidam oxymyrsinem vocant.* Haec eadem Dioscorides I. 48.

Tit. XVIII. *vrbicis*] Italicis opponi, recte monuit Barth. Italicos nominat noster Octobr. XIV. 14. Cum melle myrtitem vinum parat noster alio modo III. 27.

et nouem] Barthii membranae *et octo* habebant.

folii] i. e. malabathri. Ceterum vinum myrtitem aliter parat infra Febr. 27 et 31. vbi vide annotationes.

Tit. XIX. *lauri*] Infra Octobr. 10. mense postremo Octobri iubet lauri baccas legi ad oleum faciendum in locis siccis et calidis. De oleo laurino Dioscorides I. 49. et Plinius 23. f. 43. Cresc. V. 11. fructum lauri nigrum et parvum *orbatam* dici tradit. Italis hodie *orbacca* audit.

Tit. XX. *Lentiscini*] Parat idem hodieque Sicilia, teste Sestini T. II. p. 208. vers. germ. Ecce Africanus Cestorum p. 299. σχίνιον δὲ ὅτως σπευάζεται. ὥριμος ὁ τῆς σχίνου καρπὸς εἰς ὅλμον βληθεὶς ὑπέρῳ ξυλίνῳ κόπτεται· εἶτα καταῤῥάπτεται εἰς ἀγγεῖα ῥ ἔτα ὕδατι ἐπὶ πλεῖστον βραχεὶς καὶ ἀναληφθεὶς κυρτίδιν ἐξιπᾶται. ἔνιοι δὲ κόψαντες καὶ ὕδατι φυράσαντες, ἐν κριβάνοις ἀποτίθενται, ἕως ζεσθῇ, ἕτως τε ἐξιπῶσιν. vbi priora sic lege κόπτεται. deinde ex Colbertino codice: ἔπα κωτεράται i. e. transfunditur. Pro numero vasorum ρ margo Editionis ζ habet. Pergit Africanus: τὸ δὲ δὴ τεμαχισθὲν ὁμοίως τῷ σχινίῳ σπευάζεται. ἄλλοι δὲ κόψαντες ἐμβάλλουσιν εἰς χύτρας ἐχούσας ὀλίγον ὑπερόχου ὕδωρ εἶτ' ἑψοῦσιν καὶ τὸ ἐπιπλέον ἐλαιῶδες ἀπλίγουσι.

Tit. XXII.

Tit. XXII. *vidicae*] Vincentius his habet ex h. l. *vicesque*. In Columella IX. 1. 3. pro *vamices* ex Sangerm. dedi *amites*.

Tit. XXIII. *conuenit*] Horas menſium eodem modo definit Iſidorus de natura rerum cap. 5.

menſura] In genere Plinius 18 ſect. 59. *Cardo temporum quadripartita anni diſtinctione conſtat, per incrementa lucis. Augetur haec a bruma et aequatur noctibus verno aequinoctio diebus XC. horis tribus. Deinde ſuperat noctes ad ſolſtitium diebus XCIII. horis duodecim, vſque ad aequinoctium autumni. Et tum aequata die procedit ex eo ad brumam diebus LXXXIX. horis tribus. Horae nunc in omni acceſſione aequinoctiales, non cuiuſtunque diei ſignificantur. omneſque eae differentiae fiunt in octauis partibus ſignorum.* vbi Pintianus lacunam ita ſupplebat: *ad ſolſtitium diebus XCII. horis XII. Deinde diminuitur vſque ad aequinoctium autumni diebus XCI. horis XII. Et tum aequata* etc. quia Plinius ipſe ab aequinoctio verno ad ſolſtitium numerat paulo poſt dies XCI. et a ſolſtitio ad aequinoctium autumnale XCII. Contra Harduinus emendat: *diebus XCIII. horis duodecim; et inde minuitur diebus XCII. horis duodecim vſque ad aequinoctium autumni.* cum Petavio Var. Diſſert. Libro II. c. 5. p. 81. Deinde Pintianus malebat ſcribi: *procedit ex eo ad brumam diebus XCII.* At omnium optime locum redintegrauit Pontedera in Antiqq. p. 383. *horis duodecim, diebusque XCII. horis XII. ad aequinoctium autumni.* Cum Palladio conſentit Iſidorus de rerum natura cap. 5. Geſner annotatio ad h. l. haec eſt:

De horis eſt peculiaris Aldi libellus his ſcriptoribus in hac etiam editione adiectus. Supererat illud quaerere, ad quodnam horologium ſ. ſolarium pertineant numeri Palladiani. Credo equidem ad Romanum, ad cuius certe formam et diuiſiones ſuſpicari licet reliqua in prouinciis eſſe inſtituta. Diuerſam autem fuiſſe et longitudinem gnomonis et diuiſiones, (vt de diuerſa declinatione, quam eleuationem poli dicunt aſtronomi, taceamus) Vitruuius docet VIII. 8. Porro ſimilis fere ratio videtur fuiſſe horologii Athenienſis, vbi σοιγεῖον δεκάπους horam coenae ſignabat. Vid. Ariſtoph. Ἐκκλησ. 648. et Pollux VI. 44. Eſt autem *decem pedum* vmbra circa aequinoctium, Aprili menſe et Septembri (quod menſurae loco aſſumi naturale eſt, tamquam medium inter longiſſimam vmbram et breuiſſimam) hora diei *nona*, quam

coenae

cuenas subennem fuisse notum est. Caeterum hoc etiam notamus, vt in Commeliana, ita et hic iunctim commemorari eas horas, quarum sunt aequales vmbrae v. g. I et XI, II et X, et ita porro: In editionibus autem antiquis separatim suo quamque horam ordine poni a I ad XI, idque etiam in Codice Mediceo obseruatum ostendit collatio, ab Aug. Politiano facta mense Decembri, reliqui enim de horis itali vel desunt, vel certe a Politiano praetereuntur.

Aldi libellus commodiorem hic locum occupabit, quam inter Praefationes, quo fuerat reiectus a Gesnero.

ALDVS LECTORI SAL.

Iampridem decreui, quacunque in re possum, prodesse studiosis. Quam ob rem perquam vtile visum est futurum, si hic de diebus et qui in viginti quatuor partes, et qui in duodecim diuiduntur: tum de horis, quae sunt apud Palladium, nonnihil dicamus. Atque eo magis, quod a perquam paucis aetatis nostrae hominibus intelliguntur. Dierum duo sunt genera, alii naturales: alii ciuiles. Naturales, quibus nunc passim vtimur: constant quatuor et viginti partibus aequalibus ab occasu solis ad alterum occasum: quae horae appellantur: et graece ἰσημεριναὶ, latine aequinoctiales dicuntur. Ciuiles autem, ab ortu solis ad occasum constant duodecim partibus inaequalibus: quae graece καιρικαὶ, latine temporales, seu, quod idem est, vulgares nominantur. Atque hae duodecim partes hibernis solstitiis breuissimae sunt, et tertia parte minores, quam aequinoctiales, aestiuis autem longissimae: eademque tertia maiores, quae illae, et, quod sequens est, vincunt hibernas duabus quartis: siue, quod idem est, dimidio, id quod significare voluit Virg. eo versu: An ne nouum tardis sidus te mensibus addas, id est Iunio, et Iulio, quibus horae longissimae sunt. At Vere, sole Arietem, Autumno, Libram ingrediente: pares sunt aequinoctialibus: eademque ab hiberno solstitio ad aestiuum cum die crescente crescunt: ab aestiuo autem ad hibernum cum eodem decrescente decrescunt. Et quoniam singuli dies ciuiles, ac noctes totius anni, horis duodecim continentur, sexta diei hora semper est Meridies: et prima incipit oriente sole: Duodecima eodem occidente finitur. Verbi gratia, mense Martio cum hae ipsae horae temporales fere pares sunt aequinoctialibus; prima hora diei ciuilis est eadem

cum tertiadecima diei naturalis. Secunda, eadem cum quartadecima. Tertia, cum quintadecima. Quarta, cum sextadecima. Quinta, cum decimaseptima. Sexta, cum decimaoctaua. Septima, cum decimanona. Octaua, cum vigesima. Nona, cum vigesimaprima. Decima, cum vigesimasecunda. Vndecima, cum vigesimatertia. Duodecima, cum vigesimaquarta. Illud igitur in sacris literis: A Sexta autem hora vsque ad Nonam tenebrae factae sunt super vniuersam terram: intelligendum est a Decimaoctaua hora, vsque ad vigesimamprimam diei naturalis: vt nunc horae aguntur. Nam apud veteres Solaria in horas tum noctis, quam diei temporales non aequinoctiales diuidebant. Mense autem Iunio: cum horae quam longissimae sunt: prima hora temporalis est eadem, quae nona cum tertia parte decima aequinoctialis: Secunda, quod reliquum decimae cum duabus tertiis vndecimae. Tertia, quae duodecima cum tertia parte vndecimae. Atque ita singulae tres horae temporales continent quatuor aequinoctiales. Pari modo, quarta est eadem quae tertiadecima cum tertia parte quartaedecimae. Quinta, quod reliquum quartaedecimae cum duobus tertiis quintaedicimae. Sexta, quod reliquum quintaedecimae cum integra sextadecima et est Meridies. Item tres temporales, Septima, Octaua, Nona, sunt eaedem, quae quatuor aequinoctiales: videlicet decimaseptima, decimaoctaua, decimanona, vigesima. Item decima, vndecima, duodecima, eaedem quae vigesimasecunda, vigesimatertia, vigesimaquarta. Non ab re hic visum est subiungere epigramma Martialis ad Euphemum structorem Domitiani: vbi harum horarum temporalium meminit, est autem hoc:

Prima salutantes, atque altera detinet hora.
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam varios exercet Roma labores:
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua Palestris.
Imperat extructos frangere nona torus.
Hora libellorum decima est Euphreme meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus aetherio laxatur nectare Caesar:
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos, gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

Horae autem, de quibus agit Palladius, sunt quae diem ab ortu solis ad occasum diuidunt, in partes duodecim: quae

quae vmbris sic deprehendentur. Fiat planities quadrata ad regulam, et libellam in loco aperto: qui toto die illustretur a sole: spectetque vno latere septentrionem: alio Meridiem: Solem alio orientem: occidentem alio. Deinde in medio quadrati collocetur indagator vmbrae: qui graece γνώμων, seu σκιαθήρας dicitur, obseruaturque prima diei cuiusuis mensis: Verbi gratia, Ianuarii: idque coelo sereno, tunc tacto gnomone a solis radiis: vmbra gnomonis prima hora diei erit longa pedes XXIX. Secunda XIX. Tertia XV. Quarta XII. Quinta X. Sexta IX. atque haec hora semper (vt dixi) est Meridies: tunc enim sol altissimus facit vmbras breuissimas. Deinde incipit declinare, et descendere ad occasum atque vmbrae eadem, qua decreuerant, mensura augentur: quo fit, vt septima hora, quae est prima post meridiem, vmbra gnomonis sit longa pedes decem et respondeat quintae antemeridianae (nam horae ante sextam antemeridianae, post sextam pomeridianae appellantur) octaua sit longa pedes XII. et respondeat quartae. Nona, XV. quanta fuerat tertia. Decima, XIX. quot pedum erat secunda. Vndecima, XXIX. quot prima. Et quoniam in horarum spatio Ianuar. cum Decembri mense conuenit: eaedem erunt vmbrae singulis horis hoc mense, quae et Ianuario. Idem quoque faciendum est in caeteris mensibus: vt binis scilicet computentur, et Feb. in horarum mensura cum Nouembri mense concordet, Martius cum Octobri, Aprilis cum Septembri, Maius cum Augusto, Iunius cum Iulio: quemadmodum in fine cuiusque mensis apud Palladium licet videre. Illud apud eundem in fine postremi mensis his verbis. Decembrem Iunuario in horis causa dispar adiunxit: cum hinc simili ille augeatur: hic decrescat: intelligendum est et de vmbris: quod tam ante meridiem, quam post pares, atque eaedem in singulis binis mensibus sint: idque dispari causa: et de diebus: quos constat sex mensibus augeri: et sex decrescere. Nam etsi eadem quantitate sunt horae mense Ianuario, qua et Decembri: eademque mense Februario, qua et Nouembri: et sic in reliquis paribus: quemadmodum auctor ostendit: tamen ex singulis paribus quantum augetur alter, tantum alter diminuitur. Ascendente enim Sole a Capricorno ad Cancrum (vt supra diximus) dies semper augentur: decrescunt contra descendente illo a Cancro ad Capricornum. Notandum praeterea, crescentibus diebus, decrescere semper vmbras gnomonis: contra, decrescentibus illis, has semper augescere: et

hinc est, quod mense Ianuario cum dies breuissimi sunt, et augentur: prima hora diei vmbra gnomonis est longa pedes XXIX. Februario, quae est longissima, XXVII. Martio, XXV. Aprili, XXIIII. Maio, XXIII. Iunio, XXII. Mense autem Iulio, cum dies longissimi sunt, et decrescunt, prima hora diei vmbra gnomonis est longa pedes XXII. quae est breuissima: Augusto, XXIII. Septembri, XXIIII. Octobri, XXV. Nouembri, XXVII. Decembri, XXIX. Id quod vt melius cognoscatur, subiunximus et eos menses, quibus dies augentur, vmbris decrescentibus: et eos, quibus dies decrescunt, vmbris crescentibus. Incepimus autem ab Ianuario, et Iulio: quorum altero dies sunt breuissimi, et semper augentur vsque ad solstitium aestiuum: et vmbrae longissimae, sed decrescunt, quamdiu dies augentur: Altero dies sunt longissimi, et semper decrescunt vsque ad solstitium hibernum, et vmbrae breuissimae, sed augentur, quamdiu dies decrescunt. Et licet a solstitiis incipiendum fuisset: quae Decembri et Iunio fiunt, tuncque dies vel augeri, vel decrescere incipiunt: tamen incrementa, vel diminutiones dierum cum diminutionibus incrementisque vmbrarum sic facilius dignoscuntur, qua quidem re cognita, et dispar illa causa cognoscetur: quia in horarum spatio Ianuarius Decembri, Februarius Nouembri, Martius Octobri, Aprilis Septembri, Maius Augusto, Iunius Iulio adiuncti, linea simili, vt ait Palladius, augentur, vel decrescunt.

Ianuario augentur dies: et vmbrae decrescunt.		Februario augentur dies: et vmbrae decrescunt.		Martio augentur dies: et vmbrae decrescunt.		Aprili dies augentur: et vmbrae decrescunt.	
Hora	Pedes	Hora	Pedes	Hora	Pedes	Hora	Pedes.
I.	XXIX.	I.	XXVII.	I.	XXV.	I.	XXIIII.
II.	XIX.	II.	XVII.	II.	XV.	II.	XIIII.
III.	XV.	III.	XIII.	III.	XI.	III.	X.
IIII.	XII.	IIII.	X.	IIII.	VIII.	IIII.	VII.
V.	X.	V.	VIII.	V.	VI.	V.	V.
VI.	IX.	VI.	VII.	VI.	V.	VI.	IIII.
VII.	X.	VII.	VIII.	VII.	VI.	VII.	V.
VIII.	XII.	VIII.	X.	VIII.	VIII.	VIII.	VII.
IX.	XV.	IX.	XIII.	IX.	XI.	IX.	X.
X.	XIX.	X.	XVII.	X.	XV.	X.	XIIII.
XI.	XXIX.	XI.	XXVII.	XI.	XXV.	X.	XXIIII.

Maio

Maio dies augentur: et vmbrae decrescunt.		Iunio dies augentur: et vmbrae decrescunt.		Iulio decrescunt dies: et vmbrae augentur.		Augusto decrescunt dies: et vmbrae augentur.	
Hora	Pedes	Hora	Pedes	Hora	Pedes	Hora	Pedes
I.	XXIII.	I.	XXII.	I.	XXII.	I.	XXIII.
II.	XIII.	II.	XII.	II.	XII.	II.	XIII.
III.	IX.	III.	VIII.	III.	VIII.	III.	IX.
IIII.	VI.	IIII.	V.	IIII.	V.	IIII.	VI.
V.	IIII.	V.	III.	V.	III.	V.	IIII.
VI.	III.	VI.	II.	VI.	II.	VI.	III.
VII.	IIII.	VII.	III.	VII.	III.	VII.	IIII.
VIII.	VI.	VIII.	V.	VIII.	V.	VIII.	VI.
IX.	IX.	IX.	VIII.	IX.	VIII.	IX.	IX.
X.	XIII.	X.	XII.	X.	XII.	X.	XIII.
XI.	XXIII.	XI.	XXII.	XI.	XXII.	XI.	XXIII.

Septembri decrescunt dies: et vmbrae augentur.		Octobri dies decrescunt: et vmbrae augentur.		Nouembri dies decrescunt: et vmbrae augentur.		Decembri dies decrescunt: et vmbrae augentur.	
Hora	Pedes	Hora	Pedes	Hora	Pedes	Hora	Pedes
I.	XXIIII.	I.	XXV.	I.	XXVII.	I.	XXIX.
II.	XIIII.	II.	XV.	II.	XVII.	II.	XIX.
III.	X.	III.	XI.	III.	XIII.	III.	XV.
IIII.	VII.	IIII.	VIII.	IIII.	X.	IIII.	XII.
V.	V.	V.	VI.	V.	VIII.	V.	X.
VI.	IIII.	VI.	V.	VI.	VII.	VI.	IX.
VII.	V.	VII.	VI.	VII.	VIII.	VII.	X.
VIII.	VII.	VIII.	VIII.	VIII.	X.	VIII.	XII.
IX.	X.	IX.	XI.	IX.	XIII.	IX.	XV.
X.	XIIII.	X.	XV.	X.	XVII.	X.	XIX.
XI.	XXIIII.	XI.	XXV.	XI.	XXVII.	XI.	XXIX.

Sed sciendum, primos quosque dies mensis descriptos tantum a Palladio: nec tantas fore vmbras caeteris diebus cuiusque mensis, quantae fuere primis, siquis eas describeret: sed semper vel minores, cum dies crescunt: vel maiores, illis decrescentibus, quae si describerentur omnes: magnum efficerent volumen, esset praeterea opus multis annis, si id fieret in Europa: nam cum oporteat singulos quosque dies totius anni ab ortu solis ad occasum tunc esse serenos, nec id contigat vnquam in Europa: observandi forent dies sereni multorum annorum: donec omnes

describerentur. Quod quis laboriosum est: et longi taedii plenum, nec Palladius fecit, nec alius quisquam, nec forte erit unquam qui faciat. Sed de his haec satis. tu vero Lector carissime vale et me ama.

AD LIBRI III.

Tit. I. *frata*] Ex Columella II. 18. 2.

Tit. IV. *solo tenui*] P. *loto* et Crescent. III. 13. Idem cum P. deinde omittit *bene*.

quae vt cito] Crescent. *quartarium corbis in satione ingeri sufficiet. Cum autem lens calde octo pullulet, et incrementum accipiat, oportet, quod si ager fimbidus est, prius quam seratur, cum fimo bridio misceatur, et cum illo vel quatuor vel quinque diebus steterit, tunc spergatur in agrum. Palladius hoc praecepit fieri debere, vt cito nascatur et crescat.* vbi antiqua mea egregie habet: *corbis in satione bubulcae sufficiet — spergatur in agrum. Hoc Albertus. Sed Palladius hoc praecipit fieri* etc. In eadem exstat *infumandus*. et sic in Palladio l. l. Vincentius habet *fimi* pro *fimi*. Ceterum Pontedera ex Columella II. 10. legi volebat a *luna crescente vsque ad duodecimam*; ita etiam vernaculam id est Italicam versionem Palladii habere affirmat. De lenticula compara Geoponica II. 37. Albertus ex h. l. ita: *Lens vult locum rarum et resolutum aut pinguem et resolutum et siccum; humore enim superfluo luxuriando corrumpitur. crescente autem luna continue satis bene seminatur.* Sequuntur deinde verba, a Cresc. translata, nisi quod in Alberto legitur *pullulat*, *accipit — diebus quaterit, tunc aspergatur in agrum*. Recte vero Crescent. errorem Alberti castigauit.

deseripsi] Ianuario c. 5.

Tit. V. *Cannabum*] Eadem omnia Columella II. 10. 21. qui cannabin apellat. Insecuta aetas formam vocabuli mutasse videtur, nisi ea fuit librariorum Italicorum culpa, ad vernaculam dialectum respicientium.

Tit. VII. *eruum*] Ex Columella II. 11. 11. et XI. 2. 10.

Tit. VIII. *fructuum*] Lugd. lectionem *fructum* simpliciter praeferebat Schoettgen; contra Gesner malebat: *fructuum praestant et forma*. Io. Bern. Koeler *numerum fructuum praestat et formam*. quem sequar. Cf. Columella II. 15.

Tit. IX.

Tit. IX. sustentet] Crescent. verba sect. 4. *loca naturam* etc. cum his conpegit in vnam sententiam. sed idem IV. c. 9. habet: *naturam vitis coelum solumque sustentat si* [illegible] *retentur.*

siccitatem durat] Crescentii Basileensis lectionem *per siccitatem* praefesebat Pontedera; sed antiqua mea cum Ultraiectinensi omittit *per* et vtraque habet *quae nebulas — collibra quae* etc. Columella: *quod siccitatem ventosque patitur.* igitur Crescentii *ventos non timeat* spreui.

ventoso] Columella III. 1. *ventoso et tumultuoso caeli statu: siquidem easdem tenaces ac duri acini, rursus calido ta- neriores uberioresque concredet.* Lectio Lugd. *statu tenaces* hinc defenditur. Deinceps lege *uberiores* pro *humidi*, aut nam Vincentio scribe: *et humido feraces, sicco eas.*

infoecundas] Columella III. 1. f. 5. *nec natura nimia foecundam.*

professione] Crescentii lectionem praefesebat Pontedera, vulgatam defendit Gesner, interpretatus: propter vitia, quae indicant in se esse. Deinde Br. *his, in quibus.*

3. siccioris] Bruscb. *siccioris.*

4. Loca] Albertus: *loca saporem et naturam eius* (vitis) *immutant. propter ligni raritatem.*

de pingui — adiuuerit] Hoc loco aliena verba transferenda ad sect. 5. vt ibi monebo.

9. non possunt] Cresc. addens: *nisi stercori saepe adiuuentur* recte huc retraxit, quae sect. 4. *de pingui ad maxima transire non possunt, nisi stercus adiuuerit.* loco plane alieno posita sunt a librariis.

procedentia] Albertus: *sed de medio quinque gemmarum spatiis a vite distenduntur.*

transferuntur] Deinceps Cresc. continuat verba sect. 7. *summa flagella — conditione suscepit.* Recte!

Caput sarmenti] Meliori ordine Cresc. haec excerpsit ita, vt appareat, in Palladio nouum incipere caput cum his verbis *Hoc mense* etc. Deinceps post verba. *Sit autem — vnus*, continuanda sunt verba sect. 8. *ponendae sunt vites*; postea sequi debent: *Caput sarmenti — teneat.* Denique: *Vbi pinguis* et reliqua.

ne demersa] Ita vulgatum *nec demersa* correxit Morgagni, approbante Vincentio, atque ipso Columella III. 18. 2. vnde haec ducta sunt. Ex scriptura tamen Cresc. IV. 9. apparet, h. l. olim aliter fuisse scriptum, ita fere: *vexandum: quoniam ipsa tortura vexatio est; et pars ea de qua — teneat. Deinde duae gemmae fertiles remaneant supra terram, nec*

demersa penitus — relinquatur. Huc scilicet retrahere oportet verba, alieno loco posita sect. 13. *duabus gemmis supra terram relictis.*

obruta] Cresc. interpretatur: praecipue sub terra ad dimidiam partem mersae, si paucis erunt seruandae diebus; si vero diu seruari eas necesse fuerit, et maxime iam multo adueniente calore, vsque ad summitates ipsorum valde contrita operiantur, et reliqua, quae diligens lector comparabit.

aut vento] Albertus: *non sint sole vsta aut vento siccata sed statim posita, aut si seruantur, sint obruta sub terra.* vnde malim addi h. l. *siccentur.*

ac tepidis] Haec verba omittit liber Barthii. Columella III. 19. *silentis vel certe placidi spiritus diem legit.* Cresc. *item ponendae sunt vites placidis diebus ac tepidis, quando solum est modice humidum sed potius aridum quam lutosum* et reliqua quae habes infra sect. 13. ordine peruerso collocata.

9. *pluuiosis*] Ita recte Vinc. cum Br. habet; vulgo *pruinosis.* Columella III. 14. *vere — si aut pluuius aut frigidus status coeli est aut ager pinguis, aut campestris et vliginosa planities.*

tubitus] Cresc. mihi autem videtur longius esse debere, maxime in locis decliuibus, montuosis et aridis, cum in foueis oblique panguntur, ipsumque ramulis et capreolis siue anchis esse purgandum.

maiora] Columella III. 15. 1. *macro solo quinis pedibus inter ordines omissis, mediocri senis, in pingui septenum pedem danda sunt, quo largiora vacent interualla, per quae* etc. Crescentius IV. 9. ex h. l. habet: *spacia relinquamus, scilicet quatuor pedum, vbi exilis, angusta, scilicet trium, vbi vero mediocris, trium pedum et semis.* Vnde apparet, locum hunc non satis integrum esse, etsi numeri non concordant cum Columella.

nonnulli] Columella III. 5. 3. *ergo mediocris et medio siccus ager — bipalio prius subigi debet, ac deinde tripedaneis spatiis relictis, quae per semina excolantur.*

dimittunt] i. e. intermittunt, vt Nouembri XX. 6. monente Gesnero.

tabula] Saepius de spatio non definito Palladius vsurpauit. Gerbertus in Geometria apud Pezium Anecdot. Vol. III. P. II. p. 14. *iugeri quartam partem tabulam appellant continentem perticas constratas* (i. e. quadratas) 72.

vicena

eterna] Lectionem Gesnerianam falsam esse, docui ad Columellam III. 5. 3.

10. *quatuor millia*] Verum numerum, si data hanc habent, esse 5184. posuit Gesner; sed vide ad locum Columellae laudatum.

pauciorus] Archaismum defendit Barth. Supra II. 14. 1. in Edd. primis est *pauciat.*

11. *totius extinguat*] Polit. *omnem extinguat.* Cresc. IV. 9. *omnem excludat; idem praeterea vno tantum genere habet scriptum, deinceps vnimia — ac empeda maxime tali disponi. Et sic generum diuersitate* etc. quae sequuntur sect. 12.

eximii generis] i. e. eximiorum generum; quod ipsum reponi voluit Pontedera ex Columella III. 20. f. 3.

suis temporibus] Germana haec balbutientis scriptoris infantia. Edd. principes *suis poterimus opportunitatibus optinere.* quam scripturam vnice probo, atque interpretor *ita et maturitatis et floris tempora diuersa, in suo quaeque genere congruentia atque opportuna habebimus et consequemur.*

12. *cum acerbitate*] Male Pontedera corrigebat *sine acerbitate,* recte monente Gesnero. Expressit enim haec Columellae III. 21. f. 5. *vt aut serum fructum cum praecoque eleuet, quae res mox acorem facit, aut si maturitatem serotini expectet, amittat vindemiam praecoquem.*

13. *diuersitate*] *distincte posita* addit Cresc. *pergens poterit eam operariorum* etc.

generatim] Cresc. *et gradatim quae velocius maturantur prius condere, deinde quae serimus* (pro *serius*) *ac melius puro sapore sine admixtione alterius generis vnaquaeque vina seruare.* vbi antiqua mea habet: *sine lactamine alterius.* Quam lectionem equidem probauerim, comparato loco Columellae III. 21. 10.

puro sapore] Vulgatum *puros sapores* defendebat Gesner ita, vt vina dicantur sapores seruare. Columella l. c. *posse gustum cuiusque generis non mistum sed vere merum condere ac separatim reponere — quia nihil interuenit alienae naturae, quod repugnet.* Vnde apparet, falsam esse Gesneri interpretationem.

14. *vel aliunde*] Male post *inferes* interpungunt Editiones, docente Columella III. 15. 5. vbi vinacea sunt genere neutro.

quam lutoso] Ex Columella III. 16. 1.

obliqua] Crescentius IV. 9. *Cum vinea plantatur in ordine, aut plantantur in foraminibus directis, vel parum obliquis ad sarmenta in parte inferiori, oblique incisa, foramini imprimantur, et sabulum vel terra soluta et trita et cum pauco maturissimo laetamine palearum vel vindeiae mixta usque ad medium fossae ponatur; deinde cineres vel terra ibidem inuenta repleatur, vt* (*aut* antiqua mea) *in parui foueis connumiente profundit pangunturque capitibus plantarum longe positis in parte infima, et in suprema iuxta signum tum fimum undique proportionabiliter positum ex cinerilis et terra contrita mediocriter superinducitur conculcata. Caput sarmenti*, et reliqua quae leguntur sect. 8. De sensu vocabuli *obliqua* vide ad Colum. III. 15. 3.

Tit. X. 2. *humectus*] Columella III. 19. *nulla et vligiosi situs patitur etiam trigemmum — quod his exceptis quibus est frequens in ipso capite tres deinceps articulos totidemque gemmas habet.*

3. *coniunges*] Columella III. 15. 3. *sic curuatum deponere, ne duarum vitium radices implicentur. id enim vitare facile est per imum solum iuxta diuersa latera fossarum dispositis paucis lapidibus.* Vnde sensus verbi *coniunges* h. l. apparet, quod Gesner interpretabatur *adiunges*, *applicabis*. Malebat tamen legi *iniunges*, vt sect. 1. *scrobem cui arbor iniuncta est.*

Mago] Ex quo Columella Arbor IV. 5. quod tamen consilium III. 15. 5. omisit. Varronem male Crescent. *Maronem* Polit. liber nominat. Contrarium Magoni consilium dat Columella III. 16. 1.

conueniet] Brusch. *conuenias*, quod probo.

4. *populo*] Ex Columella V. 6. 5. *opulo* malebat Gesner; satis de varietate dictum fuit ad eum locum Columellae.

5. *Caueis*] Haec verba vsque ad *Est et aliud* Crescentius IV. 9. collocat post vltima capitis verba. Sed Columella V. 6. 21. eadem eodem ordine habet. Deinceps Br. *alligandae est. Est et* etc.

6. *Est et aliud*] In Leid. est: *Et alium de transferendum ex arbusto viti compendium*: vnde egregie I. Fr. Gronouius corrigebat: *Est et aliunde transferenda ex ar. vite compendium.*

mensuram pedis] Ita recte emendauit ex libris h. l. Gesner. Ceterum eandem hanc corbiculae seu quasillorum rationem docuit Cato 52 et 133. vbi vide notas.

7. *quod*

7. *quod fermentum*] Vt superfluum alterum vocabulum inclusit Gesner; nimis saepe enim repetitur. Paulo antea *replentur* Brusch.

Tit. XI. *breui crure*] Ex Columella V. c. 4. et 5. In Leid. est *breuis ruraeo*.

orbiculos] Columella V. 4. *materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectuntur*. cap. 5. f. 15. *per orbem connectitur*.

Tit. XII. 2. *lata*] In etiam Columella IV. c. 24. f. 7. Gesner malebat *laeta*, professus, se ignorare, quae dicantur lata fermenta, quod docuit ed Columellam.

pinguitudine] Columella: *si tamen ita praeualuit, vt alterum brachium affluxerit, id quod imbecillius est tollitur et ipse fecauerat submittitur*.

3. *clementioribus*] Ex Cresc. malebat *laetis et* addi Pontedera, ita enim lactum exili, clementem aestuoso opponi. Ecce Columella IV. 19. *quanto humidius est solum et coelum placidioresque venti, tanto est altius attollendum iugum. Nam laetius vitinni patitur celsius se euagari*. Igitur non dubitaui locum supplere ex Crescentio.

decliuibus] Columella II. 19. *rursus exilis terra et acliuis torrensque aestu vel quae vehementibus procellis obnoxia est, humilius iugum petit*.

locis pinguibus] Columella IV. 21. f. 2. *pingui terra singulis brachiis habit bina flagella iniungere, nec tamen numerosius onerare, quam vt una vitis octo seruiat palmitibus; nisi si admodum nimia vbertas plures postulabit, illa enim pergulae magis quam vineae figuram obtinet, quae supra hunc modum materiis distenditur*. vnde apparet, h. l. varie esse vitiosum et lacerum. Corrigo: *flagella dimitte; plus quam octo palmites habere non debet, vna vitis, ita vt — custodem. Sed erit — vim vitis vitis. Nam quae nimis pinguis et foecunda latius colitur, pergulae magis quam iugo sutilis est*. Scilicet verba sect. 5. *Illae quae altius coluntur vt in iugo vel pergula* ex h. l. translata et vitiata sunt.

remouerit] Crescentii antiqua mea editio *remoueri* habet.

4. *cortex*] Albertus: *et cortex pendens a vite rescindatur quia ex reciso cortice spisso minor erit faex in vino*.

rotundae] Albertus: *et vulnus sit rotundum vel oblongum et ex transuerso et recuruata vite*.

5. *seruo*] Brusch. *seruas*; eadem deinde *Hae quae altius — leuatae steterunt*.

scabra

scabra] Columella sect. 7. *trida et vetera habet.* Albertus *scabrosa* habet.

Illae — pergula, vbi] In hoc loco librariorum ignorantia grassata est. Si ordinem et verba Columellae comparabis, statim apparebit, verba haec *illae — pergula* ab hoc loco esse aliena. En verba Colum. *In quatuor ferme pedes supra terram vitem elatam totidem brachiis composito, quorum singula spectent demissae lugi partes. tum vel singulis vnum flagellum, si macrior vitis erit, vel duo si pinguior brachio cliquè submittito.* Vide supra ad sect. 3. Ceterum Crescentii lectionem *si matra et humilis vitis erit* probabat Pontedera; recte contra propter locum Columellae reiecit Gesner.

6. *in singulis*] Recte Cresc. omittit *in*, atque ita etiam supra sect. 3. vbi eadem verba alieno loco leguntur, omittitur praepositio; itaque inclusi.

relinquendis] Columella 1. c. sect. 12. Albertus nec in summo ferranda sunt flagra neque in imo, *sed in medio et ex vtraque parte vitis aliquod flagrum relinquatur, quia summa multos ferunt pampinos et anchas sed media tenent vitem in viribus suis et conseruant.*

quae ruenturi] Haec verba, a Pol. et Cresc. omissa, inclusi; abundant enim.

superius] Columella sect. 16. *post gemmam.*

Tit. XIII. *vites — collocatur*] Haec verba lemmatis vicem gerere, monuit Gesner.

Primo — dirigentes] Ex Columella V. 6. sect. 23.

fortioribus] Columella l. c. sect. 25. *plenioribus — gracilioribus.*

2. *ramalis inutilibus*] Columellae *nepotibus.*

religari] Est idem quod *reflui*; sed hanc notionem omisit Gesneri Index, et Thesaurus L. L. Crescentius IV. 14. *ac ligari* habet ex h. l.

linea] Colum. V. 6. 12. *radulata ita sarmentur, ut superior ramus in eadem linea sit, qua inferior.*

loco pingui] Colum. sect. 15. iisdem verbis.

putatione dirigantur] In Columella sect. 10. non est vocabulum *putatione.*

solis radiis] Columella: *quo plus solis mediae arbores accipiant.* Ceterum Barth. Aduers. 41. 7. elegantiorem orationem fieri putabat omisso *radiis* si legeretur *soli.*

ac religari] Cresc. IV. 14. *ac ligari* habet.

3. *spissa*

3. *spisso*] Colum. V. 6. 27. *densum arbustum — primam quamque arborem senio defectam tollere.* etiam spi arbor dicitur pro arbustiua vite.

tamqs humilius] Haec de rumpotino arbusto Columella V. c. 7. sect. 2.

praecidat] Vulgatum *recidat* correxi. Colum. V. 6. 27. *palmites non constringi, ne sarmentum vimine praecidatur, quasi ita longe tabulatum est — palmitem ipsum uiti alligatum supra tertiam gemmam religabimus. hoc ideo fieri praecipimus, quia quae pars palmitis praecipitata est, ea fructu induitur, at quae vinculo adnexa sursum tendit, ea materiae sequenti anno praebet.* Patet ergo, in verbis *aut atterat*, latere reliquias verborum, quae exciderunt, quorumque rationem reddunt sequentia, quae ita sunt corrigenda: *hoc autem fieri noueris.* Miror, Gesnerum maluisse locutionis *noueris quia* barbariem accusare, quam in Columella, a se laudato, sententiam verborum inuestigare.

Tit. XIV. *possibilitate*] Equidem cum Erford. malim *stabilitate* legere.

coguntur] Columella V. 5. 15. *per orbem connectitur.* Io. Bern. Koeler, malebat *cinguntur* legi, atque ita h. l. laudari monet ab Harduino ad Plinium 17. c. 22. p. 94.

aut palis] Columella l. c. *fere eandem curam exigit, quam iugata.*

sola indigentia] Columella l. c. sect. 17. *quae nisi violentissime coli statu suscipi non debet.* Inepta est Gesneri correctio: *soli indulgentia.*

Tit. XV. 2. *censemus*] Verbum hoc deesse in Codd. Florentinis et Vaticanis et editione Bruschiana, monuit Pontedera; inclusit etiam Commeliniana et Gesneriana. Pontedera tollendum aut in *censet* mutandum putabat. Sunt enim etiam haec ex Columellae IV. c. 11. opinione dicta. Crescentii lectionem ita refingebat. *ad vnam vel duas gemmas —, relinquendae* (sc. vites) *sunt.*

excipiendum] Quoniam ex persona Columellae desiit loqui, redire Palladium ad formam orationis narratiuae nolebat Gesner; atque *excipiendum* corrigebat, quod more Varroniano dictum interpretatur. Sed si verba *quod est — faciendum* parenthesi includas, poterit Palladius eandem narrationis formam continuare. Locus Columellae est IV. 12. in quo tamen verba ista tam molesta Gesnero non sunt.

multo intensio, vt liber liberum contingat; quoniam inter liberum et lignum mucus ille prorumpit, vnde regeneratur cortex et qui facit, vt insitum bene comprehendat. Muci illius vim in cerasо iam olim recte annotauit Theophr. H. P. III. 13.

exemto] Similem locum attulit Gesner ex nostri Februario 26. 2.

Tit. XVIII. *decumanum tabulas*] Vineae scilicet per tabulas seu hortorum specie digestae et semitis et decumanis distinctae. Columella III. 21. 11. in vltimis ordinibus, vineae ficos et poma conserit. In Gallica Prouincia oleae in eadem fossa plantatae cum vite tandem in senescentis locum succedunt. Vide Bernard p. 208.

decisis] Hanc arbusculorum transferendarum rationem aliunde quam ex Columella duxit Palladius. Nam aliter hic IV. 9. 8. seqq.

deprimente] Non satis intelligo, cur adhibeat palum, qui viam plantae in fermento terrae defigendae et radicatae quidem facere debere non videtur. Taleam malleo adigit et ne palus prius locum faciat, cauet Cato c. 45. vbi tamen vide notam. Forte Leidensis lectio *pala* praeferenda est.

tenacibus] Alias pro petiolis seu pediculis posuit. Cresc. h. l. simpliciter *vinculis quibuscunque*.

2. *obuersae steterunt*] Ers. *steterant* probante Ernestio; at Leid. *obuersa est, et erutae contra eas*, quam lectionem vnice probo.

pedibus quindecim] Hoc interuallum nimis parum vel in ventoso loco videtur, vbi densiores poni solebant oleae. Columellae rationem noster expressit sect. 5. Verum Crescentius h. l. habet *viginti quinque pedibus*, quam lectionem probo.

suo loco] non transferendum in vineas. Male Schoettgen et Gesner interpretantur *loco* commodo et naturae arboris attemperato.

3. *mista sit glarea*] Colum. V. 8. 6. *cui glarea subest, si superposita creta sabulo admista est*. Sed Cresc. h. l. habet *sabulonis admixtione*, quam lectionem probauerim. Discrimen sabuli a sabulone traditum ad Varronem librarii non obseruarunt.

et humidae] In Columella similiter vt h. l. libri variant inter *uuidae* et *viuidae*. Sed lectionem *uuidae* mihi praeferendam videri, monui ad Colum. V. 8. 6.

4. *tamen*

4. *tamen non*] Ex Vinc. addidi *tamen*, quod est etiam in Columella, et sententia postulat. Deinceps *aestiuosis* liber Leidensis.

mediis clinis] Cresc. post haec addit: *In his enim continue propter deflexum stillat ad eam* (*eadem* antiqua mea) *humor, quem multum requirit, et satis retinetur circa radices eius, eo quod locus non est praeceps, sed latae deuexitatis. neque imum — patitur locum, quod in imo nimia est aquositas, in arduo pauca.* ex Alberto haec ille duxit.

Licinia] Columella *Licinianam*, et *Culminiam* nominauit, sed ipse Columella paulo post *Liciniam* appellat.

5. *frumentarius ager est*] Cresc. recte addit *et pinguis*, et sic Columella V. 9. 7. vbi praeterea est: *sexagenum pedum in alteram partem, atque in alteram quadragenum.*

6. *radices olearum*] oculos siluestrium olearum vocat Columella IV. 9. 5. qui breuius hanc rationem memorat.

Tit. XIX. *maiores*] Accuratius haec Columella V. 10. 5. 4.

2. *eroſa*] Ex Columella Arbor. c. 18 et V. 10. *praeroſa* recte corrigit Pontedera; *deroſa* inepte Gesner, qui tamen recte breuitatem Palladii defendit contra Pontederam, corrigentem: *aut a pecore praeroſa ſint; nam non creſcunt.* Ceterum paulo antea Brusch. *quod est melius seruabis*, omissa particula *sed.*

cardinibus] Crescentius II. 21. *pars ad meridiem versa rubrica signetur vel aliter, vt translata eisdem coeli quibus ante steterat cardinibus apponatur.* vbi male Basileensis *eiusdem* habet. Virgilius Georg. II. 269.

3. *prope tribus*] Columella V. 10. 7. *minime tribus pedibus.*

hoc est nucibus] Columella Arbor. XX. 2. *Arbor insita fructuosior est quam quae insita non est, id est quam quae ramis aut plantis ponitur.*

Tit. XX. *gemma procedat*] Crescentius, accurate disciplinam vineae releuandae et ligandae, vt ait ipse, tradens, habet, *antequam gemmae nimium turgescant.* IV. 14. Columella XI. 2. 16. *reliquae partes vinearum nunc palandae et alligandae sunt ne postea tumentes gemmae laedantur et oculi atterantur.* vnde patet, h. l. legi debere *palandae atque alligandae.*

2. *vebes*] In libris est *veges.* Qui medio aeuo libros Palladii descripserunt, notiores habebant *vegetes*, seu dolia

vinaria, dicta ex Italico *veggia*. Quo vocabulo saepe vtitur Crescentius aliique docente Cangio.

quas circa] Columella XI. 2. 19. *plantas ante satas nunc exputare et circumfodere ac summas earum aestiuas radiculas amputare.*

Tit. XXI. *medios flosculos aurei coloris*] Plinius 21. c. 10. *rosa panditur in calyces medio sui stantes complexu luteos apices*. Idem ibidem in lilio sect. 11. *stantibus in medio crocis* appellat *crocos*. Matthaeus Syluaticus: *Antera vel antirae id est semen rosae. et est illud quod remanet de rosa, et rubet et maturescit, quod autem est intus seu semen lanugino-sum est; antera quod communiter teneatur, quod antherae sunt pipuli rosarum.* Theophrastus H. P. VI. 6. Φύεται μὲν ῥοδωνιὰ καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος. ἔχει δὲ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μέλῳ κνηκῶδες ἢ ἀκανῶδες, ἔχον δέ τινα χνοῦν. Ceterum hos crocos seu filamina crocea Palladius flores appellat exemplo Theophrasti H. P. I. 21. qui biflores (διανθῆ) dixit rosam, lilium, et violam nigram, ὅτι ἕτερον ἄνθος ἐν τῷ ἄνθει ἔχει κατὰ μέσον. Compara etiam verba Crescentii, in varietate lectionis posita. Anonymus de rosa (Poet. lat. minores Wernsdorfii T. VI. p. 173. versu 32. *ridentis calathi patefecit honorem prodens inclusi semina densa croci.* Rosarii cultum reliquum vide infra Martio VIII. 2. Nouembri XI. Plinius 21. c. 10. ex Theophrasto: *tardissime prouenient seminè, quod in ipso cortice est sub ipso flore, opertum lanugine; ob id potius caule concisso inserantur.* Fructu rosae serit etiam Columella Arbor. 30.

gyrum fodies] Geoponica XI. 18. ἀπὸ παλαιοῦ δὸς τοῦ φυτοῦ γύρον ὀρύξας ἔγχεε ὕδωρ θερμὸν τῆς ἡμέρας δεύτερον. Plinius 21. 4. *qui praecocem faciunt pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calyce.* Ceterum rosarum vitium, fuliginem insidentem plantae, vt ciceri, memorat Theophr. C. P. VI. 14. ὃ καὶ ἄλμη νοσηματικῶς ἔχει ὥσπερ ἡ ῥοδωνιὰ καὶ ἄλλ' ἄττα.

3. *oculos*] caulem cum floribus inclusum, gerentes. Ceterum cultum liliorum non addit copiosius, nam teste Plinio 21. c. 11. *alba lilia iisdem omnibus modis seruntur quibus rosa, nihilque est foecundius, vna radice quinquagenos saepè emittente bulbos.*

bulbulos] Crescent. 17. *Lilium plantatur in terra pingui et bene subacta. nam accipiuntur spici siue bulbi eius virides vel sicci* etc. Liliorum etiam caules auulsos et in summo suspensos nodos et bulbos agere, docet experimentum

tum, traditum a Plinio 21. c. 13. et Geoponic. XI. 20. Aristoteles Problem. XXI. 26. liliorum caules etiam exsectos pullulare ait. Aliud ex Aristotelis libro nescio quo refert testimonium Crescentius l. c. *quod si hasta lilii, quando nondum apertum est semen siue flos eius flectitur in terram, ita quod tepa non radicetur et cooperiatur terra, infra paucos dies emittet in quolibet nodo hastae caepam pgruam sicut sunt bulbi eius.*

lilieta] Vt Graeci dicunt ῥοδωνιὰ et κρινωνιά.

violarum] Vide ad Columellam Arbor. 30. De croco dixi ad Varron. I. 35. 1. In loco Plinii 21. c. 6. quem ibi posui, recte ex Editione principe *atteri pede quo melius proueniat.* posuit Brotier, non *perundoque.* In Codice Reg. 1. erat scriptum *atteri pedoque.* Codex 2. vulgatam *perundoque* habebat.

Tit. XXII. *exilia*] Columella II. 10. c. 17. et infra Octobri 2.

Tit. XXIII. *breuissimis*] Quae Cres. addita habet, confirmat Cato c. 6. *Arundinetum hoc modo serito: bipalio uertito, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibi corrudam serito, unde asparagi fiant.* Praeterea Catonis locus vitium in distantiae mensura connincit; et Crescentius ex h. l. *uno pede* habet. Miror h. l. Interpretes tacuisse.

uillarum] Vincentius addit: *irriguo simoque.*

Inter haec] Haec vsque ad verba *quo connae* aliis permutauit Cresc. ita: *Ligonizantur vt vineae et ligonibus in aequalitatem terrae aequabimus mense Octobri et Nouembri.* Sed ibi antiqua mea habet: *in aequalitate terrae incidentur de mense Oct.* etc. ex quo apparet, olim plura legisse h. l. Crescentium; alia librariorum culpa in Crescentio excidisse, quorum vestigium habet antiqua mea. Ecce nunc tibi Catonis verba c. 6. *nam conuenit arundinetum cum corruda eo, quia foditur et incenditur.* Saltem verbum *colunturin* Palladio de fossione interpretari debemus.

eo more] Male Erf. *hoc mense. hoc modo*, Br. quod voluit dare Erf. Deinceps *sarrientur* vulgatum ex Cresc. correxi.

2. *salicis*] Cato l. c. circum arundinetum seri iubet.

et lauri] Diophanes Calendis Decembribus baccas legi, et post Idus Martias seri, transferri plantas Octobri. Geoponica XI. 3. vbi Quinctilii addunt, inseri laurum in sorbum et fraxinum. Plinius 17. 10. Ianuario baccas colligi, Aqui-

lonis afflatu ficcatas, mense Martio seri; sed Mago ibidem seri iubet ab occasu Aquilae ad occasum Sagittae cap. 18. f. 30. no. 4. id est Ianuario et Februario. Plinius 15. f. 39. testatumque sit obiter et ramo eam seri, quia dubitanere Democritus atque Theophrastus. Pluribus modis seri, et quomodo seratur docet Plinius 17. f. 11. Crescent. V. 11. plantatur ramis et furculis aut semine eius mense Martio proprie cum humor ad corticem ramorum peruenit. Eius folia et rami sunt optima vt in eis ficus ficcae feruentur, et in geladia ponantur, vt eam odoriferam reddant.

Tit. XXIV. *crassa rubi*] Geopon. V. 44. 4. ἐκ τῶν βάβδων τῆς βάτου κόμματα ποιοῦντες καὶ τιθέντες αὐτὰ ἐν τοῖς Φραγμοῖς χωνεύουσιν ἐπὶ παλαιστιαῖον ὕψος καὶ ἀρδεύουσιν ἕως βλάστης. Palmus est παλαιστή.

2. *cum cepullis*] Praepositionem omisit etiam Cuba, monente Pontedera: Columella XI. 3. 57. *quibus cepinis aliquod satureiae semen intermiscendum erit.* Cepina scilicet et cepulla complectitur genus omne ceparum. In Cresc. V. 2. pro *cepae* antiqua mea habet *cepolinae.*

3. *ipsum macescit*] Io. Bern. Koeler malebat *euanescit* ex Plinio 19. c. 6. de Ascaloniis: *si deponantur, caulem mittunt et semen, ipsaeque euanescunt.*

4. *acriores*] Idem de alliis noster Nouembri 6. Aliam rationem edunt qui hodieque in cultu ceparum eundem morem obseruant. Cf. Fränkische Samlungen III. p. 143.

et vere et autumno] Plinius 19. f. 30. *Schistam hieme cum coma sua relinquunt, vere folia detrahunt, et alia submascuntur iisdem diuisuris. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubent, vt in capita crescant potius, quam in semina — Seritur Amiternina frigidis et humidis locis et sola alii modo capite, reliquae semine. Proxima quae aestate nullum semen emittunt, sed caput tantum, quod inarescit; sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum corrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen caepae causa seritur, separatim caepe seminis.* Ceterum Morgagni I. 84. malebat deinceps *semen earum.*

sic succus] Nouembr. 6. de allio: *vbi coeperit caulis prodire, proculca: ita succus reuertetur ad spicas.*

thalli] Cresc. *Collectis autem cepis maturis, quod patet, cum se sustinere non possunt et amplius non augetur.* vbi antiqua mea *ammodo* pro *amplius.* Ita Cresc. de allio: *Colliguntur cum eorum stipites se amplius sustinere non possunt.* vbi similiter antiqua mea *ammodo* habet.

5. *tepidiore*

tepidiore] Cresc. *in tepidiori — rarius seratur et irrigetur, si non pluat.* Atque etiam Pol. liber habet h. l. *si non pluerit.* Albertus: *si pluuia non fuerit.*

non obruunt] Cresc. negationem omisit.

toto anno] Cresc. *seminari possunt et transplantari toto tempore anni, quo tempore terra non fuerit congelata aut adeo siccata, quod roti non possit.*

argillam] Crescent. *Caules in omni aere prouenient et terram desiderant pinguem medicorem et stercoratam et profunde fossam, et amant potius terram medicorem, quam sabulum aut cretam.*

perennis vnda] Albertus: *non argillosam neque glareae neque arena vel sabulo immixtam — nisi continuata succurrat irrigatio siccitati fundi.*

6. *dum est trium vel quatuor foliorum*] Plinius 19. sect. 41. *Sunt qui semen trifolii nitrumque simul tritum aspergant foliis.* vbi de vitio loci recte admonuit Brotier. *Trifolium* ortum esse videtur ex *trium foliorum.* Sed in reliquis verbis corrigendis nihil nos adiuuant Codices scripti.

7. *adhaerente*] Columella XI. 3. 23. fimo illinit liquido et taeniolis tribus algae inuoluit plantas sex foliorum transferendas.

fortiores] Cresc. *ponendae sunt incrementi maioris quoque — tamen fortiores sunt.* Vinc. etiam *tamen sunt.* Igitur *tamen* addidi. Deinceps *tepida die* Vinc. idem postea bis habet *declinat.*

operiatur] Columella: *saepius sarrita et stercorata melius conualescit pleniorisque incrementi et coliculum facit et cymam.* Male Vinc. *operiatur.*

8. *spongias*] Cf. Columella XI. 3. 43.

cultum] Morgagni corrigit *incultum.* Palladius vnde haec duxerit, ignoro. Siluestrem asparagum dicit, quam Cato et Columella corrudam. Vide ad Catonem VI. 4. Deinceps verba *et fortior* omittit Bruschiana.

9. *vel radicibus*] Plinius 19. c. 47. mentam plantis et spongia seri tradit. Vide ad Columellam XI. 3. 37. vbi est *mense Martio recte ponitur.*

foeniculum] Vincent. Duac. Sp. nat. X. 70. *feniculus serendus est loco aprico et modice saxoso, et hoc primo vere scilicet Februario.* Plinius 20. c. 96. siluestre foeniculum seu hippomarathrum locis calidis sed saxosis nasci ait. Albertus: *aperto et modicum saxoso et ideo iuxta muros et parietes optime prouenit.*

Seritur primo vere] Recte omittit haec verba Pol. liber; quae enim Februario mense seruntur, omnia primo vere sata intelligi debent. Igitur inclusi. Distinctionem mutare vulgarem maluit cum Pontedera Gesner; qua tamen mutatione inepta tautologia non tollitur. Columella XI. 3. f. 35. *Pastinaca et siser atque inula connaleſcunt alte pastinato et stercorato loco, sed quam rarissime ponenda sunt, vt maiora capiant incrementa.* Plinius 19. f. 27. *pastinacae genus alterum seritur radice vel semine vere primo vel autumno, vt Hygino placet, Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissime refosso.* Albertus: *pasticana loco pingui et laxo siue seratur siue plantetur — exaltata autem area melius confortatur.*

frigidis] Pol. *humidis.* Male. Colum. XI. 3. 12. de chaerephyllo: *nam si regio saeuas hiemes habet post Idus Februarias semina differenda sunt.*

10. *betam*] Haec aliunde quam ex Columella dixit; hic enim aliter de beta XI. 3. 17 et 42. vbi vide notam.

11. *porrus*] Charisius p. 80. singulari numero *porrum*, plurali *porros* dici ait. Ceterum Columella XI. 3. f. 32. locis calidis Ianuario, frigidis Februario porrum serit.

post duos menses] Simpliciter Columella *cum increuerit.*

transferatur] Columella XI. 3. 30. *si differas.*

Octobri] Columella: *locis quibus aqua subministrari non potest, differri debet circa aequinoctium autumni, at quibus possis humorem praebere, mense Maio recte transfertur.*

12. *digiti crassitudinem*] Colum. *antequam translatum deponas, omnes radiculas amputes et fibrarum summas partes intondeas.*

oblitus fimo liq.] Haec non sunt in Colum. qui deinceps *inter quaternos digitos depangas* habet. Albertus: *profunde in terra non erectum ponendum est sed inclinatum abscissis a medietate foliis et aqua immixta stercori rigandum, tunc dulcius erit et albius.* Male.

alleuandus est sarculo] Plinius 19. f. 33. *antiqui silice vel tegula subiecta capita dilatabant; nunc sarculo leuiter conuelluntur radices, vt delumbatae alant neque distrahant. Insigne quod cum fimo laetoque solo gaudeat, rigua odit, et tamen proprietate quadam soli constant.* Noster eadem repetit infra Octobri XI. 5. Male h. l. Vincent. *vacuum* omittit.

plura semina] Grece. VIII. *semina porrorum* habet, sed antiqua mea, *id est plures porrinae* addit, cum in Alberto sit *porri.* Eadem ibi habet *emittas* pro *immittas.* De arti-

ficio

fimo vide supra ad II. 14. 4. Habent etiam Geoponica XII. 29.

si frequenter] Haec non intelligo. Cresc. haec pro iis habet: *vel plantas semina in unum strictum foramen posita; omnium pullulatio in unum grande porrum concrescet.* Columella sic: *cuius incrementum quo maius fiat* raris linteolis complura grana illigantur. *atque ita obruuntur.* Geoponica γογγυλίδων semen id est raporum immittunt facto foramine arundini. Quae ipsa sunt verba Alberti.

inula] Isidorus XVII. 11. *alam rustici vocant.* vbi Editor monet, Hispanos hodieque *Ala* vocare. Hinc nostrum *Alant.* Est *inula helenium* Linnaei. Sed in Isidoro Vincentius Sp. natur. 10. 75. legit *alnam*, et iterum cap. 66. et Macer poeta ibidem cap. 67. *Enula quam graecus alnam vocat, elleniumque.*

feritur oculis] Hinc correxi Columellam XI. 3. s. 35. Ceterum verba *quo canneta ponuntur* vitiosa vel spuria censeo. Mensem enim satis supra tit. 23. definiit; modus statim docetur.

14. *colocasiae bulbos*] Plinius 21. sect. 51. *in Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon (i. e. fabam) aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule cum coctus est, araneoso in mandendo; thyrso autem qui inter folia emicat, spectabili: foliis latissimis, si arboreis comparentur, ad similitudinem eorum, quae personata in nostris amnibus vocamus. — Seritur iam haec in Italia.* vbi male Vincentius *arenoso* legit. Fabae Aegyptiae radicem (non caulem) ἐριώδη i. e. lanosam dixit Diphilus Siphnius apud Athenaeum III. p. 73. De colocasio, in Italia culto, Martialis XIII. 55. Colocasia inscripto epigrammate ita. *Nilia cum ridebis olus, lanasque sequaces; improba cum morsu fila manuque trahes.* Idem VIII. 33. *lenta minus gracili crescunt colocasia filo.* Fabam aegyptiacam ex Theophrasto H. P. IV. 10. descripsit Plinius XVIII. s. 30. male tamen spinosum caulem pro radice posuit. *Simile illi caput papaueri, colore roseo, in eo fabae, non supra tricenas: folia ampla; fructus ipse amarus et odore; sed radix perquam lauta, incolarum cibis, cruda et omnino decocta, arundinum radicibus similis. Nascitur et in Syria Ciliciaque et in Torone Chalcidis lacu.* In hoc Plinii loco pro *crocodili oculis timentes refugiunt* Vincentius habet: *aculeos timentes;* deinde pro *scapo amplissima crassitudo, nec genicula habet:* Vincentius legit *crassitudo, octona genicula habet;* denique pro *radix perquam lauta incolarum cibis* Vincentius habet: *perquam lata — cibus.* Plinius tertio

ſicco XIX. f. 30. tradit de aro inter bulborum genera: ſic: *eſt inter genera et quod in Aegypto aron vocant, foliis lapathi, caule recto, duum cubitorum, baculi craſſitudine, radice mollioris naturae, quae edatur et cruda. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt. Signum maturitatis folia inareſcentia ab imo. Vetuſtiores improbant: item paruos et longos; contra rubicundis rotundioribuſque laus et grandiſſimis. Amaritudo pleriſque in vertice eſt; media eorum dulcia. bulbos non naſci niſi ex ſemine, priores tradiderunt. Sed et in Praeneſtinis campis ſponte naſcuntur, hic ſine modo etiam in Remorum campis.* Partem horum traduxit ex Theophraſti H. P. VII. 11. In loco Plinii de faba aegyptiaca ex Theophraſto translato recte vidit Bodaeus legendum eſſe ex Theophraſto: *longitudo ſcapo quatuor cubitorum eſt ampliſſima craſſitudo digiti; nec geniculа habet.* Vox digiti latet in *octona geniculа*, quam lectionem cum Vincentio alii etiam Codices habent. Dioſcorides, qui ſua item ex Theophraſto duxit, II. 128. radicem edulem ait colocaſiam dici. Scilicet fructus fabae Aegyptiacae, quae ad nymphaearum Linnaei genus pertinet, dicebatur cibofium; alii tamen ipſam plantam paluſtrem ita vocabant; florem roſaceum ad coronamenta adhiberi ſolitum teſtatur Nicander; radix arundinaceae ſimilis cibum praebuit incolis Aegypti iis, qui inferioris Delta paludes habitabant, teſte Theophraſto l. c. Colocaſiae vel colocaſii nomen ipſum ignorat Theophraſtus, ignorat Herodotus, qui libro II. ſect. 92. fabam aegyptiacam a ſimilitudine liliorum appellatam prorſus vt Theophraſtus deſcripſit, eiuſque vſum in cibo ſolis paludum inferioris Aegypti incolis recte tribuit. Reliqua Aegyptus radice ſeu bulbi ari cuiuſdam vtebatur in cibo. Hoc ari genus hodieque *Kulcas* appellant Arabes et Aegyptii. Ab vſu radicis plane ſimili vocabulum colocaſia ſeu colocaſium ad vtramque plantam translatum, neſcio quo auctore, miras turbas excitauit, nunc demum luce botanicae ſcientiae illata per viros doctos, componendas. Colocaſiam vbi nominat et deſcribit Plinius, alium quam Theophraſtum et Dioſcoridem auctorem, forte Diphilum Siphnium, ſequitur. Virgilius nominauit in Ecloga IV. 40. *mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho.* vbi Seruius annotat, herbam colocaſiam poſt deuictam ab Auguſto Aegyptum innotuiſſe Romanis. Columella VIII. 15. medium *ὑγροτροφεῖς* locum colocaſiis conferit, quibus inumbret auium aquaticarum habitacula. Iam tum igitur natura colocaſii gemini Aegyptiaci fuit cognita Romae, ita, vt Columella a

ſimili-

similitudine alterius colocasii, ex nymphaeatum genere, vulgares etiam nympheas, aut a colocasii, ex genere arorum, similitudine, vulgaris ara in Italia crescentis colocasia appellaret. Aegyptiis enim colocasiis conferere eum locum non erat operae pretium. Post Prosp. Alpinum, Hasselquist, et Forskäl de aro Kulcas digna lectu tradita leges in libro scriptoris Arabis Seculi XIII. Abdallatif de Memorabil. Aegypti p. 65. versionis germanicae, qui locum Dioscoridis ex arabica versione repetiit memorabili cum varietate, sed male, vt multi recentiores scriptores, ad arum colocasiam accommodare voluit, qui ad nymphaeae genus pertinet. Ad nymphaeas pertinere videtur etiam lotus aegyptiaca. Cf. notam meam ad Sauarianas Epistolas de Aegypto T. I. p. 318. vers. germanicae. Ceterum arefactam ari colocasii radicem lignosam fieri, testatur Abdallatif. l. p. p. 69. hinc intelligitur, cur viridem aranosam Plinius, lanosam Diphilus et Martialis, denique filosam dixerit Martialis.

Tit. XXV. *tali solo*] Geoponica X. 23. locis gaudere monent frigidis, aquosis, laetis; plantari etiam locis tepidis, sed in orientem vel septentrionem conuersis. Ita etiam c. 22. Locis campestribus malos et piros fructus afferre dulciores et carnosiores, in montibus contra deteriores et ligno et fructu fieri spinosisque afferit Theophrastus H. P. III. 11. Cresc. V. 20. *In macra et pingui potest terra plantari, verum macro arido et cretoso solo in pira minora et duriora erunt, et ipsae arbores paruae et quasi vetustate consumtae, et maxime vbi salsodo est vel amaritudo terrae et ad ipsarum radices. In loco autem dulci — et maxime si tale solum in lateribus montium vel in planis prope montes fuerit — non enim in talibus locis degenerabit haec arbor, nec in se aut in fructibus de facili patietur defectum. In locis autem, multum a montibus remotis, nimium humidis et aquosis erunt arbores magnae et frondosae, fructusque ipsarum turgentes et virides ac viuo colore carentes, et eorum odor et sapor quodammodo insipidus et obtusus.*

tardus iuuentus] Vide infra ad sect. 14.

2. *bimas*] Stolonibus et viuiradicibus plantari, sed viuiradices plantari bimas saltem, terramque fimo mistam iniici simul, monent Geoponica X. 23. Melius tamen inseri viuiradices quam plantari, et piros siluestres rectius transferri ex salubribus locis et deinde cum tenuerint, inseri, Cap. 9. piri plantari dicuntur ἀνὰ κοτυλήν καὶ ἡλικίαν.

Cap. 22. sobolibus et viniradice seri repetunt, sed viniradices trimas ponendas esse, nec iuniores quam bimas. Aliquios tamen etiam ex trunci seu codicis parte generosissima sceytalas exscindere et plantare vt in oleis fieri solet; quosdam denique ex summa arborum parte surculos generosissimos plantare feliciter. Sed Theophrastus C. P. I. 3. malum pyrum amygdalum et larum difficile ait ex cacuminibus prouenire.

resonente] Gesner ex lectione Polit. efficiebat *reparante*, vel *repetente*. Posteriorem emendationem aperte Crescentius adiuuat.

3. *prehenderint*] Albertus: *fossa profunda debet poni, vt bene comprehendat succum radicibus antequam fiat insitio.*

teneritatem] Cum Bruschiana Codices *teneritudinem* praeferunt, recte; sic enim alibi noster.

proficis] Albertus: *multum proficiet si in secundo anno semper lactamen adiungas.*

4. *fertur*] Bruschianum *generat* vnice probo, eoque ducunt Codices Pol. et Vlitii.

urgiaoi] Sunt quos Galli *vigeant* vocant. Iberum sic est Mart. X. 26. Deinceps *extequi* Br. quam formam alibi tenuit Gesneriana.

distantia] Contra Geoponica X. 23. ἔστι δὲ πολυαιδὲς, διὸ καὶ ποιμίλης δεῖται τῆς ἐπιμελείας. Magna enim genera longorum et rotundorum pyrorum, quae in ipsa arbore maturantur, citius plantari debere, reliqua a media hieme ad medium ver. Ex Magone Plinius 17. c. 30. no. 4. *pira non eodem tempore omnia seri, quoniam non aeque floreant; eadem oblonga aut rotunda ab occasu vergiliarum ad brumam, reliqua genera, media hieme ab occasu sagittae subsolanum aut septentrionem spectantia.* Quae repetierunt Geoponica.

radicem terebras] Crescentius V. 1. Accidit etiam plerumque piris in decrepita aetate, vt duritie corticis radicum attrahere nutrimentum non possint sufficiens ad nutrimentum ramorum arborum et fructuum, quare sequitur, vt alternis aut rarioribus annis ferant fructum. Scindantur ergo per medium grossiores radices arboris et in scissura, ne claudi possit, fluuiales immittantur lapilli, vt humor sufficienter digestus, qui per compactum corticem subintrare non poterat, per scissuram aperti ingrediatur meatus. Hunc locum si legisset Gesner, probabiliorem rationem remedii, tam frequenter adhibiti a scriptoribus veteribus, edidisset, quam quae posita est ab eo ad Palladium II. 15. 3. vbi cuneo adacto tedae putat fibras radicum coarctari,

ſtari, eoque concitatiore motu eluctatum angustias illis humorem cum ſpiritu per ſpatia libera ferri, comparato exemplo caminorum in medio auguſtiorum, ſatis inepto ad rem herbariam. Geoponica X. 23. pyrum feraciorem et fructus dulcis res fieri aſſerunt, ſi trunco iuxta terram perforato cuneum quercinum vel fageum immittas et terram deinde adaggeres. Albertus: *ſi arbor haec ligneſcit ſcinde radices et impone cuneum de quercu.*

5. *felle taurino*] Geoponica X. 23. dum plantantur piri, radices felle bubulo illini iubent.

laborare] Geoponica X. 23. ἐν δὲ τῷ ἀνθεῖν νοσοῦσιν θεραπεύσεις τρυγίαν οἴνου παλαιοῦ κατάχεον τῶν ῥιζῶν καὶ ἀρδεύων ἐπὶ ἡμέρας πεντεκαίδεκα εἶτα συγχώννυε; etiam fructum dulciorem fieri, affuſa facce vini.

6. *lapillos*] Geoponica X. 22. dum plantantur piri ex ſcrobe lapillos eligi iubent, et plantas terra cribrata adaggeratas rigari; quod ſi arbor vetuſta fuerit, radices denudari, lapillos eligi, terram regeſtam cribro purgari et ſimo miſtam reponi rigarique volunt.

ſpino] Edd. primae *ſpinae.* Sed noſter Inſit. verſu 63. *et ſpinos ſteriles*, vbi tamen *ſpinas* malebat legi Pontedera. Virgilius Georg. IV. 145. *et ſpinos iam pruna ferentes*, vbi Seruius prunorum arborem (ſilueſtrem) genere maſculo vocari monet. Sed fallitur. Nam iuxta prunum ſilueſtrem Columella VII. 9. 6. ſpinam nominat. vbi vide notam. Pirum inſeri puniceae, cydonio, amygdalae, terebintho, mori, tradunt Geoponica X. 24. in mori rubra pyra naſci addunt. Virgilius Georg. II. 71. *ornuſque incanuit albo flore pyri.* Plutarchus S. Q. II. 6. in quercu nata pira refert. Plinius 17. c. 24. *pirum vel florentem inſerere licet, et in ſtatum quoque menſem protendere inſitionem.* Creſcentius in h. l. habet: *item in ſpina et in coctano ſed in his ad debitum augmentum peruenire non poteſt. Item in quibuſdam aliis arboribus inſitu comprehendit, ſed inutiliter et ideo hoc omitto.* vbi Baſil. omiſit verba *et in coctano*, deinde legit *ſed in hac.* Albertus ex h. l. habet: *ſpinae et ortio et fraxib.* Ceterum, etſi Palladius infra ſect. 24. ſurculos omnis generis recipere ait cydonium, inter reliqua poma mala etiam nominans omiſſis pyris, eaque meliora producere; cum Creſcentio tamen ſentit Garidel in Hiſtor. Plant. Prouin. Gallicae p. 141. qui pira cydonio inſita aſperiora prouenire affirmat. Ad debitum augmentum vt perueniant piri, cydonio inſiti, monet Garidel, cydonios iuxta terram inſerendas

dis esse et deinde transferendas in aliam terram tam alte, vt supra insitum planta radices agere possit.

punico] Noster de Insit. 71. *Creditur in Libycis* (lege *et Lib.*) *sua germina nectere ramis, laetaque puniceo posse decorare frui.* vbi Codrus intelligi putabat pira purpurea.

7. *anniculus*] Inepte Albertus: *natus debet esse ante solstitium anni praecedentis.*

9. *tenacibus*] Geoponica X. 24. seruant pira, dum picatis pediculis (πέλματα vocant) suspendunt. Plinius quoque 15. 17. 3. pira in dolio picato recenti suspendit exclusa omni aura operculo et gypso, illitis omnium surculis pice. Geoponica addunt, alios pira indere vasi nouo fictili, affusa sapa, vel musto vinoue, ita, vt vas repletum condatur. Alios seruare obruta scobe, quosdam foliis siccis nucis; interdum in vase fictili nouo cum sale pauco componi, affusa sapa vel musto vinoue, vas deinde operculatum recondi; alias in vinaceis dulcis vini separata recondi. Varro I. 59. 3. pira in sapa condit; Cato 7. 4. item; in passo seruat etiam Plinius. Quae Geoponica γίγαρτα οἴνῳ γλυκέος dicunt, Hippocrates γίγαρτα γλυκέα vocare solet. Obiter etiam annotabo, Graecos pyra in aqua frigida posita intulisse et ex frigida natantia cepisse, vt et cerasa. Vide Atheneum XIV. p. 650 et H. p. 51.

10. *exenta*] Brusch. *exempta — lito ore.*

12. *Castimoniale*] Omisit cum Crescentio Pol. liber. Gesner comparabat melititen Plinii 22. c. 54. qui dari solebat mulieribus vini abstemiis; et alterum 31. c. 44. vbi genus gari ait castimoniarum superstitioni sacrisque Iudaeis dicatum, quod sit ex piscibus, squama carentibus. Forte respexit Palladius aut is, qui vocabulum addidit, *castum Cereris.* Suidas: τὰς δημητριακὰς παρὰ Ῥωμαίοις σπονδασθείσας μαστίας ἐνόμιζον μηνὸς ἄγνευα. Praeterea castum Isidis et Cybeles memoratur.

cupellis] Cresc. *capsellis.* Cupas vasa vinaria ligneis tabulis compacta interpretatur ipse Plinius. Apicius I. 2. in cupellam mittit piper cum melle despumato, vt conditum melizomum paret.

13. *mala seramus*] Geoponica X. 18. mala vere et autumno seri posse docent, melius autumno in locis siccis post primos imbres; amare loca frigida, humida et terra nigra.

regio est] Brusch. *regione, Octobri — deinde Iccirio — vitium.*

macrum

macrum et aridum] Theophrastus C. P. V. 10. malus inprimis vermiculationi obnoxias esse ait, et in calidis locis male prouenire, quia radices facile exsiccentur. Piros et malos putationem non ferre, vtpote cortice fico tenui vulnere non facile obducentes, sed manibus potius quam ferro purgandas monet C. P. III. 10 et cap. 2. vbi arida tantum manibus aut ἐρυθραῖς detrahi iubet.

14. *sicut piri*] Supra sectio 2. *sit pirum plantis serere prope tardus euentus est.* Crescentius V. 12. *Seritur malus ramis et semine, sed tardius est in vtroque proueniens; melius igitur in locis calidis Octobri et Nouembri, in frigidis vero Februario et Martio plantas illustres malorum ponamus, et cum conualuerint, inserantur. Spatia vero inter ipsas arboras 20. pedum esse debebunt. — Hae arbores primo plantationis suae anno circumfodiantur et ab herbis omnibus liberentur quolibet mense aestatis; deinde quibusdam annis bis vel ter qualibet circumfodiantur aestates, sed postquam conualuerint et suas radices fundauerint neque exarari* etc. in quibus quaedam esse Palladii ipsius verba, mihi fere persuasi. Nimis enim breui oratione defungitur Palladius alias in malis, complura de piris dixerit et accuratius plantationem docuerit. Nisi voluit forte eadem de malis intelligi, quae de piris tradiderat antea. Fundare radices dixit ipse Palladius Febr. 10. 3.

15. *putrescit*] Geoponica X. 18. ne fructus putrescat, nec erucae tangant arborem, lacertae viridis fel trunco allinunt. Plinius 17. c. 47. *contraque erucas et mala ne putrescant lacertae viridis felle tangi cacumina iubent.*

vermes] Geoponica scillam circum arborem plantari iubent, ne vermes nascantur, si nati fuerint, stercus scillum dilutum vrina humana radicibus affundi; amare malum vrinam, et rigationem crebram. Alios admiscere etiam vrinae stercus, caprillum et faeces vini veteris radicibusque infundere, vt fructus fiant dulciores. Aegram arborem stercore asinino aqua diluto rigare per dies sex sole occidente frequentius per intervalla, donec germinet. Vt fructum copiosum edat, nec eum abiiciat, facere os de canali plumbeo latum resectum et trunco arboris altitudine pedis a terra circum adstrictum; cum mala vigere (ἀκμάζειν florere Interpres) coeperint, vinculum esse tollendum quotannis. Plantae radices taurino felle illinendas esse, antequam pangatur; vermes molestos clauo aeneo eruendos esse, cortice eo vsque excoriato, donec bestiola deprehendatur, vulnera deinde bubulo sicco illinenda esse. Mala inprimis

dulcia

dubia vermiculationi obnoxia esse, monet Theophr. C. Pl. II. 16.

si ea loca] Brusch. et Codd. simpliciter: *quae rasa sunt, bubulam*. Ita credo habere etiam l. B. R. etsi nihil inde annotauit Gesner. Vulgata sapit interpolationem Iucundi.

16. *vilitate*] Brusch. *vtilitate*, quam lectionem ex Lugd. Codice annotare voluit Gesner, vulgatam tamen ponens lectionem.

17. *spino*] Cresc. Lonan. ita habet, sed antiqua mea et Basil. *spina*, quod malebat h. l. restitui Pontedera, interpretatus spinam albam seu oxyacantham, Bauhini Pinac. 454. mespilam apii folio siluestrem spinosam. Sed de spino vide supra ad sect. 6. Albertus ex h. l. spinam *nominat*.

platano] Noster Insit. versu 87. rubra mala, platano insita, memorat. Virgilius Georg. II. 70. *et steriles platani malos gessere valentes*. Geoponica X. 76. καὶ εἰς πλάτανον μῆλα ἐμπεντρίζεται, ἀφ' ἧς γίνεται ἐρυθρὰ τὰ μῆλα. Haec sunt mala πλατάνια, quae iuxta Setania laudat Mnesitheus Atheniensis apud Atheneum III. p. 81. Moro insita mala rubere colore sanguineo, tradit Plinius; sed nomen omisit; piea insita moro rubra fieri, tradunt Geaponica X. 24 et 76. Malum inseri omni piro, cydonio, pruno damascenae, citro insitam fere toto anno fructum ferre, docent Geopon. X. 20. et cap. 67. Apud Galenum de Alim. Facult. II. reperio, in Asia mala πλατανώδεινα porcis obiici, appellarique ita, quia mollibus platani foliis gustu similia sint. Forte tamen illa Asiatica a romanis fuerunt diuersa.

salice] Noster Insit. versu 85. *Stipitibus gaudet nomen mutare saligneos*. Igitur a salice nominantur insita. Cresc. V. 12. *inseritur — et in amidam vel salicis pertica perforata vt in generalibus est traditum plene libro secundo*. Et cap. 20. de piro: *item in amidanum vel salicem pertica perforata et sub terra sepulta*. Paulo post Amedanum p. 267. ed. Basil. *Amedanum* interpretatur alnam et describit. Igitur de amedano hac sermo Crescentio esse non potest. Et editio Basileensis verba *amidanum vel* omisit. Modum insecandae persici et vitis in salice ex Crescentio docui supra ad tituli. 17. §. 8. Est locus II. cap. 22. vbi verba: *Modus vero qui fit in amidam et salicis pertica fit hoc modo*, ita Basil. exhibet: *M. v. qui fit in salicis p.* Ceterum quod nomen malis, in salice natis, fuerit, non dixit Palladius, sed Amerina dicta fuisse mihi persuasum habeo. Ab Ameria vrbe dicta fuit Amerina falia apud Columellam et Plinium;

inde

inde etiam pyra et mala omnium ferosissima Amarina Plinio 15. c. 16 et 17. *Est massis Amarina non perusis* habet Statius Siluarum I. 16. 18. Ceterum in Crescentio *amidam vel salicis perticam* interpretari debemus *amitem*. De qua voce vide ad Septembr. 12. et Cangii Gl. in voc. *Amis*.

locis obsturis] Polit. cum Gresu. *loco obscuro*. General seruandorum malorum plurima et fere eadem enarrant Geoponica X. 21. Albertus: *locis obscuris ad quae ventus non peruenit super tabulas palea strata poma reponuntur et palea munda cooperiantur, et diu seruantur.*

orbiculata] Eadem esse Graecis Epirotica, asserit cum Dioscoride I. c. 162. Plinius 15. c. 15. Mordiana ab Apollonia Epiri appellata respondere (ἀναλογεῖ) orbiculatis ait Athenaeus III. p. 81. Succum cum dulcedine aliqua adstringentem habuisse testatur Plinius.

18. *sumserunt*] Brusch. *sumpserunt*.

20. *Nouembri inchoante*] Brusch. *incohante*. de qua varietate dixi ad Columellam.

21. *talea*] Geoponica X. 3. ἀπὸ κυδωνίου καὶ μηλέας καὶ παραστάδος, cydonium seri asserant.

sunt large] Saltim *large* esset. Io. B. Koeler, malebat *laxe*.

22. *cretae puluere*] Pontedera malebat *terrae cretae*, i. e. cribratae *puluere*. Cretam enim vtpote tenacem, non posse in puluerem redigi. Siccatam posse redigi regerit Gesner. De cretae terrae vsu, arborum plantis vel radicibus additae, loca Palladii excitauit Pontedera, quae repetere nolo, quia vsus eius in aperto et nota est.

circumfodiendae] Br. *circumfodienda*. eamque formam in reliquiis compositis ex *cum* seruat.

23. *calx viua*]. Brusch. *calx vivus* (Ita etiam Ers.) *temperatus*. Forte hinc *calcei arenato* Catonis XVIII. 2. defenditur. Ex graeco χάλιξ, quo in aedificatione vti Graecos monet Hesychius sub vocabulo χάλικες, vertit *calx*, vnde *calculi*, apud Festum recte deriuantur. Silices et caementa significat *calx*, si addatur *viuus*, Graecorum τίτανος. Geoponica X. 87. c. 5. λίθου σκληροῦ χάλικα ponunt. Silicem vocat Statius Silvar. III. 1. *indomitusque silex cuncta fornace liquescit*. Antiquum calicecem seu calecem testatur Festi glossa: *calicata aedificia, calce polita*. vbi Scaliger ex Inscriptione vetusta attulit *basilicam calecandam — opiraunt*.

locularis] Gesner malebat: *larignam* vel *larigninam* vel *laricalem*. Cornarius ad Galenum de Compos. Medic. sec. loca p. 251. malebat *lagunularis*, vtramque de resina liquida inter-

interpretatus, quam a Galeno τὴν ἐν ἀμφορέαις, dixi docuit, quoniam in doliis afferebatur. Forte eadem est caucalis Vegetii III. 54. 2. IV. 14. 1.

24. *cortice in se ipsa*] Verba *in se ipsa* ex Crefe. addidi; necessario enim addere debebat Palladius ex more etiam suo, quibus arboribus inseruntur cydonii, inprimis cum arbores nominet, quas in se recipiunt. Ipse etiam noster de Insitione v. 99. *Sed propriis pandens cognata cubilia ramis fiat contenta suum nobilitare bonum.* Geoponica tamen X. 76. 6. oxyacanthae inseri posse affirmant.

quae meliora producunt] Vide ad sect. 6. Geoponica X. 20 et 76. malum cydonio insitum ferre mala pulcherrima, apud Atheniensis melimela dicta, tradunt. De melimelis dixi ad Varronem I. 59. vbi docui, melimela fuisse mali genus rubeum, quod inter reliqua mala commemorat ex Varrone Plinius et Columella V. 10. 19 et XII. 45. 5. Idem esse quod olim mustetum appellatum fuerit, ex Varrone tradit Plinius. Sed Columella l. c. tria facit cydoniorum genera, *struthia, chrysomelina, mustea.* vbi rectius Edd. primae *chrysomelina* habent. Struthea plurimam lanuginem obducere, vt mala lanata in agro Veronensi, et persica tradit Plinius 15. f. 15. Idem f. 10. *quae vocamus cotonea, Graeci cydonia, ex Creta insula adnatu. Incurvatos trahunt ramos, prohibentque crescere parentem. Plura eorum genera, chrysomela, incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. Quae candidiora, nostratia cognominata, odoris praestantissimi. Est et Neapolitanis suus honus. Minora ex eodem genere struthea, odoratius vibrant, serotino prouentu, praecoci vero mustea. Struthia autem cotonea insita suum genus fecere Maluicanum; quae sola ex his vel cruda manduntur. — Sunt praeterea parua silustria a struthiis odoratissima, in sepibus nascentia.* Struthia a Cydoniis ita distinguit Galenus De tuenda sanitate et de Alim. Facul. II. 23. vt struthia sint maiora et minus austera quam cydonia. Dioscorides I. 160. duo summa genera facit, parua rotunda et odoratiora vocat ἀλθῶνα, seu vt alii legunt ἀβέλεανα, maiora et dulciora, struthia. Ita etiam Theophrastus H. P. II. 3. vbi struthium semine satum degenerare ait in cydonium. Itaque cydonium est vulgare genus paruum, rotundum, odoratius, quod malum cydonium vocare solemus; struthium contra nobilius cultu, dulcius et oblonga forma maius, quod pyrum cydonium vocamus hodie. Struthia minora dixit Plinius aut comparata cum Neapolitanis, aut errore librarii, vt monuit etiam Dalecampius. Cotonea vetustate odoratiora fieri

fieri tradit Plinius 21. f. 18. Oleum melinum fieri ex cotoneis refert 13. f. 2 et 23. f. 57. addit fieri ex his, quae non fuerint in humidis nata, ideoque Sicula probari eum in vsum. Locum de cydonio ex semine satum degenerante male ex Theophrasto transtulit 17. f. 13. In Plinio Vincentius Sp. nat. 14. c. 20. legit: *crescere patentem.* Crescentius in editione mea antiqua habet V. 7. *de Coltano* et initio capitis *Coctanus* siue *citonius est arbor nota.* Deinde *coctana siue citonia* saepius vbi Basileensis omisit verbum *coctana* et in titulo capitis posuit *de citonio.* Idem supra in Palladio sect. 17. vbi prunus nominatur, habet *coctana* in editione Louaniensi; contra pruni et coctanae mentionem ibi plane omisit editio antiqua mea et Basileensis. Sed in piro ex Palladio supra f. 6. post *spina* habet antiqua mea; *et in coctano.* quae verba Basil. omisit. Coctana esse cydonia monuit Vincentius Sp. nat. 14. c. 23. Sed Plinius 13. f. 10. ex ficorum genere cottana facit Syriae, propria; iterum 15. f. 21. Pruna et coctana ex Syria aduecta nominat Iuvenalis III. 83. Prunorum globus atque coctanorum dicitur Statio Syluarum IV. 9. 28. Veluti paruum fici genus memorat Martialis XIII. 28. IV. 39. VII. 53. Inter instrumenta piscatoria nominat Aelianus XII. 43. κοττάνην, a cuius forte forma dicta sunt *coctana* poma, de quibus vide etiam Athenaeum IX. p. 385. Itali hodie *cotogno* arborem, *cotogna* fructum vocant. In Plauti Persa I. 3. 6. est: *vbi ego aduenero, commisce mulsum, struthea colutheaque appara, bene vt in scrutris concaleant et calamum iniice.* vbi varie interpretantur viri docti *coluthea.* Alii corrigunt *struthea-que lutea.*

24. *si maior est*] Pontedera corrigit: *si minor est.* Maiores enim longius a radice inseri, quo citius fructum ferant. Columella V. 10. *si pusillam arborem inserere voles, imam abscindito, ita vt sesquipede a terra extet.* Palladius III. 17. 5. *si arborem minorem desiderabis inserere, — circa terram secato.* Nouellas arbores, minoribus oppositas, interpretatur Pontedera, adultas, quibus est nitidus ac succosus liber. Contra Gesner vulgatam defendens malebat legi *maiores*, retento tamen *inseretur.* Ego vero legendum esse censeo: *si maiores — inserentur.* Deinde post verba *quibus succus est* distinxi; hae enim nouellae et succosae arbores in cortice inseruntur; contra maiores, quae minus succosae esse solent, circa radicem inseruntur, vbi a propinquo solo humida seruantur lignum cum cortice. Etiam circa radicem surculus inseritur inter corticem et lignum, vt ex

loco Palladii III. 17. 5. apparet. Atque hic modus inserendi circa radicem graece dicitur ὁ διὰ σαρκὸς τρόπος. Vide Geoponica II. p. 685. et ibi notas Niclasii. Ceterum ex Crescentii editione Louaniensi Gesner laudat: *nisi cortex — loci adh. humescit.* — His demum scriptis incidi in locum Crescentii alterum II. 22. hinc expessum his verbis: *Potest etiam praedicta insitio fieri sub terra et circa terram siue modicum supra terram, vbi sine dubio insiti ramusculi proueniunt omnibus aliis locis ad incrementa maiora, quia ibi lignum et cortex maxime beneficio soli adhaerentis humescit, cuius insitio loci magis conuenit plantis paruulis, in quibus insitio celebratur. Si vero planta mediocriter magna fuerit, commodius erit eandem in locis altioribus inserere, vbi cortex sit, viridis et succosus quam ipsam circa terram inserere, quia sic fructus ex ea pluribus annis tardius haberetur. Verumtamen, quanto magis inferius fiat, tanto magis domesticatur fructus.* Videtur igitur Crescentius verba Palladii hoc ordine legisse: *Inseruntur autem nouellae plantae melius circa radicem vbi cortex et lignum b. s. ad. humescit; si vero maior est planta, in locis alterioribus quibus viridis et succosus est cortex, commodius erit eandem inserere.* Itaque Crescentius emendationem Pontederae egregie adiuuat; etsi miror, eundem Crescentium alibi verba Palladii eodem ordine excerpta posuisse, quo hodie edita leguntur.

25. *inter binas*] Modum hunc seruandorum cydoniorum non satis intelligo; nec tale quid Columella vel alius scriptor posuit. In Brusch. est: *tegulas si sunt matura, luto — vel defruto* etc.

quae in medio] i. e. semina et vascula seminum, vt docet Columella XII. 45. et noster Octobr. 20. Aetius ἐντεριώνην dixit.

26. *optimo vasculis immittunt*] Ita scripsi ex Vincent. Vulgo *mittunt*, Cresc. *dimittunt*.

immergunt] Ita ex Cres. scripsi. Vulgo erat *mergunt*. Geoponica X. 28. εἰς γλεῦκος ἐμβαλλόμενα αὐτά τε διαμένει φυλαττόμενα ὑπὸ τῆς τρυγὸς, καὶ τὸν οἶνον διαφυλάξει καὶ ἡδυοδέστερον ποιήσει — καὶ εἰς χύτραν καινὴν ἐντιθέντα καὶ εἰς πίθον οἰνηρὸν τῆς χύτρας ἐμβληθείσης, ὥστε πλεῖν ταύτην, τῷ πίθῳ ἐπιχρισθέντος, ἔσαι τὰ κυδώνια νεαρὰ, ὁ δὲ οἶνος ἡδύος. Ceterum struthia in ipsa arbore seruata per hiemem laudat epigramma Antiphili Analect. Brunckii T. II. p. 171. Ceterum quae in sepibus nasci ait Plinius siluestria parua cydonii, esse videntur fructus mespili cotoneastri Linnaei. Κοδυμῆλα Cretensibus et Laconibus dici cydonia mala, annotauit

tauit Athenaeus III. p. 81. et in Creta Bellonius Obseruu. l. 17. Gallorum *Anualancier* audire affirmat *Cado malo*. Quod ego interpretor de mespilo cotoneastro Linn. quae flore rubro et pomo rubro distinguitur, in mespilo *amelanchier* Gallorum fructus maturus nigrescit. Cotoneastri fructum hodieque cotoneum nanum appellant. Apud eundem Athenaeum l. c. Glaucides optima pomorum ait esse. Μῆλα Κυδώνια, Φαυλιὰ, καὶ τρύθεια. Ibidem Androtion in Georgico (p. 82.) malos numerat phaulias et struthias; harum posteriorum mala non decidere a pediculis; deinde malos vernas (ἠρινὰς) vel Laconicas vel Siduntias vel lanuginosas ponit. Vt adeo et ipsi graeci rerum rusticarum scriptores tria cydoniorum genera, phaulia, cydonia et struthia posuisse videantur.

separata] Brusch. *seperata*, vt in Varrone saepius est scriptum.

27. *Siliquae*] Nostr. Insit. 117. *Assuescunt siliquae viridi mollescere succo et gremio pascunt caetera poma suo.* de pruno haec dicuntur; et versu 153. de amygdalo: *in mollicam tornat siliqua tendente figuram et frondes pulchro ditat odore feras.* Κερατέαν hieme folia seruare monent Geoponica XI. 1. More olearum plantari in locis humidis (νοτίοις) a nono Kal. Ianuarias vsque ad quartum ante Kal. Februarias monent X. 72. Plinius 15. s. 26. *praedulces siliquae*, *nisi quod in iis cortex ipse manditur. Digitorum hominis longitudo illis et interim falcata, pollicari latitudine.* Vinum e siliqua Syriaca habet 14. s. 19. Syriacas iterum a reliquis distinguit 23. s. 79. Acaciae siliquas Galenus ipse interpretatur κεράτια ἀκάνθης Medic. secund. loca I. 2. Quae Dioscorides I. 158. dicit: τὰ ἐκ τῶν τεμφύλων συντιθέμενα κεράτια recte Cornarius ad Galeni locum p. 297. interpretatur *in retrimentis vuarum composita et seruata.* Quod ait Isidorus Orig. 17. c. 7. *eius pomo succus acacia a graecis dicitur*, ex male intellecto Galeni loco ductum est.

28. *ex semine*] Albertus: *a semine optime conualescit.* Morum seri ἀπὸ πασσάλου, ἀπὸ κλάδων καὶ παρασπάδος tradunt Geoponica X. 3. insita vel inoculata populo albae mora fieri alba, vere plantari et autumno, praecipue cacuminibus (ἀπὸ κλάδων) laetiorem fieri arborem, si frequenter terra circa truncum leuiter moueatur; semine seri, si quis antea semina selecta ex fructu resoluto terraeque commissa rigauerit; melius tamen plantari clauo (ἀπὸ κορύνης καὶ πασσάλου) et palo; inseri castaneae et fago, docent Geoponica X. 69. Plinius 17. s. 28. *morus talea tantum seritur*

tur — in vlmo eam inseri religio fulgurum prohibet. Fico inseri mora tradit etiam Plutarchus Symp. Q. II. 6. Castaneae, fago, malo, terebintho, piro silvestri, vlmo et populo inseri tradunt Geoponica X. 76. Moro insita pyra rubra reddi, et ficum inseri moro, addunt ibidem. Palladius Insit. 127. moro ficum, et fico morum et fraxino, fago, castaneae, et terebintho inseri docet. *Persicum* h. l. addit cum Crescentio liber Polit. De moro et ficu inuicem insitis experimento hortulani Britannici confirmat Palladii narrationem Bradley p. 301.

30. *argumenta*] Ita ex Erford. et Vinc. dedi. Vulgatum *augmenta* habet Cres. qui altero loco VIII. 7. rectius habet *magnae — augmenta.*

31. *non amplius*] Crescentius tres auellanae species memorat, silvestres paruas, grossam testam habentes, domesticas grossas rotundas, (quae videntur esse ex corylo Colurna Linnaei;) et tertias longas, saporosiores, et quae citius maturantur. Hae videntur esse ex corylo maxima Linnaei. Geoponica X. 68. alterum genus aiunt esse rotundum, alterum oblongum; illud tamen, licet eodem tempore cum hoc plantatum, celerius nasci.

sobole] Albertus: *ramo vel trunco melius prouenium.*

loco macro] Geoponica X. 68. eodem tempore auellanam quo iuglandeam et amygdalam plantari docent, gaudere locis argillosis et humidis. Theophrastus nucem Heracleoticam ab Heraclea Ponti vrbe appellat, et monet, quo quis illi plures relinquat stolones vtpote natura fruticoso, eo plures melioresque ferre fructus H. P. I. 5. Idem III. 15. accuratius describit. Hiemem bene ferre ait, amare montes et humida loca et silvestrem transplantatam mitescere. Fruticosum esse, nec in caudicem vnquam corroborari; sed emittere plures virgas. Fructuosiorem fieri, si quis frequenter succidat virgas, ne in arboream altitudinem succrescens alimentum consumat. Quam eandem observationem repetit De Causis II. 18. et III. 22. vbi monet, seruatam nucem vetustate fieri amaram magis. Duo esse genera addit, alterum fructu rotundo, alterum oblongo. Domesticam folium maius gerere, fructum meliorem et albidiorem. De corylo, quae silvestris est, dixi ad Columellam VII. 9. 6. Locum Theophrasti peruertit interpretatione sua Bodaeus, qui quatuor inde coryli genera extorsit. Hesychius nomen auellanae ignotum habet *ἄναρα.*

32. *myxa*

32. *myxa*] Plinius 15. sect. 11. *Simul dici possunt* (cum prunis) *populares eorum myxae* (ex Damasco Syriae) *quae et ipsae nunc coeperunt Romae nasci insitae sorbis.* Paulo Aeginetae libro 7. μύξα est fructus pruno paruior sed similis virtute. Plinius 17. sect. 14. *tuberes melius inserunturin pruno silueſtri et malo Cotoneo et in calabrice. ea est spina silueſtris. Quaecunque optime et myxas recipit vtiliter et sorbos.* Sed idem 15. sect. 13. Perseae fructibus similia habet. Isidorus XVII. 7. *Coqui mela quam latini ob colorem prunum vocant, alii a multitudine enixi fructus enixam appellant. Cuius generis Damascena melior.* vbi glossa Codicis Romani habet: *Hanc arborem Romani vocant prunum, Hispani nixum, Vandali et Gotthi et Sueui et Celtiberi ceruleam.* Iacob Du. Breul in Caelio Aureliano Tardar. Passion. IV. 8. *decoctione noxarum aut glycirrhizae* legi volebat *nixarum,* et monet, hodieque Lusitanos et Gallaecos pruna omnia *ameixas* appellare. Hispanica pruna memorant etiam veteres. Officinae appellant Sebesten, est Cordia Myxa Linnaei. Exempla scriptorum medii aeui qui *nixas dixerunt* habet Cangius in Glossario. Quam sub corni sanguineae nomine descripsit Forskal p. 33. esse Cordiam Myxam Linnaei nuper docuit Wahlius, Haunienſis. Vide etiam Schreberi Dissert. de Persea anno 1791. editam. In Hesychio *μυωξία — καί τινα εἰδη ὡς σῦκα βιβρωσκόμενα. μυωξάρια* recte *μυξάρια* correxit Iunius. Antiquissimi locus scriptoris est Diodori I. 34. *τὰ δὲ βάτα καλέμενα μυξάρια συνάγεται μὲν κατὰ τὴν ἀποχώρησιν τῆ ποταμῆ, διὰ δὲ τὴν γλυκύτητα τῆς φύσεως αὐτῶν ἐν τραγήματος μέρει καταναλίσκεται·* vbi paene a vero aberrauit Wesselingius, qui vocabuli *Mux* similitudine deceptus cum Salmasio Solin. p. 931. intelligebat Musam paradisiacam Linnaei.

33. *conditis tamen*] Vide supra ad II. 15. 12.

Tit. XXVI. *clunibus magnis*] Columella VII. 9. *clunibus vastis.* Pessime Edd. primae *cruribus* quae debent esse breuia. Deinde Brusch. ceruice *grandula spissa.* Forte voluit *glandulosa.*

longi lateris] Colum. *longissimi status.* sed illum locum vitio laborare docui ibi.

2. *ad creandum*] Recte omisit haec verba Vincentius; igitur inclusi. Deinceps *exempto* Br. et postea *transeundi* pro *transigendi.*

incipiunt autem] Gesner malebat: *concipiunt.* quod non necesse; intellige *iniri.* Sic paulo antea: *annicula debet incipere.*

incipere. Columella: *sed iniri debet Februario*. Fateor tamen durum mihi videri verbum *incipere* vtroque in loco. I. B. Koeler malebat: *iniri debent*.

reparatur] Colum. *celerius iterum conceptum partum edet*.

3. *castaneae*] Columella: *plurima glans vel cisternis in aquam vel fumo tabulatis recondenda est*. vbi Palladius legit: *glans et castanea vel in cisternis aqua* etc.

vilia excrementa] In Columella haec hodie non leguntur, sed Varro glande, faba, ordeo et caeteris frumentis pascit; Geoponica XIX. 6. saginant glande furfuribus triticeis, tritico καὶ συνβάλοις τοῖς ἀπὸ τῆς ἅλω. vnde fortasse excrementa frugum duxit Palladius. Vuae excrementa noster dixit Nouembri XX. 4. tritici Columella VIII. §. 25. excreta tritici idem VIII. 4. 1 et VIII. 8. 6.

virentia] Colum. *dum adhuc lactent viridia pabula*. Pontederam h. l. corrigentem *lactant*. *Nouella virentia porcis s. nocere* egregie et multis argumentis allatis refutauit Gesner.

4. *sub porticibus*] Columella: *per porticus harae faciendae sunt — iunctae parietibus harae construendae sunt in altitudinem quatuor pedum, ne sus transsilire septa queat. nam contegi non debet*. Vincent. ex h. l. refert: *haras interstitio sub partibus faciemus quibus mater cum porculis claudatur, vt alumnum gregem tutior ipsa defendat a frigore*. vnde malebam in nota ad Colum. *haras interstinctas parietibus faciemus per porticus*. In Columella forte *parietibus* vitiatum est a *porticibus*; nam saepiuscule in Palladio Crescentio et Vincentio porticus reperi mutatas a librariis in parietes.

procludat] Dubius haereo hoc an Crescentii *praecludam* praeferam. Columella simplex *claudat* habet. *Praecludat* probauit Gesner, sed hoc verbum alienam ab h. l. notionem habere videtur. *Recludat* Vincentii habet noster iterum Martio X. 33. atque ita dixisse pro claudere etiam Iustinum I. 9. 16 et 26. 1. 7. monuit Ducker ad Florum p. 825.

5. *vineis*] Aegyptii agris recens consitis immittebant, vt semina occultarent. Vide ex Eudoxo narrantem Aelianum H. A. X. 16. ibique in nota laudatos scriptores caeteros.

Tit. XXVII. *myrtiten*] Ita scripsi pro *myrtite*. Vide ad cap. 31. Vox *aliter* referenda ad Ianuar. Tit. 18. Columella

mella XII. 38. mulso Amineo miscet baccas myrti nigrae contritas. Aliter Plinius 14. f. 19. nb. 3.

Tit. XXVIII. *Theriacam*] Ex Geoponicis IV. 8. Eadem Plinius XIV. 18 et XXIII. sect. 11. et Geopon. II. 47. 13.

2. *Aliqui eadem — committunt*] Haec in Geopon. hodie desiderantur.

non tenebit] Geoponic. ἐξυδατῶται γὰρ μεταφυτευόμενον ἢ μετεγκεντριζόμενον τῆς ἀντιδότε διαπνεομένης τῷ χρόνῳ.

iterare] Crescentius addit: *Sed in hoc idem breuius fieri posse puto, si in initio maturitatis vuarum scindatur sarmentum vuae pendentis et medicamine imisso ligetur.* Geoponica post superiora: διὸ προσήκει κατὰ καιρὸν τῆς ἀντιδότε ἐπιχρίειν τάῖς ῥίζαις.

velut vnum — vuarum] Haec verba, a Cresc. et Vinc. omissa etiam, veluti spuria inclusérat Gesner. Nec in Geoponicis exstat, quod huc referre possit. Sed ecce Crescentius VIII. 6. *Si botrio, postquam defloruit, mittatur in vasculum terreum vel vitreum, paruum tamen, ex totio botrione dicitur fieri vnum granum.* Quae vndecunque Crescentius duxerit, continent sententiam eorum, quae Palladius h. l. tradere voluit, nisi fallit me mea opinio.

Tit. XXIX. 2. *et sic in humida*] Geoponica IV. 7. εἶτα κατύρῳ ὑγρῷ περιθήσαντες κατατίθενται. vbi legendum esse κατύρῳ περιθήσαντες ἐν ὑγρῷ κατατίθενται docet versio Palladii. Contra ex graeco Palladium corrigebat I. B. Koeler vocabulo *humida* translocato.

bulbum demergunt] Geopon. τὸ ἐπὶ τῆς γῆς κατατιθέμενον σκίλλης ἐμβληθείσης κατατεθείη. vbi lege σκίλλῃ ἐμβληθέν.

3. *quam possunt*] Geopon. ὅσον δύνανται ἐκ βάθες.

inuerti] Geopon. καὶ ἀνορθώσαντες τὰ κλήματα πρὸς χάρακας ἀναδεσμῶσιν, ἵνα μὴ ὁ ὀπὸς ἐκρυῇ.

granatis malis] Vulgo in Geopon. legebatur male καρύας, monente Pontedera, qui vulgatae distinctionem lectionis h. l. corrigi iussit. Erat enim *cerasis opus est experiri.* Cum Pontedera facit Codex Erf. Equidem verba extrema glossema esse censeo.

Tit. XXX. *et deplorando*] Vt structura verborum constet, *et* tollendum, et deinceps *post trunco* inserendum est *igitur*, praeeuntibus Geoponicis V. 38.

finum] ἐγχαράξομεν καὶ ἐλκοποιήσομεν — ῥιζῶν τὴν παχύτητα χαράξομεν Geopon.

insulja] Geopon. καὶ τῇ ἀμόργῃ εἰς ἥμισυ ἐψηθείσῃ etc. minus integre.

sub hac] Geopon. τὸν δὲ ὑποκείμενον τῇ τομῇ ὀφθαλμὸν ἔξω ἀπαλείψομεν, ὅπερ πολλῷ βέλτιον εἶναι δεδοκίμασαι. vbi Neldhamum, existimantem, ὄξει legisse Palladium, pro ἔξω, improbat Niclas ipse, ἔξω interpretatus *circa* et ad amurcam referens, oculum circum oblinendum esse amurca. Mihi ὀφθαλμὸν de vitio suspectum est; locum enim infra plagam radicibus inflictam aceto perungit auctor, quo nimia humoris affluentis copia cohibeatur. Acetum in vitibus, quae vuas non continent aut aridas faciunt, adhibent Geopon. V. 34 et 39. Igitur ὄξει in loco Geopon. lego et τόπον pro ὀφθαλμόν.

Tit. XXXI. *myrtitem*] Ita scripsi pro *myrtite*. Erf. liber *mirtetum*. Infra Decembri II. iterum Erf. *mirtetum* habet; sed Vincentius *mirticen*.

Aliqui] Ex succo cum melle mixto parat etiam Columella XII. 38. 5.

2. *et locis siccioribus*] Malim cum libris *ex locis siccioribus*.

asperare] Gesner duriorem reddere interpretatur. Sed vinum myrtiten dysentericis prodesse affirmat cum medicis Plinius. *Aspirare* est in Edd. primis; sed nec illud verbum rei conuenire puto. Est autem dysenteria intestinorum exulceratio vel nuda vel putredini iuncta. Dysenteriam nomae seu putrefactioni serpenti iunctam *limus* dysenteriae arguere videtur. Asperare igitur esse debet asperitate succi amari inhibere, coercere. Sed in Thes. L. L. Gesner sub verbo asperare ex h. l. interpretatur excrementa solidiora reddere.

Tit. XXXII. *viuam terram*] Ex loco herbido vel frugifero sumtam Gesner interpretatur; equidem simpliciter siccae opponi puto, eamque esse, in qua herbae viuant et plantae. Vinum helleboriten aliter parat in vite Cato c. 114. vbi vide notam. Laseratum vinum simili fere ratione parat noster supra cap. 29. 3. Ceterum lemma huius capitis habet: *Vt propomata sponte nascantur*: De voce propomata exposuit Cornarius ad Galenum de M. C. sec. loca p. 299.

Tit. XXXIII.

Tit. XXXIII. *Graeci*] Geopon. IV. 14. vbi diligentissime loca Theophrasti comparauit Niclas.

sarmenta] Cresc. addit: *Quidam expertus mihi asseruit, se inseruisse surculum album et nigrum in vna vite continuatis summitatibus gemmarum, corticula tantum gemmarum de medio sublata, et optime comprehendisse. Vel potest hoc fieri exceptis duobus surculis, et diuisis iunctis oculis diuisis simul et optime ligatis, tanquam sit vnus surculus, inseratur vel duabus gemmis diuisis et coniunctis cum modica quantitate ligni et in loco gemma insertis.* Gemma dimidiata vtriusque generis inserta diuersicolores vuas procreari testatur Gallus in Rozier Obseruu. sur la Physique 1780. p. 206.

AD LIBRI IV.

Tit. I. *locuti*] Titulo 15.

suspecta] nec ei vt foecundae fidi potest tuto.

spisso humore] Insitionem vitis hanc ex Geopon. IV. 12. transtulit Palladius vbi est: *ὥρα δὲ τῷ ἐγκεντρισμῷ τῷ ἔαρι τῶν κρυσάλλων ἤδη πάνυ πεπαυμένων, ὅτε τεμνομένης τῆς ἀμπέλου τὸ ὑγρὸν ἔτε πολὺ ἔτε ὑδατῶδες ἀλλὰ παχὺ καὶ κολλῶδες ἔστι.* Plinius 17. c. 24. *lacrymantes calamos inseri non oportet, non magis quam aridos.* Cresc. XII. 2. *cum incipiunt esse gemmae suspectae ac nondum aquoso sed spisso lachrymantur humore. Item inserendi surculi — oculati, ex quibus* etc.

laceratus] Plinius 17. c. 24. *ante omnia gemmantes nitere conueniet; nihil vsquam vlcerosum esse aut retorridum.* Ceterum Cresc. IV. 11. addit deinceps: *recidatur circa terram aut ad pedem medium infra eam; nam supra terram difficilius comprehendit.*

solidi] Geoponica: *κλήματα τρογγύλα, τερεὰ, πυκνόφθαλμα — ἐξαρκεῖσι δὲ τῷ κλήματι δύο ἢ τρεῖς ὀφθαλμοί. εἰ δὲ τῇ γῇ περιχώννυται, τρεῖς ἢ τέσσαρες.*

2. *radendum*] Geoponica: *μέχρι μήκους δύο ἢ ἥμισυ δακτύλων ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους ξέειν χρὴ — ὥστε ἀπὸ ἑνὸς μέρους τὴν ἐντεριώνην φάνεσθαι ἀσινῆ, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον τὸν φλοιόν.* Crescentius habet *radicatur ergo sermentum.*

aliqui non patiuntur] Cresc. IV. 11. (nam et altero loco H. 22. h. l. excerpsit) ita laudauit: *ne patiaris nudari medullam. — rade — exire, et cortici matris aptetur — debet recipere partem, deinde ligetur vt in aliis insitionibus est narratum — et sole defendatur.* vbi antiqua mea habet *et cortici ne matris aptetur.*

ne hi quatiant] Cresc. *ne hæ*. vnde Pontedera effecit *ne ii*; in Vatic. libris ait esse *ne huius*.

vbi calor] Geopon. τῇ δὲ θέρει ἀκμάζοντος δείλης ὑψίας ὕδατι τὸν δεσμὸν διὰ στόγγε ῥάνομεν. Plinius 17. l. 24. *Insitis aptissima siccitas. huius enim remedium appositis fictilibus vasis modicus humor per cinerem distillans.* Ita Theophrastus de Caulis I. 6. Geoponica interstitium trunci et surculi repleri iubent argilla aut cinere (κονία) vt humor arceatur, et naturalis humor seruetur. Ceterum Gesner cum Schoettgenio malebat *temporius* vel *tempori* i. e. mature. Sed calor temporis dicitur pro aestatis, vt ex Geoponicis apparet.

3. *penicillo*] Ita recte Vinc. Ex peniculo fit penicillus. Male vulgo *pennicillo*. Est spongia, licet proprie codicula bene pilosa sic dicatur a pene. In Brusch. est *pinniculo*.

animetur] Cresc. inserit haec: *Potest etiam aliquid veteris cum nouo conuenienter inseri.* sc. sarmenti, quod suadent etiam Geoponica.

adiutorio] Geopon. ὅταν δὲ τὸ βλάστημα δεκτύλων τεσσάρων γένηται, προσπαραπηγνῦναι χρὴ κάρακας καὶ προσδεσμεῖν διὰ τῆς ἀνέμης. ὅταν δὲ αὐξηθῇ τὸ βλάστημα, τὸν δεσμὸν δρεπάνῳ χρὴ τέμνειν, ἵνα τῆς θλίψεως παύσηται, καὶ τὸ ἐκ τῆς πρέμνης ὑγρὸν εἰς τὸ κλῆμα διαδίδωται. Plinius 17. l. 24. *deinde cum eualuissent flagella pedes binos, vinculum insiti incideretur, vbertati crassitudine permissa.* Geoponica X. 77. τριφύλλων δὲ γενομένων τῶν ἐνθεμάτων χρὴ τοὺς δεσμὲς ἀφαιρεῖν.

aetatem] Cresc. ita pergit deinceps: *leni vinculo et non stricte ligetur, ne adolescentia* etc.

4. *infra terram*] Geoponica: τινὲς μὲν ἐν ἐν τῇ γῇ ἐγκεντρίζεσι κατιόντες ἡμιπόδιον βάθος, καὶ ἐν τῷ πυθμένι σχεδὸν τῆς ἀμπέλε — τινὲς δὲ ἐν τῷ ἰσοπέδῳ — ὃ καὶ καλλιον. τὸ δὲ ἐν ὑψηλῷ ἐγκεντριζόμενον δυσκόλως συμφύεται τινασσόμενον ὑπὸ τῶν ἀνέμων.

dictum est] titul. 17.

Tit. II. *vliginosos*] Colum. XI. 2. 32.

Tit. III. *sabulone*] Vide ad Columellam II. 9. 17. vnde haec sumta sunt: *nec in sabuloso solo sed in arena quoque.* Sed Crescentius III. *terram desiderat valde aratam solutam et pinguem. nam in sabulo et arena prouenit, dummodo solo irriguo et humido coelo seratur. Nam siccum et argillosum formidat*

formidat agrum, et terrae in qua seritur pinguedinem valde consumit. — Corbis octaua pars sufficit in iugero.

Tit. IV. *Cicer vtrumque*] Horum partem ex Colum. II. 10. 19. partem ex Geopon. II. 36. habet.

Tit. V. *Februario*] Cap. 5. vbi vide notas.

Tit. VI. *duobus modiis*] Ex Columella II. 11. 12. addi volebat *ac semodio* Pontedera. Recte!

Tit. VII. *puluerari*] i. e. herbis purgari, terra in puluerem ligone resoluta. Cf. ad Columellam IV. 5. vnde haec ducta sunt.

praecidunt] Eodem verbo vtitur Columella IV. 13.

2. *vmbrae molestiam*] Compara Columellam.

semipedis] Columella IV. 16. *pedali tamen spatio recedendum est — et vt fossor ab omni parte semina circumfodiat.* Albertus: *pali qui affigantur vitibus, sic debent proportionari, quod magnis vitibus magni affigantur pali et paruis parui. distantia vero quatuor pedum affigendi sunt, vt circumfodi possit vitis. Ab Aquilone vero ideo figendus est, vt ab illa parte ex eo vitis habeat aliquam protectionem.*

3. *Vineas — roribus*] Haec ex Columella IV. 22. 5. Reliqua sectionis huius sumta sunt ex libro de Arbor. cap. 6.

nodus] Male Gesner haec de insitionis genere eo interpretatur, de quo cap. I. 4. Recte sententiam reddidit Cresc. IV. 10. Quodsi truncus vitis est nimia vetustate corruptus, mense Martio iuxta terrae superficiem vel sub ea modicum recidatur, vt surculus in abscisso trunco vitis eodem renouetur.

4. *aegras*] Haec eadem habes in Colum. Arbor. c. 6. Geopon. V. 34.

bidentibus] Haec et reliqua exstant Geopon. V. 42. Albertus: *Si vitis laeditur frigido vulnus stercore ouino vel caprino liniatur et cum terra adiacente ligetur.* Brusch. *laeditur onilo aut ferro — stercore onilo* habet repetito eodem vocabulo.

Tit. VIII. *Columella*] Vide ad V. 9. 14 et XI. 2. 29.

paleas fabae] Geoponica IX. 10. ἀχύρων κυαμίνων πίφινον ἢ δύο, πρὸς ἀναλογίαν δηλονότι τῶ δένδρω. Ita etiam Quinctilii X. 88. Quare nescio, quo iure Africanus in Cestis p. 301. vbi docet arbores exsiccare et destruere in bello:

ol

οἱ δὲ Κυντίλιοί φασιν ὡς τὰ κελύφη τῶν κυάμων ταῖς ῥίζαις ἐμβαλλόμενα ταύτας ξηραίνει. quem locum ignorauit Niclas. Sed puto Africanum respexisse per errorem vsum palearum harum ad exsiccandam agrorum vlignem salsam in Geopon. II. 23. 9.

mortarium] lacu ablaqueationis locum excaues. Geoponica IX. 10. *ποιεῖσθαι τὴν τῆς γῆς περίχωσιν — τάτε κύκλῳ τῆς περιχώσεως φιαλῆν πρὸς τὴν τῶν ὑδάτων ὑποδοχήν.*

2. *utrinque*] Ita correxi vulgatum *vtrumque*, sensu exigente. Geopon. *πλήρωσον τὰ τρυπήματα ἑκατέρωθεν.* Praeterea verba *ab australi parte* non pertinere ad ramos inserendos, sed ad foraminis situm, docent Geopon. *τρυπήσας τὸ τέλεχος κατὰ τὸ πρὸς νότον μέρος.* quod miror Gesnerum non vidisse.

vel lapidem] Verba inclusa referendo ex alieno in suum locum post *oleastri ramum* recte vidit Gesner, quem secutus eadem suo deinceps loco inserui. In Geopon. l. c. vnde haec translata sunt, est: *πάσσαλον εἰς τὰς ῥίζας ἐμπήξας ἐλαίας ἀγρίας ἢ πίτυος ἢ δρυὸς ἢ λίθῳ.*

superabit] i. e. exstabit. Geopon. *ἔκτεμε τὰς ἑκατέρωθεν ὑπεροχὰς καὶ πηλῷ δι' ἀχύρων περίπλασον τὰς ὀπάς.* Aristoteles de Plantis l. c. 6. *τὰ βαλαύσια ταῖς ἐλαίαις συμβάλλουσιν ὅταν ὁμῶ φυτεύωνται.* quae Albertius integriora sic vertit: *balaustiae conferunt oliuis quando fimantur radices earum ex balaustiis aut plantantur iuxta arbores malorum punicorum.*

et seminum] Vide ad Colum. XI. 2. 30. Cf. supra Febr. XXI. et XXIII.

Tit. IX. 2. *Cardui*] Cuius curam perficit infra Octobri XI. 1. De eo breuiter Columella XI. 3. 28. De generibus dixi ad X. 235. Geoponica XII. 39. *τὰς κινάρας φύτευε Νοεμβρίῳ μηνί. τότε γὰρ φυτευθεῖσαι τῷ ἔαρι τὸν καρπὸν δώσουσι. τῷ δὲ ἔαρι φυτευθεῖσαι μόγις οἴσουσι τὸν καρπὸν τῷ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ, καὶ αὐταὶ μὲν ἔσονται ἰσχναί, ὁ δὲ καρπὸς βραχύς.* Alios tamen affirmare addunt quocunque tempore plantentur cinarae, eodem et fructum reddere; itaque per totum annum cinaras haberi posse. Obiter addo ad Theophrasti verba de cacto: *ἕτερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι κτέρνικα·* pertinere glossam Hesychii *τέρνακα, τὸν κάκτον τοῦ φυτοῦ καυλόν.* Aliam lectionem eiusdem loci spectare videtur glossa Hesychii *τέρνιξ· ἐντεριώνη.*

solido] Malim cum Pol. et Cresc. *solidore terra ne.*

parata,

parata, semina] Pontedera malebat: *serenda cardui — parata semina.* Contra Gesner post *parata* comma posuit, atque ipse ex Lugd. et Vinc. *sint* addidi. Geoponica plantari iubent εἰς εἰργασμένην γῆν, terra subacta, veteri stercore superfuso, atque aestate frequenter irrigari, quo fructus maiores et teneriores fiant.

inuersa] Mucronem seu cuspidem coelum spectare debere, ex h. l. monet Tozzetti p. 116.

imprimenda] Columella simpliciter *deprimemus.*

laurino oleo] Geoponica χυλὸν ῥόδων ἢ κρίνων ἢ δάφνης ἢ ἄλλῳ τινὶ εὐώδει βρέξας.

3. *confringas*] Geopon. τὰ ὀξέα τῶν σπερμάτων ἀμβλύνης τρίψει λίθῳ. Eodem consilio semina in particulis radicis lactucae condita seri iubent.

a codice] Cum B. Porta *a radice* malebat Schoettgen. Inepte. Sequentia enim docent, radicem h. l. a codice distingui. Vide ad Ianuar. 1. Geoponica: λάμβανε τὰ φυτὰ τῶν κινάρων τὰ παραπεφυκότα τοῖς μείζοσι κελέχεσιν ὀξεῖ δρεπάνῳ ἀφαιρῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσκάψας πρότερον τὴν περικειμένην γῆν καὶ συναφαίρει μέρος τι τῆς ῥίζης.

vt nec] Cum B. Porta *vt ne* malebat Schoettgen. Alteram hanc rationem carduorum serendorum hodie sequuntur hortulani; sed hi cardui rarissime semina maturant, quippe ex radice vel germine non semine nati. Monet idem Tozzetti sull' agricolt. Toscana p. 117. qui nomen Etruscum carduorum posuit *Gobbo.*

quas — liberatas] Ita ex Cresc. legi debere et ad matres referri, recte monuerat Pontedera.

4. *mustelas*] Easdem in Hispania, quin etiam in media Germania ad capturam cuniculorum adhibent. Est mustela furo Linn. Gallis *furet* dicta.

cucumeris] Plinio teste 20. s. 4. eo decocto sparsa mures non attingunt. Geoponica consilia alia habet. Radices enim lana inuolui iubent, aut stercus suillum aut cinerem siculneum radicibus apponere.

5. *cepullas*] Brusch. *alium — caepulas — cumelam — anetum.*

sinapis] Vincentius Duac. S. N. 10. c. 23. ex h. l. habet *sinapi* et deinde *arboracea*, vt etiam infra Octobri XI. 4. Brusch. *Sinapes* habet.

6. *mulso et lacte*] Idem de cucumere Colum. XI. 3. 51. vbi vide notam. Geopon. XII. 20. καὶ ἀναψυχθὲν σπείρης.

rosae

resue folia] Geopon. l. c. τὰς δὲ μηλοπέπονας ποιήσεις ῥόδα πνεῖν ἐὰν τὸ σπέρμα αὐτῶν μετὰ ξηρῶν ῥόδων ἀποθέμενος καὶ φυράσας φυτεύσῃς.

7. *et cucumeres*] Albertus ex h. l. *Cucumer et pepo seminantur altis sulcis rare semine iacto.* a quo admonitus vulgarem distinctionem *seminantur, rare sulcis factis, altit.* correxi. Ceterum Brusch. VII. *pedum* habet. Theophrastus H. P. II. 8. Megarensem cultum diuersum habet: τὰς δικύας καὶ τὰς κολοκύντας ὅταν οἱ ἐτησίαι πνεύσωσι, σκάλλοντες κονιορτῶσι καὶ ἔτω γλυκυτέρας καὶ ἁπαλωτέρας ποιῶσιν, οὐχ ὑδρεύοντες.

pedum trium] Male Vinc. Duac. X. 58. *denum trium — non possunt — mulso — ac teneri sunt — ad aquam festinando — confricetur — cucumeris nascitur — humus plicetur. Quotiens tonat — Colum. sic dicit — aut ferulas — ligneas fistula — possunt et inter.* Spatia accuratius definit Palladius quam Columella et Plinius ex communi auctore. Crescentius VI. *Cucumer et citrulli desiderant eandem terram cum cucurbita et eisdem mensibus eodem modo plantantur et circumfodiuntur, sed habere debent interualla maiora et postquam nati fuerint, omnino non rigentur, quia in rigatione facile destruuntur.*

ouillo lacte] Columella XI. 3. 51. simpliciter *lacte* habet, et Geoponica XII. 20. de melopenonibus tradentia. Albertus: *ouino lacte et mulso.* vnde orta lectio Crescentii; *mulso* tamen probo vt sect. 6.

vasculo] Geoponica XII. 19. μακρὰς δὲ τούτους ποιήσεις ὅτως. ἐὰν ἐν ἰγδίῳ ἤ τινι ἄλλῳ ἀγγείῳ ἐμβαλὼν ὕδωρ παρατιθῇς πλησίον αὐτῶν ἀπὸ ἑ ἢ ς' δακτύλων. τῇ γὰρ ἕξῃς οἱ σίκυοι ἐπὶ τοσοῦτον ἐκταθήσονται. Vbi video palmum et dimidium poni. Plinius XIX. c. 23. palmum seu quatuor digitos posuit. Vide ad Colum. X. 394. Albertus: *in vasi disco operto sub eis ponis, ita vt ad eas spirare possit.*

8. *Sabino*] Geoponica XII. 19. εἰ τρεῖς ἡμέρας πρὶν τὸ σπέρμα καταβαλεῖν ἐναποβρέξῃς τοῦτο σησαμίνῳ ἐλαίῳ. nihil de culice herba habent. Vnde h. l. *sesamino* malebat Pontedera. Sed olei Sabini forte eadem virtus est. Oleum Sabinum habet ex Glossis Cangii Gloss. Graec. sub vocabulo Καταλαικόν. Plinius 19. c. 23. *Sunt qui herba quae vocatur culix trita semen eorum maceratum seri iubeant, vt sine semine nascantur.* Videtur psyllium herba vel κώνωψ intelligi. Ceterum tales cucumeris ἐυνεχίας vocari monet Athenaeus II. p. 68.

cannae

cannae] Plinius: *Eidem in fistula flore demisso mira longitudine crescunt.* Geoponica: καὶ κάλαμον εἰς μῆκος τεμὼν καὶ γλύψας καὶ συνθεὶς καὶ περιδήσας ἐν τέτῳ τὸν σίκυον ἢ τὴν κολόκυνθαν μικρὰν ἔσαν ἐὰν βάλῃς, αὐξανομένη δι' ὅλε τȣ̃ μῆκος πληρώσει τὸν κάλαμον. Ad interpretationem pertinet, quod Cresc. addit *abscisso intelligit Albertus.* Scilicet is ita h. l. laudauit: *quod si flos cucumeris cum capite vitis suae amputetur et cannae cuius omnes nodi perforati sunt inseratur, conualescit et in nimiam extenditur longitudinem.*

hamus] Plinius: *natura oleum odere mire — at si oleum eodem modo sit, in hamos curuatis.*

Perterritus] Varietatem ex Cresc. infra posui. Basileensis autem editio male in h. l. habet *oleam sic metunt.* et verba *quando tonat — conuertitur* plane omisit. De timore tonitruum obseruationem alibi nondum reperi. Albertus: *statim sicut hamus in oppositionem curuatur — velut quodam perterritus conuertitur. et ideo sensum habere hanc herbam Protageras asserebat.*

9. *vite*] De cucurbita etiam infra sect. 16. dixit vitem; et Geoponica XII. 19. κληματίδα ἢ ἀκρεμόνα τȣ̃ κολοκύντης ἢ σικύε.

cucumis figuram] Malim cum libris optimis et Cresc. *cucumeris figuram.*

Gargilius] Crescentii antiqua libro VI. ex h. l. *vt hoc Gracilius Martialis affirmat.* sed libro VIII. cum Basileensi habet: *haec enim omnia Virgilius Martialis asseruit.* Plinius: *crescunt qua coquuntur forma.* et sect. 24. *cucurbita quoque omni modo fastigatur, vaginis maxime vitilibus, coniecta in eas postquam defloruit, crescitque qua cogitur forma, plerumque et draconis intorti figura.* vbi dubitabat Niclas an alterutro in loco vocabulum *fictilis* et *vitilis* sit vitiosum. Dubitauit iam olim Harduinus ob locum Geoponicorum vbi ἐσράκινα ἀγγεῖα memorant. Iam olim Hippocrates de Semine p. 234. ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα ἐόντα καὶ νεογνὸν καὶ προσεόντα τῷ σικυηλάτῳ θείη εἰς ἀρυσȣ̃ρα, ἔσται τȣ̃ ἀρυσȣ̃ρος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος. ἢν δέ τις εἰς ἄγγος θῇ μέγα, ὅτι καὶ ἐπιεικές ἐσι σίκυον χαδεῖν, ἀλλὰ μὴ πολλῷ κάρτα μέζον τȣ̃ φύσεως τȣ̃ σικύε, ἴσος ἔσται ὁ σίκυος τȣ̃ ἄγγεος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος. ἐρίζει γὰρ ἐν τῇ αὔξῃ τῷ κοιλῷ τȣ̃ ἀγγεος.

Columella] XI. 3. 53. vbi vide notas.

11. *sic fient*] Ex Columella XI. 3. 43.

in

in sulcis disponemus] Videtur vitium latere et deesse *ita*. Sulcos vocat, quos Columella sulcos et deinde *porcam*; et alibi *sulcare* eadem notione dixit Palladius.

non sistere] Polit. liber *non etiam tangere vel sistere*. In Colum. est: *ne nimio humore laedantur*. Gesner vulgatum *sistere* interpretatur *stare*.

12. *auellendus*] Colum. *radicitus euellendus*.

ministrabunt — et] Ex h. l. correximus Columellam sect. 45. vbi vide notam. Ceterum Brusch. *clauduntur — sumpturus — incendis* habet.

13, *cineris inspersione*] Theophrastus C. P. III. 23. ἡ τέφρα τᾶς συκᾶς καὶ τῷ κηγάνῳ. ξηρᾷ γὰρ πρὸς τὸ μὴ συκλακᾶσθαι μηδὲ σήπεσθαι τὰς ῥίζας. quae repetiit Plinius 17. c. 47.

si iam minuta] Haec vix sana sunt. Dicit femina excussa folliculis. Totus hic locus *si ponas — sero nascentur* ex ignoto hodie scriptore translatus est.

14. *pertusae fabae*] Plinius 19. c. 45. *ruta quoque seritur Fauonio et ab aequinoctio autumno: odit hiemem, et fimum; apricis gaudet et siccis, terra quam maxime lateraria — Amicitia est ei et cum fico, in tantum vt nusquam laetior proueniat quam sub hac arbore. Seritur et surculo, melius in perforatam fabam indito, quae succo nutrit comprehendendo surculum. Seritur et a se ipsa. namque incurvato cacumine alicuius rami, cum attigerit terram, statim radicatur.* Reliqua de ruta vide ad Columellam XI. 3. 38. Humorem et fimum odisse testatur etiam Theophrastus H. P. VII. 5. Ceterum verba *vel bulbo* omittit Bruschiana.

maledictis] vt ocimum, teste Plinio 19. c. 36. et cuminum, ibid. Idem c. 37. *rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant*. De cumino cum maledictis sato Theophr. H. P. VII. 3. IX. 9. Hesychius in ἀρὰς ἐπισπᾶραι. ἔθος Κυπρίων σπειρόντων κριθὰς μεθ' ἅλος καταρᾶσθαί τισιν. Ocima cantare Persii IV. 21. comparauit Gesner.

immundae] i. e. menstruatae, vt ex Columella et Plinio apparet. Festus: *ancunulentae feminae menstruo tempore appellantur. vnde trahitur inquinamentum*. Scilicet ab antiqua *cuno* pro coeno deriuatur *cunulentus*, coenulentus.

15. *coriandrum*] Haec vnde de coriandro habeat, latet me. Contumacius satum prouenire ex Theophrasto monuit Plinius.

16. *exiles*] Columella XI. 3. 49. *exiles*. Crescent. VI. *Cum plantare volueris, aperias, et scias, quod quanto in altiori loco cucurbitae semina fuerint, tanto longiores creabuntur.*

inuitur. Idem VIII. c. 8. *Hermes autem dicit, cucurbita in viueribus ossium humanorum plantata et oleo rigata nono die habet fructum. Et quod mirabile est, semina quae in vase cucurbitae sunt, in sublimi nota faciunt cucurbitas longas et exiles, quae autem in medio eius nascuntur, faciunt grossas, et quae in profundo iacent, faciunt latas.* In Columella est: *semen de media parte cucurbitae inuerso cacumine ponito, vt fiat incrementi vastioris — at si esculentae mori praeparabis, recto cacumine de collo cucurbitae sumtum semen serendum erit, quo prolixior et tenuior fructus eius enascatur.*

ad semina] Cresc. *quae pro seminibus seruare volueris grossiora, quae de primo natis fuerint, vsque ad hyemem in vite sua indurare permitte, deinde ad parvum fumum suspende; vbi semina optime seruabuntur — et nota quod semina praedicto modo seruata per triennium seruabuntur.* Plinius 19. c. 24. *eas quae semini seruentur, ante hyemem praecidi non est mos; postea fumo siccantur — vires sine adminiculo standi non sunt.* Crescentius sua omnia debet Alberto, cuius verba propius absunt a Palladii oratione.

solo qualicunque] Graecis et Plinio βλίτου genere neutro dicitur; Crescentii antiqua mea vbique habet *blita* vbi Basileensis *blitum.* Multo curiosiorem eius cultum tradit Crescentius.

piscinam] Plinius 19. c. 54. *ex serpyllo et sisymbrio emulsos ramos serunt. laetissimum nascitur in puteorum parietibus et circa piscinas ac stagna.* Theophr. H. P. VI. 7. τὰ δὲ ἑρπύλλα ῥίζης ἡ αὔξησις ἡ τῶν βλαστῶν. δύνανται γὰρ ἀφ' ὁσουῶν προϊέναι κατὰ μῆκος χάραξα λαβὼν ἢ πρὸς αἱμασιᾶν φυτευθεὶς ἢ κάτω καθιέμενος. εὐαυξέστατος δὲ εἰς φρέατα. Quae verba vix sana sunt, praecipue si compares Dioscoridem III. 26. vbi est: ἀπὸ δὲ αἱμασιῶν καθιέμενος εὐαυξέστατος γίνεται. Serpyllum sibi ignotum esse fatetur etiam Bodaeus ad Theophr. p. 495. Equidem hederae similem fruticem esse suspicatus sum ad Nicandri Theriac. vers. 67. Vide etiam notam ad Columellam XI. 3. f. 33. Ceterum Brusch. *serpilum — cinnimum* habet.

Tit. X. *macilentum*] Geoponica II. 8. locis calidioribus laetari punicas et oleas monent. Eadem III. 4. mense Aprili monent plantari oleas, punicas et myrtos humidis vel riguis locis in palos (πασσάλους) fectas, quasi auctore Theophrasto, qui tamen punicum ἀπὸ ῥάβδου plantat H. P. II. 1. ramo Plinius 17. c. 17. Deinde aquas et rigationem amare ex Androtione annotat Theophr. H. P. Stolone,

ramis (ἀπὸ πλάδων καὶ κισσάλου) et palis sicci punicam tradunt Geoponica X. 3. Societate myrti gaudere, et una cum ea plantari ordinibus densis, quo sibi inuicem umbram faciant, nec radices narus vtriusque generis alimentum sibi praeripere tradit Theophr. C. P. II. 9. Geopon. X. 29. Acrius recidendam punicam esse Theophr. C. P. III. 10.

calida] Punicam etsi minus firmam aduersus tempestates, frigore tamen minus laedi quam firmiores arbores monet Theophrastus C. P. V. 17. Ramos punicae et sici statim serendos esse, nec antea siccandos monet C. P. I. 6.

matrum radice] Vlitius ex Codice affert et probat *matre radice* ad Gratium vers. 132. Deinde *maleo* Brusch.

2. *virgulta inuersa*] Ne poma rumpantur, plantari iubent κατακέφαλα Geopon. X. 30. Sed Theophr. C. P. II. 11. Pluuia ait maxime infestari, ideo quosdam ramos deducere, quo facilius guttae defluant, alios vero inuertere plantas. Ita enim fieri, vt arbor ipsa magis fruticum imitetur naturam, rami proni ad terram spectent et folio densiore fructum floremque (κυτίνας) inumbrent. Ita etiam Plinius 17. c. 17. Vnde apparet, h. l. legendum *curandum vt*, quod monuit olim ad Theophr. Bodaeus et Niclas ad Geoponica p. 699. De inuersione talearum monitum est ad Columellam V. 9. qui difficilius comprehendere ait, et arborem inde sterilescere. Expertus talearum et palorum salignorum inuersionem Gallus Du Hamel in Physiolog. Arbor. T. II. p. 89 et 90. testatur germina primum versus terram flexa deinde sursum reuersa esse; germinationem ipsum in trunco et radice multo lentiorem minusque laetam, et germina costata fuisse non rotunda; postea vero costarum rugas in ramis rediisse ad naturalem rotunditatem, nec curvaturae vestigia vlla remansisse, denique post aliquot annos incrementum salicum laetissimum fuisse et reliquis simillimum. Vnde affirmare audet Gallus, falso tradi, ex taleis inuersis prodire arbores humiles. Saltim origo erroris ita apparet.

acida fieri] Columella V. 10. 15. *quodsi acidum aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo et humano vrinaque vetere radices rigato. ea res et fertilem arborem reddet et primis annis fructum vinosum et post quinquennium dulcem et apyrenum facit. Nos exiguum laseris vino diluimus et ita cacumina arboris summa obleuimus. ea res emendauit acorem malorum.* Ex Crescentio etiam apparet, h. l. librarios turbasse. Remedium idem habent Geopon. X. 34. et Theophrastus H. P. II. 3. Ex

cacumine

cacumine et e latere ramorum germinare etiam punicam, refert Theophr. H. P. III. 7. Punicam seri posse virgis (ῥάβδοις) vt ficum cacumine, (κράδη) oleam contra non posse eo modo (ἀπὸ κλωνὸς) seri docet II. 4. vnde apparet, eandem arboris partem in olea κλῶνα in fico κράδην, in punica ῥάβδον dici. Addit punicam etiam stolone cum perna vel sine ea auulso plantari. Culturam punicae plures truncos relinquere et putatione discere, vt malo, ait l. c. 5. Ramum crassum acutum malleolatum adigi, plantasque minoribus interuallis, nouem ad summum pedum, poni monet II. 7. Plinius 17. c. 26. *omni genere inseritur ficus et punicae — ramo seruntur et punicae, palis laxata prius meatu; omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter seruato, trunco exacuto.* Item c. 45. alternam tonsuram (alternis annis) quaerit myrtus punicae oleae, quia celeriter fruticescunt. c. 39. *riguis vitis et punicae praecipue aluntur.* Atque ita Theophrastus H. P. II. 8.

nam siccitas] Mira in h. l. varietas est apud Crescentium; nec locus sanus esse videtur. Praeter testimonia Theophrasti iam allata, aliud exstat de Causis Pl. VI. 19. fructus myrti et punicae aqua corrigi et dulciores fieri. Myrtum radicibus frequenter rigatis aqua tepida fructum apyrenum ferre, quale genus Athenis colebatur, monet C. P. III. 22. Denique VI. 27. cum quaerit, cur punica in Cilicia circa Pinarum fluuium nascantur apyrena et dulcia, ait: ἡ γὰρ ῥόα φίλυδρον, καὶ μεταβάλλει φασὶν ἐξ ὀξέος εἰς γλυκὺ ἐὰν ἔχῃ πολυϋδρίαν. Hinc ex Crescentio Palladium corrigendum esse puto. Densas seri punicas et myrtos, ἵνα συστιπάζωσιν ἄλληλα καὶ προβολὴν ἔχωσι τοῦ ἡλίου tradit Theophr. C. P. II. 9.

3. *si florem*] Plinius 16. c. 46. perdere fructum facillime ait addens ex Theophrasto: *quae etiam roribus nimiis et pruinis florem amittit; qua de causa inflectunt ramos eius, ne sub recti humorem infestum excipiant, atque contineant.*

amphora] Plinius 17. c. 47. *Si mala punica acida nascantur, ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibent; eo anno vinolenta, proximo dulcia futura. Alii vrina hominis aqua mixta riganda censent quater anno singulis amphoris: aut cacumina spargi vino lasere diluto.* Si findantur in *arbore pediculum interqueri.* Columella V. 10. 15. haec ex eodem auctore minus integra et paulum diuersa retulit. Vincentius in Plinio habet: *proxima — quaternis annis — aspergi.* Faeces coriariorum officinae et vrinam

punicae et myrti radicibus affundi monet Theophr. C. P. III. 23. et c. 12.

algum] Geoponica X. 29. aegrae algam circa radices ut truncum adponunt et frequenter rigant.

plumbeo circulo] Malum defecto fistulae seu canalis plumbei osculo capaci induunt strictim Geoponica X. 18. quo plures fructus ferat neque eos abiiciat. Hodie plethoram arboris cauent ablato cortici ipsius circulo.

squillam] Dum plantatur, squillam simul immittere iubent Geoponica X. 29. sed cap. 30. antea scrobi caloslos immittere iubent; satae iam arbori apponere squillam, ne poma rumpantur. Ita plane Columella V. 10. 16. Plinius 17. c. 16. *quidam punicis malis substrata lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt.* Columella lapides tres supponit. Cf. Columella Arbor. 23.

interseris] Ex Columella XII. 44. 1. vbi vide Geopon. X. 29. χλωρὰ δὲ ἐπὶ τῷ δένδρῳ διαμένουσιν ἕως τῷ ἔαρος, ἐὰν λυγίσῃ τὰς κλάδας αὐτῶν, τυτέστι περιστρέψῃς ἅπαξ ἢ δὶς ὅταν ἀκμάσωσι καὶ κολούντας ξηρὰς καὶ γογγύλας περιῇς ἀπάνῃ, ἵνα μὴ βρέχωντοῖ μηδὲ ὑπὸ τῶν ὀρνέων ἐσθίωντοι.

felle bubulo] Aetius in libro de Alexipharmacis c. 55. terram lemniam et origanum cum aqua contrita radicibus illinere iubet contra vermes.

clauo aeneo] Infra sect. 29. vermes fici tollit vncinis ereis. Deinde *ammixta* — *lexiuo* Bruſch.

5. *candida*] Punica rubicunda ſpondent Geopon. X. 29. ſi radices lixiuio balnearum rigentur. Iterum X. 33. quod de granis etiam interpretandum eſſe puto.

mirae magnitudinis] Ex Theophraſto habet Martialis, qui ita de Cauſ. Pl. V. 5. τὰ δὲ τῶν καρπῶν μεγέθη τῶν κατ' ἀρετὴν τομένων ἐν τοῖς χύτροις, ὅταν κατάγωσι τὰς ἀκρεμόνας, οἷον ῥόων καὶ μήλων, εὐλόγως γίνεται. Sed monet ita ſolum punici mali corticem fieri craſſiorem et grandiorem, non item grana; mala autem vulgaria ita fieri inſipida. Cetera vide ad Varronem I. 59. 4.

poma] Addidi vocabulum ex Creſcentio, qui altero loco VIII. 7. habet *eius poma*. vbi praeterea male eſt *aquam quae minatur*.

redhibebit] In antiquo Codice Florentino *perhibebit*, in altero *reddere debebit*, in tertio *redhibebit*, vt etiam in Vaticanis et vulgatis libris reperit Pontedera. Creſc. VIII. 7. *exhibebit* habet. Noſter VI. 6. *pro vaſculi magnitudine pomum reddit*. Ceterum Creſc. VIII. 7. addit: *Sed etiam mauſe*

Maio

Maio et Iunio posse fieri, commodius affirmauit. Vide supra VI. 6 et VII. 5.

6. *tithymali*] Geoponica X. 35. ἐνδρέχνην καὶ τιθύμαλον συγκόψας καλῶς τὰ φελέχη περιάλειψον. Iterum cap. 82.

in se tantum] Ita enim de insitione versu 73. seqq. Didymus affirmauit posse in myrtum inseri, et contra punicae myrtum, atque ita nasci vtrumque fructum maiorem, testibus Geopon. X. 37. quae addunt, posse etiam salici inseri. De salice repetunt cap. 76. Ceterum inseri punicae asserunt cap. 37. pirum Palladius Febr. 25. Ceterum ramorum connexione si fiat insitio et medulla eximatur, nasci punica apyrena annotauit ipse supra III. 29. 3 et Geopon. IV. 7. X. 31. Eadem cap. 37. diuerso modo monent inseri punicam ab aliis arboribus, sub cortice quidem, vt versio habet; graece est ἐμφυλίζεται. Stipitem flexibilem eligi, qui facile possit ad terram deflecti; hunc inseri solenni more; deinde in terram deflecti ita, vt pars stipitis infra insitum vinculo alligetur, ne resiliat, donec insitus surculus comprehenderit. Surculum etiam ex arbore germinante iam posse desumi. Rationem insitionis diuersae non satis equidem intelligo et verba quaedam excidisse, vidit etiam Niclas. Ceterum κατώτερον τῆς ἁρμάγης corrige, vbi editur ἀμόργης sine sensu. Similiter vocabulum ἁρμογὴ cap. 77. corruptum exstat in Codice Gudiano.

7. *pediculis*] Crescentii Editiones tres habent *appendiculis*. Sed infra sect. 22. habet *pendiculis* pro *pediculis*.

marina vel muria] Vide ad Columella XII. 44. 5. Geoponica X. 38. τινὲς θαλάττιον ὕδωρ θερμάναντες ἢ ἅλμην ἐποιήσαντες, εἰς ταύτην ἐμβάπτουσι τὰς ῥοιὰς καὶ μετὰ ταῦτα ψύξαντες ἐν ἡλίῳ ἄτῳ κρεμαννύουσι, μέλλοντες δὲ χρῆσθαι πρὸ δύο ἡμερῶν ἐμβρέχουσιν αὐτὰς εἰς ὕδωρ. De punicorum generibus ita Plinius 13. s. 34. *Sed circa Carthaginem punicum malum cognomine sibi vindicat; aliqui granatum appellant. Diuisit et in genera*, apyrenum vocando, cui ligneosus nucleus abest; *sed candidior ei natura et blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis. Alia structura earum quaedam, vt in fauis, communis. Nucleos habentium quinque species: dulcia, aeria, mixta, acida vinosa. Samia et Aegyptia distinguuntur erythrocomis et leucocomis.* Idem 23. s. 57. *punici mali nouem genera nunc iterare superuacuum. Ex his dulcia quae apyrina alio nomine appellauimus — quae vero ab his sapore proxima vinosa diximus, parum nucleum habentia.* Ibidem sect. 61. siluestre

punicum ex Dioscoride I. c. 154. habet. Priorem Plinii locum sic retulit Vincentius 14. c. 73. *Circa Carth. est malum cognomine punicum sive malum granatum, hoc in genera diuiditur; apyrinon vocant — blandior est acini minusque amari m. dist. Nucleos — acria, mitia* etc. Pintianus vulgatum olim *candidiore natura* mutabat in *candidiores natura*. Deinde pro *leucocomis* Hermolaus corrigebat *glaucocomis* antestatus Theophrastum H. P. II. 3. qui tamen locus emendationi non fauet, recte monente Pintiano. Theophrastus enim punica ex semine seu nucleo dulci sata degenerare, et ex apyrenis dura, plerumque etiam acida (ὀξεῖα) nasci. Nisi quod ibi pro γλυκέων Edd. Ald. et Basil. male habent γλαυκέων sine sensu. Addit Theophrastus, in Aegypto et Cilicia, contra accidisse. Ibi enim punicam vel satam vel plantatam ex acida fieri dulcem, in Cilicia vero circa Pinarum fluuium nasci omnes apyrenos. Ex Plinio colligas apyrenos fructus habuisse nucleos vel acinos candidiores et blandiores. Hinc Martialis apud Palladium candida grana memorat, vbi vult apyrena intelligi. Samia et Aegyptiaca genera Plinius distinguit erythrococcis et leucococcis; (ita enim legendum esse, recte vidit Dalecamp) quod interpretabor, Samia grana habere rubra, Aegyptia candida. Apyrina nominat Martialis XIII. 42 et 43. Seneca Epist. 85. apyrina dici monet, non quibus nulla insit duritia granorum, sed quibus minor. Dioscorides I. 151. succo distinguit genera tria, dulcia, acida et vinosa. Vasculis constare punica et mespila, tradit Plinius 15. c. 34. corio et membrana legi. vbi Harduinus *vascula* interpretatur vmbilicum in summo fructu seu flosculum. Structuram fauorum communem punicis nemo interpretatus est in Plinio, quod sciam. In sorbi fructu Theophrastus H. P. III. 12. similitudinem esse ait fauorum: ὥς' ἔνιαι κατάκτερ κηρίον. De granis punici Plinius 15. c. 29. *angulosi quippe soli; nec cutis vlla singulis, praeter communem, quae est candida; totisque et succus et caro est, iis praecipue, quibus parvulum inest ligni.* Praeterea mali punici apyreni dulcis et acidi meminit simul Galenus Medic. sec. loca III. 2. vbi recte monuit Cornarius p. 368. apyrena fuisse non omnia dulcia, sed acida etiam; et ἀπύρηνα dici, quae nucleo ligneo carent, eiusque loco mollorem acinum seu κόκκον gerunt. Ῥόας σκληροκόκκους habet Athenaeus XIV. p. 650. Samia qualia fuerint, ignoro, sed Samus ficos biferas, item vites, malos et rosas habuit, teste Athenaeo XIV. p. 653. Empedocles apud Plutarchum Q. Symp. V. 8. de

punica

punica ὑφίνοι τὸ εἶδος καὶ ὑπέρφλοιον μῆλα dixit. Dixit ὑπέρφλοια ob corium fructus crassum.

9. *tripedanea*] Tripedaneam habet Columella XII. 44. 3. vbi vide.

10. *intra oratum*] ἢ ἐν σωρῷ σίτου ἐν τριῶ ἀποθετέον Geoponic. X. 38.

vinum de malis] Plinius 14. c. 19. *Fit e punicis vinum quod rhoitem vocant.* Dioscorides V. 34. Idem 23. c. 58. contra leporem marinum *acinos detracto cortice tusos succumque decoctum ad tertias commendat.* sect. 60. est: *Quin et nucleos ipsos acinorum experiri non piguit; tosit tusique floribus iuuant.* In et Dioscorides I. 151. vnde apparet nucleos dici vascula, quibus acini includuntur et discriminantur, graece τυρῆνας.

in cochlea] Similiter de rosis Geopon. VIII. 29. ἐκπιέσας ἐν κοχλίῳ. Nicander loco supra laudato acinos vinosos punicorum exprimit trapeto: οἰνοβρόσια βοτρῦν ἐν κυρτίδι θλίψας ὀφεί τε νοτέοντι ὑπὸ τριπτῆρσιν ἐλαίην. Κυρτὶς est fiscella, qua inclusas oliuas prelo exprimit etiam Colum. XII. 50. 10. et cap. 52. vbi vide notas. Infra Octobr. 19. *cochleae supposita sportu* (vasis plena) *comprimitur.*

11. *Martio*] Geopon. X. 7. Φυτευτέον ἀπὸ μετοπώρου ἕως ἰσημερίας ἐαρινῆς. Theophr. H. P. IV. 4. vere et semine serit et plantam transfert.

clauia] de clauae et taleae differentia vide ad Varronem I. 40. 4. et infra sect. 24.

calidum] Hinc austro iuuari, borea laedi monent Geoponica l. c. Ceterum solus Palladius accurate cultum citri tradidit; in Geoponicis multa hodie desiderantur. *Citreas* dixit arbores Plinius anniferas 16. c. 44. Idem 17. c. 11. citrea grano et propagine seri mit. Citri radices maximam spatio et plenitudine dixit 16. c. 56. Vetus Epigramma de Citrio ap. Burmannum Anthol. Lat. libro V. 184. et Wernsdorf. Poet. lat. minores T. VI. p. 195. *Septa micant spinis felicis munera mali.* vbi spinae esse videntur foliorum, de quibus Plinius XII. sect. 7. *folium vnedonis inter currentibus spinis.*

12. *si ramum*] Geoponica X. 8. tradunt non solos πασσάλους plantari, sed etiam clauas ἀπὸ κοράκης καμπτομένου τοῦ κλωνίου ὅτως ἐν τῷ ὀράγματι καταπηγνύνται αἱ δύο ἀρχαὶ τοῦ κλωνίου καὶ ἐγχώννυνται, καὶ ἄνωθεν ἐκβάλλει τὸν βλαστὸν ἀπὸ τῆς καμάρας (i. e. flexura) οἱ δὲ καὶ τὰ κονδὰ πασσάλια τὰ μὴ δυνάμενα καρφθῆναι κατὰ καφαλῆς φυτεύουσι

καὶ παχύτερον ἄνω, καὶ τὰ λεπτὰ μέρη εἰς τὴν γῆν ἀπιόντα καὶ συμβάλλεσι τὴν τῶν κιτρωλάτων τέφραν.

14. *tectam*] Februar. XXIV. 14. *β tunquam citrea tegumentis defendantur a frigore.* Geoponica X. 7. δεῖ πρὸς τοῖς τοίχοις φυτεύειν, ἵνα ἔχῃ ἔρεμα πρὸς τὰ ἀρωτῶν μέρη. περιβάλλεται δὲ διὰ τὸν χειμῶνα ψιάθοις. — τινὲς δὲ τῶν πλουσίων, ὑπὸ τοῖς πρὸς ἥλιον ἀρώτοις τὰς κιτράκας φυτεύουσι παρὰ τὸν τοῖχον ὕλαπι δὲ ἀφθόνῳ ἀρδεύουσι. καὶ τῷ μὲν θέρει ἀσκεπεῖς κατελιμπάνουσι τὰς τοῖς τῷ ἡλίῳ θάλπειν παρέχουσας τὰ φυτά, προσιόντος δὲ τῷ χειμῶνος καταζεύγνυσι τὰ φυτά. Vnde h. l. malim *loco porticibus munito et in marid.* Ceterum Gesnerus voluerat. *tectam* ex Lugd. dare, sed operae *tectum* reliquerunt.

15. *Iulio*] Repetit haec Iulio III. 2.

Citreum] Malim *Citretum.* Geopon. X. 7. περιβάλλεται δὲ — μάλισα τοῖς κλήμασι τῶν κολοκυντῶν. ἔχουσι γὰρ τινα φυσικὴν ἀντιπάθειαν πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κόνης ἀσκεῖς αὐτὰς διαφυλάττεσθαι. διὸ τὰ ξυλωδέστερα καὶ παχέα κλήματα τῶν κολοκυντῶν κόψαντες τὴν τάτων τέφραν ταῖς ῥίζαις τῆς κιτρέας περιπάσσειν χρή. Eadem III. 13. Octobri mense τὰς κιτρέας σπειράσομεν, ἀστικὰς ἐν χειμαρινοῖς τόποις ἔχομεν. τὰ δὲ πρέμνα αὐτῶν τοῖς φύλλοις τῆς κολοκύντης ἀμφιάσομεν, καὶ τέφραν ἐκ τῶν κολοκυντῶν καυθεῖσαν ταῖς ῥίζαις περιβαλοῦμεν. De citro Apuleium *in libris quos de Arboribus scripsit* laudat Serujus ad Georg. II. 126.

16. *non sub cortice*] Geoponica X. 7. τὸ κίτριον ἐνοφθαλμιζόμενον ἄφορον ἔσαι, διὸ τῷ διὰ σαρκὸς τρόπῳ ἐμπυρίζεσθαι χρή, ὥσπερ καὶ τὰς ἀμπέλους. vbi vide notam interpretis egregii.

piro] Malum citro et cohtna inseri, pomo nascente nigro tradunt Geoponica X. 7. addant moro insita citra mora nasci, denique punicae inseri. Noster de pino silvestri et moro testatur etiam Insit. 109.

non carere] Pontedera malebat *nunquam carere*, quod ipsum expressit versio Italica.

et in territorio] Verba *et in* inclusit Sylburg. in Commel. vt ager Neapolitanus hic ad Sardiniam referatur, quam ex Ptolemaeo annotauit, probantibus Schoettgen. et Gesnero.

gradus quosdam] Theophr. H. P. IV. 4. φέρει δὲ τὰ μῆλα πάνυ ὥρας, τὰ μὲν γὰρ ἀφίρητα, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἀκμάζει. vnde Plinius 12. c. 7. *omnibus horis pomifera dat aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus — nisi quod Medos et in Persida cassi noluit.* sed idem

16. f. 19. *malus Assyria alibi nata ferre fastidit.* Item 12. f. 7. *tentaverunt gentes transferre ad sese — fictilibus in vasis data per camerinas radicibus seminamento.* Theophrastus l. c. ὄπερκα διατετραμένα vocat.

substituant] Brusch. *sustituant*, et deinde *ovile*.

serenda est] Pontedera malebat addi *arbor*. sed rectius cum Crescentio leges *seritur*.

18. *gypso*] Geopon. X. 7. γύψῳ τεθρυμμένῃ καταχρίσας. eadem cap. 10. vbi additur ἐν κρυφαίῳ ἐγκυπτόμενον ὑ σφηκιᾶν.

19. *Mespili*] Plinius 15. f. 22. *Mespilia tria genera anthedon, setania, tertium degenerat, anthedoni tamen similius quod Gallicum vocant. Setaniae maius pomum candidiusque, asini molliore ligno; caeteris minus pomum, sed odore praestantius et quod diutius seruetur. Arbor ipsa de amplissimis; folia antequam decidant rubescunt; radices multae atque altae, ideo inexstirpabiles. Non fuit haec arbor in Italia Catonis aevo.* Theophrasto ipsa arbor dicitur μεσπίλη et in Plinio Vincentius *Mespilae* legit. Sed Geoponica X. 71. τὰ μέσπιλα ὁμοιοῦσι τῷ κυδωνίῳ φυτεύεται ἀπὸ τῆς πρὸ δ' καλανδῶν Ἀπριλίων. Theophrastus H. P. III. 12. vnde suaiduxit Plinius, praeterea monet, mespili anthedonis et gallicae lignum esse spissius et flauius. Dioscorides I. 179. mespili genus ait esse in Italia, quod aliqui vocent epimelida, quidam setanium. Ibi vero Codices alii ita habent scriptum, vt tertium genus sit setanium: Vetus versio ex Arabico facta apud Vincentium S. N. 14. 43. pro Italia nominat Hispaniam. Sed Galenus in Glossario ex Dioscoride amamelidem, mespili genus facit, vt Hesychius. Iones scilicet amamelidem dixerunt mespili genus ἀπόρρυον id est nucleis mollioribus, suane et dulce, testante Aeschylide, rei rusticae scriptore, apud Atheneum 14. p. 650. Setanium dicitur, quod eodem anno fructum maturum reddit; vt Graecis frumentum trimestre dicitur ἐπτάνεον. Aroniae mespili fructum tarde matureſcentem malo parvo similem, dulcem a tribus granis seu nucleis tricocum vocari ait Dioscorides. Sed locus iste manifesto est a librariis perturbatus in reliquis verbis. Mespilum vt sorbum spinis carere Theophrastus monet l. c. florem esse amygdalae similem, sed non rubrum, sed subflauidum; (ἐγχλωρον) arborem ipsam magnam ambitu frondoso, folium multifidum, vndique incisum margine, promissum, (τετανὸν) fibrosum, petiolo longo et tenui. Quae quidem arboris magnitudo potest ad solam mespilum silvestrem, Siliciae frequentissimam, referri; nec de setania, sed anthedone vel gallica

Plinii sunt intelligenda; etsi gallica Plinii fere anthedoni similis Theophrasti videtur potius esse mespilus illa quam Linnaeus gallico vocabulo *Amelanchier* appellauit, inermis et ipsa fructo paruo nigrescente. Anthedon igitur erit sylvestris Linnaei fructu pyriformi minori, et ipsa inermis. Mespilum pyracanthum Linnaei, quae fructus neque magnos, quam germanica affert, hodie vbique cultum ob fructus magnos pomiformes, excludit spinarum praesentia, germanicam folia integra non incisa, nisi verba Theophrasti de foliis ad solam anthedonem seu silvestrem pertinent. Cotoneastrum mespilum Linnaei excludit flos ruber cum fructibus rubris, cum Theophrastus omnium generum florem non rubrum sed subflauidum vel subuiridem esse affirmet. Chamaemespilum Linnaei excludit item flos purpureus, cum mespilo orientali. Ex omni igitur numero mespilorum Linnaeanarum relinquitur silvestris, germanica et Gallica siue Alemanchier, quas cum Theophrasti generibus comparare possimus; reliquas excludit a certamine vel spinarum horror vel florum color alienus. Quam Dioscorides *aromam* dixerit, difficile est iudicare, et omnino locus eius est perturbatus a librariis, qui tria genera contraxisse videntur in duo. Itali hodieque mespilum vocant *Nespilo* vel *nospolo*, fructum *nespola*. Antiqua nec Crescentii Editio iuxta mespilum nominat *nesplum*, quod nomen omisit Basileensis. Galli arborem *nesfier*, fructum *nesfle* vocant; sed tertii Galliae et Austriae familiaris generis, arborem *Amelanthier*, fructum *Amelanches*, quod vocabulum retinuit Linnaeus.

Sunt eius — tardissima] Haec verba omisit Cresc. et deinde: *et paruo — refoueri*. Plinius 17. c. 10. *et mespila semine nasci possunt. Omnia haec tarda prouentu ac degenerantia et insito restituenda.* Idem c. 13. sorbonibus cum parte matris aualia seri sorbos et mespilos tradit; quae eadem tradit Theophrastus.

refoueri] *foueri* omisso *inter* Vincent. Duac. S. N. 13. 23.

20. *vermibus*] Plinius 17. c. 37. no. 3. *Mespilus quoque in senectu obnoxia et morbo est.* Peculiares et a reliquarum arborum vermibus diuersos esse ait Theophrastus l. c. In fico etiam vermes vacuis aereis tollere docet noster infra sect. 29. alios ait amurcam, alios veterem vrinam ab laqueatis radicibus miscere; alios bitumen oleum, aut solam calcem viuam latebris vermium allinere. *Perfundendi* igitur ad radices melius quam ad vermes referri videbitur.

decocti

sterilis] Vincentius etiam *illoella*. Deinceps dedi ex libris: *Sed putatur*; vulgo erat: *Si putatur*. De sententia Palladii satis mihi nondum constat. Si vermes in foliis haerentes sunt perfundendi remediis dictis, tum noxa arboris manifestior est, quam si remedia sunt radicibus ingerenda. Sed tum vermes vix dici possunt perfundi. Mespili arbor modica et humilis facile etiam perfundi poterit. Remedia ipsa sunt naturae amarae et acris, quis vermes ex dulci soli humore generari credebantur, salsugine et amaritudine necari. Vulgatam *Si putatur hinc* etc. referebat Morgagni I. 87. ad calcis vivae vim; Praeterea recte monet male in primis editionibus ita h. l. distingui *si putatur, hinc — steri. Fimus.*

simul si radicibus] Cresc. omisit *simul*. deinde *infundatur eam fertilem*. Vinc. pro *fertilem* habet *sterilem*. Cineribus ex furno maxime sarmentorum radicibus languidae pruni infundit infra XII. 7. 14.

21. *rubrica*] Infra in pruno XII. 7. 15. *vermes eius atque formicas rubrica cum pice liquida si allinatur exstinguet, sed modestius propter arboris noxam, ne idem faciat remedium quod venenum.* Columella V. 10. 10. rubricam amurca dilutam cum stercore humano fici radicibus infundit, quo fertilior fiat. Sed Palladius IV. 10. 29. haec contra vermes praecipit facere; et contra formicas rubrica butyro et pice liquida mista truncum inducit.

frustum] Vinc. *frutex — praescisus.*

nam de summitatibus] Infra in perfico Nouembri VII. 3. idem monet, addens, *nam cacumina non tenebunt, vel diu durare non poterunt.* Quaedam scilicet arbores ex cacuminibus germinare non solent tam valide quam ex obliquis ramorum partibus; aliae contra omnem vim in summa cacumina impendunt.

22. *ne ea*] Vinc. *nec vicissim*. Deinde *vt innatent* dedi pro *vt enatent* ex Cresc. Basil; et *sapae* ex Erford. libro pro saepe. Infra Nouembri VII. 8. de perficis: *vt sic sapae innatare cogantur vase concluso.* vbi libri quidam similiter scriptum habent *saepe*. Pro *posca* Brusch. *pusca* omissis *vel sapa*.

23. *Seruantur et melle*] Vinc. *Sero et melle si nimis.* Cresc. *seruantur et in melle si nimis.* Mespila cum corio mandi monet Plinius 15. c. 34. *Mespila setania* malo propiorem vim habere nec adeo adstringere stomachum vt reliqua tradit 23. c. 73. ex Dioscoride I. 170. qui arborem malo similem ait esse etiam foliis. Ceterum addam, quae Crescentius

tius attexuit verbis Palladii: *Formatur vt hoc lignum supra terram, scilicet circa quatuor pedes habent sapitem. suos ramos, et exteriora eleuati tendantur, vt altitudinem bonam excedant. Albertus autem dicit, quod quando insitio fit de eis in truncum alterius generis, scilicet mali vel piri vel etiam alicuius spinae magnae quae est similis fago in ligno et cortice et vocatur spina fagina vulgariter; crescunt mespila maiora et meliora, quam sint alia; si autem deficerent mespila in aliqua regione, expertum est, vt dicit Albertus, quod feritur fagrum persici in truncum spinae magnae, quae est similis fago, crescunt mespila maiora et meliora, (quam visa sunt. Et non* habet antiqua mea) *quae non producunt ossa. Ego autem saepe inserui mespila in pirum et malum in coctanum et spinam albam et non inueni ossibus carere, nec in quantitate augeri.* Iterum tamen VIII. c. 7. *Item si persicus inseratur in spinam faginam* (malo Basil. *vel phaginam) proueniunt nespala maiora et meliora aliis.* vbi Basil. pessime omisit vocem *nespala.* Mespila nasci si mali siluestris surculus inseratur spinae albae, trunco, affirmat etiam Lupton Centur. 10. cap. 9. Locus Alberti est p. 446. *mespilus — quae nomine escalus alio nomine corrupte vocatur;* deinde addit piro aut malo insita mespila maiora et sine ossibus, quae alias quatuor habeat, nasci; persicum spinae faginae insitam mespila maiora et meliora producere, quam visa sint. Vide infra ad XII. cap. 7. sect. 7. notam.

vltimo Aprili] Nimis feram hanc sationem censens Pontedera malebat ex Cresc. legere: *vltimo Martii vel mense Aprili.* Confirmari ait hanc emendationem loco nostri infra sect. 35. *nunc ficulnea cacumina obruuntur vilitter.* Recte! Etsi Aprili mense viuiradices ficorum recte plantari asserunt Geoponica III. 4. quamuis germen iam emiserint.

Plantae in scrobe] Haec vsque ad *si cacumen velis* omisit Cresc. sed habet Vinc. ex quo etiam distinctionem correxi. Incidebatur enim vulgo post *substituendi sunt.*

diuisis cannae] Vinc. *diuersis.* Praeceptum idem habet Columella V. 10. 21. Cacumen fici terra adaggerandum esse, ne exsiccetur, monet Theophr. C. P. III. 6. Idem C. P. V. 16. ἔνιοι δὲ μόνον τὰ πέρατα τῶν κλημάτων καὶ τῶν κραδῶν αὐτῶν (κατακρύπτουσι) καθάπερ ἔν τε τῷ Πόντῳ καὶ περὶ Μήδειαν, οἷον ἐμφράττοντες τὰς ἀρχάς. Sed is de arboribus multis loquitur. Ficarias crates habet Cato c. 48.

24. *taleam*] Plinius 17. c. 27. *defractos serere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent. Multa sic seruntur inpri-*

inprimisque ficus, omnibus aliis modis castrata, praetergressa talea: optime quidem, si nasciore ramo pali modo exacute adigantur alte, exiguo supra terram relicto capite, eoque ipso arena cooperto. vbi Pintianus legi malebat: *praetergressa talea.* Theophrastus H. P. II. 1. συκῆ δὲ τὰς μὲν ἄλλας τρόπους φύεται πάντας, ἀπὸ δὲ τρέμνων καὶ τῶν ξύλων ὁ φύεται. Taleam igitur Plinius dixit vt Varro I. 40. fici truncum seu ramum in particulas pedales alias clauas dictas concisum. Reliqua etiam Theophr. H. P. II. 7. φυτεύεται καὶ ἡ συκῆ. ἐάν τις κράδην παχεῖαν ἀποξύνας σφύρᾳ τείσῃ ἄχρις ἂν ἀπολίπῃ μικρὸν ὑπὲρ τῆς γῆς, εἶτ' αὐτῆς ἄμμον βαλὼν ἄνωθεν ἐπιχώσῃ. Geoponica X. 3. stolonibus ramis (κλάδων) et pelis (παστάλων) plantari posse aiunt cum aliis ficum. Clauam a talea distinxit noster supra sect. 12. Plinius 17. c. 35. n. 2. *in fico quidem dodrantales surculi paxillis solo patefacto seruantur, sic vt dejcendant, quae proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant — ita satas ficos tertio anno transferre facile. Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori, vt citissime proueniat.*

Ego mense] Vere fici plantas melius deponi ob frigoris metum asserit Didymus Geopon. X. 45. ἐγὼ δὲ, addit, δι' ὅλου τοῦ Ἰουλίου φυτεύσας εὖνις ἐπέτυχον σφόδρα καὶ μετὰ φυτεύσας καὶ ἀρδεύσας εἶχον ἐξ αὐτῶν μεγάλα δένδρα καρποφορῶντα. Terram pinguem sed siccam conuenire fico, humectam fructus gratiam corrumpere et putrefacere.

25. *interuoldia*] Idem in vite obseruant agricolae, cui vt fico media sicciora et summa parte conceptus teste Plinio 17. c. 24. ideo illinc surculi petuntur. Ex summa parte fici sumtos surculos melius prouenire, testatur etiam Theophrastus C. P. III. 6. Medullam vitis, fici, puniçae, ferulae, sambuci, mali carnosam esse asserit Theophrastus H. P. I. 9. Omnino ficum vt vitem in germen et cacumina niti et fructum in cacumine facilius maturare quam in duro ligno inferiore, hinc etiam particulatim fructus ferre et tempore diuersos asserit Theophrastus C. P. V. 1. Ficum et vitem albam quo laetius germinent, eo vberiores fructus afferre ait Theophr. C. P. I. 25. Terram inprimis cretosam amare in Anglia, in macro vero solo et arido, tempestate sicca ingruente, facile grossos, quas nostrae regiones praecipue spectant, deiicere, annotauit arborator Britannicus *Miller*.

squillae bulbo] Geopon. X. 45. καὶ τὸ αὐτόρριζον φυτὸν σκίλλῃ ἐμβαλόντα φυτεύειν. τινὲς ἅλμῃ βρέξαντες τὸ φυτὸν κατατίθενται. κάλλιον δὲ ἔστι φυτὸν ἔστι κλάδος εἰς μέλλοι φυτεύειν

φυτεύειν, ὑποβρέχειν αὐτὴν εἰς βάθος κόπρον. ἕτεροι μετὰ τὴν φυτὸν ἄσβεστον ζῶσαν καταβάλλεσι καὶ ἐκ ἀποτυγχάνει τὸ φυτευόμενον. εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι γηρῶσα ἡ συκῆ πολυφορώτερά ἐστι τινὲς τέφραν, ἄλλοι δὲ μίλτον ἐπιβάλλουσι τοῖς ῥίζαις. Plinius 16. f. 51: genus quoddam ficorum, non omnes, senectute fertilius esse ait. Cineres radicibus fici appositos efficere ait Theophrastus C. P. V. 7. ne vermes noceant; vel vt radices salibus cinerum alantur. De rubrica trunco fici circumlita testatur etiam Democriti fragm. in Fabricii Bibl. Gr. IV. p. 336. Contra vermes taleam scillae infigunt, et cineres radicibus truncique rimis adspergunt Geoponica X. 46. vbi κονιὰν male vertunt Interpretes calcem. Scillam incrementum augere taleae et vermes arcere tradit Theophrastus H. P. II. 7. Aristoteles de Plantis I. 6. συκῆ εὐθύτως ἄγριαν εἰς τὴν γῆν ἐξεκλωθεῖσαν συμβάλλουσιν τὰ πολλὰ τοῖς κηπαίοις συκοῖς. quae ex versione integriora sic posuit Albertus: *cum ficus sylvestres colligunturet exponuntur in terram super radicem ficuum hortensium, conferunt multum fructificationi earum.*

27. *ficus seramus*] Cresc. *ficum seruamus vel seramus, quae cito — eam quae seratur maturat.* Sic antiqua mea, sed Basil. *ficum seramus — serius* maturat.

gaudet] Male Cresc. Basil. *gaudetur — maxime de armentis.* Recte enim antiqua mea *gaudet — auiariis* habet.

auiariis] Post haec Cresc. habet haec: *formatur ficus in locis frigidis vt vnum solum habeat stipitem a terra modicum eleuatum; sic enim melius a frigore defendetur; in locis vero calidis vnum vel plures; dummodo non vltra tres vel quatuor stipites habeat, pro domini voluntate rescindenda sunt* etc.

putria] Theophrastus C. P. III. 10. ἴδιον δ' ἐπὶ τῆς συκῆς. μόνη γὰρ διακαθαίρεται μικρὸν πρὸ τῆς βλαστήσεως. αἴτιον δ' ὅτι τότε μάλιστα εὐσύμφυτος. Aliam putationem reprobat etiam Bernard p. 154 — 157. qui ramos etiam laetos limis, altera demum anno fructiferos, decidi in ficetis vetustis vult. Rectum is ficorum statum magis probat, quo melius segetes sub illis consitae prouenire possint. Deinceps *et* ante *ea ratione* omittit Brusch. Eadem *medio* pro *remedio* habet.

28. *Mense Iunio*] Columella XI. 2. 56. *mense Iulio: quin etiam tempus est ficulneis arboribus caprificum suspendere, quod quidam existimant idcirco fieri debere, vt fructus decidat et vt celerius ad maturitatem perueniat.* Vnde satis apparet,

appareat, omnino agricolis ignotam fuisse caprificationem vt incolis graecarum Archipelagi insularum olim excogitatam. Nullibi scriptores romani rei rusticae eius meminerunt; et Columella mentionem eius ex graeco aliquo scriptore transtulit. Palladius aperte ex Geoponicis mutuatus est ea quae docet. Alia et diuersa minusque operosa remedia adhibet Cato c. 94. vt grossos teneant, qui sunt fructus per hiemem prorumpentes, immaturi vere. Plinius 15. c. 21. *Ideoque ficetis caprificus praemittitur ad rationem venti, vt flatus euolantes (culices) in ficus ferat. Inde repertum vt aliunde quoque illatae et inter se colligatae iniiciantur fico, quod in macro solo et aquilonio non desideratur: quoniam sponte arescunt loci situ, rimisque eadem quae culicum operae causa perficit. Nec non vbi multus pulus; quod euenit maxime frequenti via apposita. namque et pulueri vis siccandi, succumque lactis absorbendi, quae ratio, pulueris et caprificatione hoc quoque praestat, ne decidant, abjumpto humore tenero, et cum quadam fragilitate ponderoso.* Ita plane Theophrastus de Caus. Pl. II. 12. vbi monet, etiam serotinas ficos fructum abiicere non solere; ideoque hoc genus locum aquosum melius ferre, et rigatione adiuuari. Teste eodem cap. 13. alii arenam inspergebant fructibus; alii caprificationem abstinebant, quoniam fructus ita fiebant deteriores. Et qui vendebant ficos, praedicabant publice, se ἀνεριφατα σῦκα vendere. Haec fuisse rubra, varia et robusta, ἀνεριφατα contra alba et imbecillia, testatur idem H. P. II. 9. vbi addit, quae ad Palladii locum inprimis pertinent: *Φασὶ δὲ ἐρινάζειν καὶ τὸ πόλιον ὁπόταν αἰγίπυρος ᾖ πολὺς, καὶ τὴν τῆς πτελέας κύπερον. ἐγγίνεται γὰρ καὶ ἐν τούτοις θηρίδια ἄπτα, κνίπες, οἳ ὅταν ἐν τοῖς συκοῖς γίνωνται, κατεσθίουσι τὰς ψῆνας. ἄκρος δὲ τούτῳ φασὶν εἶναι τὰς καρκίνας προσπερονᾶν. πρὸς γὰρ τούτοις τρέπεσθαι τὰς κνίπας.* Denique adiicit, in agro Megarico et Corinthiaco caprificatione non vti incolas, nec Italiam opus habere caprificatione, quia fructum ficus ibi non abiiciat. Ibi *περὶ γὰρ Ἰταλίαν* Ald. et Basil. editio male scripta habent *Ἀτταλίαν*. In verbis reliquis R. Constantinus emendabat *ὅπερ ἂν αἰγίπυρος πολὺς — πτελέας κνιπήρας*. De vlmo prius videamus. Hoc est callum vlmi in foliis repertum quod dicit Palladius. Alibi vocat Theophrastus H. P. III. 8. *τὸ θυλακῶδες*. Idem III. cap. 14. de vlmo: *ἄκαρπον δὲ νομίζουσιν. ἐλκὰ ἐν τοῖς χωρίοις τὸ κόμμι καὶ θηρία ἄπτα κωνωπειδῆ φέρει. τὰς δὲ κάγχρυς ἰδίας ἔχει τῶν μετοπώρων πολλὰς καὶ μικρὰς καὶ μελαίνας.* quae Plinius 14. c. 11. inepte ad Corycum Ciliciae montem transtulit.

κώνωπας

ἀδωνιάς, cassoes interpretatus. Dioscorides L. 131. τὸ δὲ ἐν τοῖς φύλλοις κατὰ τὴν πρώτην διαβίωσιν ἐπιστάμενον ὑγρόν. Paulus Aegineta V. 60. τὸ πτελέας ἐν τοῖς φύλλοις ὑγρόν. Dioscorides Alexiph. c. 22. νόμιμα πτελέας ἢ τὸ ἐν τοῖς φύλλοις τῆς πτελέας ὑγρόν. Plinius 24. c. 33. humor in folliculis arboris huius nascens cuti nitorem inducit faciemque gratiorem praestat. Nicander Alexipharm. 109. gummi hoc contineri ait πτελέης ὀχαῖς i. e. folliculis; quem locum recte interpretatus est Bodaeus ad Theophrastum p. 217. Intelliguntur folliculi, qui variis insectorum generibus praebent et alimentum et habitaculum in foliis vlmi ex punctura illique deposito ouo matris enati, succumque arboris affluentem et tandem in gummaceam massam concretum continentes. Aphidis genus in folliculis foliorum vlmi habitans descripsit et pinxit post Reaumur Insect. III. tab. 25. von Gleichen Monographia anni 1770. Sed genus hoc non intellexit sed cynipum, quod plantarum folia et teneros surculos pediculosque arborum perforare et deposito ibi ouo gallorum speciem efficere solet. Cynipem fici descripsit Hasselquist Itiner. p. 465. Forskal Descript. Animal. p. 83. et Florae p. 180. Simile huic genus folliculos vt aliarum arborum, ita et vlmi foliorum efficit et habitat, etsi ab aliquo descriptum fuisse nondum comperi. Hoc igitur et simili in virgu abrotani nato vtebantur olim Graeci in caprificatione in vicem caprificorum. Theophrastus idem de cynipe polii et aegipyri affirmat, lectione tamen eius loci partim dubia. Haec quidem veterum testimonia scriptorum satis demonstrant, caprificationis vsum fuisse excogitatum ad maturandos ficorum fructus, minime vero ad foecundandos, et ex caprificorum pollinem masculum ad foemineos flores transferendum. Quae quidem opinio recentiori demum aetate orta est, cum primum de floribus intra fructum latentibus dispicere coeperunt viri docti. Verum in eodem fructu flores et masculos et foemineos adesse hodie nouimus, igitur foecunditate aliena non est opus fructibus; sed foraminibus ab insectis factis aer admittitur atque ita fructus citius maturatur; quod in pomis vermiculosis fieri videmus. Ita Siculi etiam quidam hodieque acu vmbilicum fici perforant; Galli Prouinciae calami oleo peruncto vmbilicum pungunt; itaque fructum maturant. Vtuntur tamen hodieque Siculi et Mesitenses caprificatione, vt ex Sestini et Godeheu de Reuille scriptis nouimus. Insularum archipelagi morem descripsit Tournefort Itiner. T. I. p. 130. At tamen recte caprificationis vsum esse,

esse, quem tradidi ex veterum scriptorum sententia, vidit egregius *Du Hamel* Traité des Arbres Fruitiers T. I. p. 210. cuius sententiae accessit Murray Appar. Medic. T. IV. p. 583. nec debebant viri docti dubitare de eo vsu, quem tam aperte tradunt veterum auctorum scripta. Ficos caprificatas pejores fieri, monuit etiam Theophrastus; easdemque ob cynipum oua et laruas, relictas in fructu, furno exsiccandas esse, eoque facto saporis gratiam amittere monuit Du Hamel aliique. Ceterum noster grossos lino pertusos velut serta appendi vult ficis arboribus. *Serta* enim recte restituit Gesner et in Thes. L. L. rectius quam ad h. l. interpretatus est. Ita noster Iulio VI. 2 *filo inserta suspendunt — serta quae appensa sunt auferantur.* Siculi serta eiusmodi grossorum caprifici *Scaltaioli* vocant, teste Sestini Epistol. Sicul. T. II. p. 125. vers. germ. Denique de caprificatione omnium optime Bernard p. 72 seqq. qui mecum facit, et cinipes monet caprificorum fructus praeferre in cibo.

29. *vncinis aereis*] ferreos habent Cresc. et Vinc. sed noster supra sect. 4. *clauo aeneo de malo punica purgantur.* Aetius de Alexipharm. c. 55. ἀγκίστροις ὅμοια σιδήρια ποιοῦντας διὰ τῶν χασμάτων τῶν ἐν τοῖς τελέχεσιν καθιέντας ἕλκειν τὰς σκώληκας iubet. Coccum Linn. intelligi puto; cochleam dixit Plinius.

coracinum] Idem remedium habet Paxamus Geopon. XIII. 10. Coracinum in Aegypto praecipuum definire non licet. Plinius 17. s. 47. contra formicas: *Has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus, nec non et pisce suspenso iuxta in vnum locum congregant, aut lupino trito cum oleo radices linunt.* Addit: *Fici, cum Vulcanalibus tonuit, cadunt. Remedium est, vt ante stipula hordeacea arcae stringantur.* Vulcanalia decimo Kalendas Septembres assignat Calendarium rusticum apud Gruterum p. 133.

30. *velut aegra*] Remedia varia habent Geopon. X. 48. veluti mora trunco allita, salem et algam marinam radicibus apposita, rubricam luna plena trunco illitam. Cancrum affigere alios, refert Theophrastus loco supra apposito, sed diuerso, vt videtur, consilio, quod non satis intelligo, nec video, quem vsum alga marina et fascis lupinorum appensus habeat ad succum nimium fici detrahendum. Scarificationem trunci ferre malum vitem, punicam ficum et quaecunque arbores resinam ferunt, annotat Theophrastus H. P. IV. 19. atque inde Plinius 17. s. 37. no. 9. Theophr. C. P. V. 12. τοῦτο γὰρ οὔ τε διακόψεις ποιοῦσι τῆς συκῆς ὅταν ἄρχηται βλαστάνειν ὅπως μὴ παλίσκιος ὦσα παχύνῃ τὸν ὀπόν.

scarificationem adhibet in alio vlu Gratius Cyneg. versu 145. Ceterum formicae vt plurimum sequuntur coccum, foliis adhaerentem, etsi etiam ficorum dulcedine allectae. Latebras vermium h. l. de cerambycis laruis, quem ceratten fici dixit Theophr. H. P. IV. 16. interpretatur Bernard Mémoire sur le figuier p. 213. etsi plures laruae insectorum habitant in ligno ficorum. Remedium vanum esse, monet idem Bernard, latebras enim foramina demum indicant, per quae perfecta insecta auolauerant.

cacumina summa] Theophrastus H. P. II. 8. de ficii cultura haec habet: ἐ γὰρ ἀποβάλλειν ἀνάπαλιν φυτευθεῖσα, ἔτι δὲ εὐβατοτέραν γίνεσθαι. ἐν ἀποβάλλειν δὲ ἐὰν τὰς ἀποκλάσῃ φυομένης εὐθὺς τὸ ἄκρον. (Basil. editio male καρπὸν) συκῆ δὲ εὐβλαστοτέρα ὑδρευομένη τὸν δὲ καρπὸν ἴσχε χείρονα πλὴν τῆς λακωνικῆς. αὕτη δὲ φίλυδρος — αἱ δὲ καὶ τὰς συκᾶς ὑποσκάπτουσιν ἔνθα τοῦτο δεῖ. — τῶν δὲ συκῶν πρὸς τὸ περιτέμνειν (τὰς ῥίζας) καὶ τέφραν περιπλάττουσι, καὶ καταστρώζουσι τὰ ξυλέχη, καὶ φασὶ φέρειν μᾶλλον. vbi εὐβατοτέραν Plinius interpretatur *scansileni fieri*. Idem 17. c. 43. *ficorum succus turgido cortice incisuris in obliquum leuibus emittitur; ita fit, ne decidant fructus — nam caprificatio maturat.* Geoponica X. 45. aiunt, si velis ficum non crescere in altum, clauam (κόρυνον) esse inuersam plantandam. Plinius VI. cap. 14. *surculi inseruntur et inuersi, cum id agitur, vt minor altitudo in latitudinem se fundat.* vbi *inseruntur* est pro *seruntur*.

32. *Inoculari*] Infra Aprili 5. *nunc etiam ficum debemus inserere in ligno vel sub cortice — et eam locis siccis inoculare.* Geoponica III. 6. mense Iunio et postea ficos afferunt inseri et inoculari. X. 52. inseri ficos docent vere, aestateque vsque ad solstitium hiemale seu brumam, platano quidem et sycamino i. e. moro, Cato c. 41. vere inserit; Varro I. 18. 8. etiam aestate. Iulio et Augusto Columella XI. 2. 59. Ipsam ficum singulis ramis insitos aliarum arborum surculos excipere atque ita solam horti speciem praebere ait Iulianus Imp. Epistol. 24. Moro insitam ficum aestate perire vidit Bernard p. 145.

succo cepae] Geoponica X. 51. eodem effectu fimum columbinum cum oleo et pipere mistum iniiciunt; postea addunt, ea mistura grossos esse illinendos. vbi vereor, ne vitiose κόπρος περιστερῶν ipsis grossis illinatur; etsi eandem fere cum succo cepae vim siccandi habet. Ceterum ceps longior videtur intelligi gethyum, quod pene sine capite cerucis tantum longioris est, teste Plinio XIX. c. 6.

33. *tessera*

33. *tessera*] Geoponica X. 56. τῶν κολοκυνθῶν χρὴ ἐξαιρῶν ἐκ τῶν πλαγίων μέρη τινὰ σπληνίοις ἐοικότα, καὶ γλύφειν καθάπερ θήκας, ἔπειτα ἀντιθέναι εἰς ἕκαστον ἓν καὶ ἐπικωμάσαι τοῖς ἐξαιρεθεῖσι σπληνίοις καὶ κρεμᾶν ἐν συσκίῳ τόπῳ φυλαττομένας πυρὸς καὶ κατὰ ἀναφορὰν — τινὲς ἐν μέλιτι διατιθέντες τὰ σύκα, ὥστε μήτε ἀλλήλαις μήτε τῷ ἀγγείῳ ψαύειν, κωμάσαντες ἐῶσιν. ἕτεροι ὑέλινον ποτήριον ἤ τι ἄλλο τῶν διαφανόντων ἐπικατεπέφασι τοῖς σύκοις πρόχειρα, περιπλάττοντες κηρῷ, παρατνοῦν μὴ ἀπολείποντες καὶ παραμένειν ἀμάραντα. Est igitur *tessera* quadrata fere cucurbitae pars exsecta. Phlomidis folia, caricis interposita, incorrupta seruare, testatur Dioscorides IV. 104. atque inde Plinius 25. f. 74. *Tessellam* oblongam cucurbitae exsectam habet Apicius IV. 5.

in nomo vase] Geoponica X. 56. ἡνίκα μέλλεις κωμάζειν τὰς πίδακας τῶν οἴνων, λαβὼν χύτραν καινὴν ἢ ἕτερον ἀγγεῖον ἐκ τρόγγυλον, ἀλλὰ κατ' ἐπιτυγὴν ὑσανεὶ τετράγωνον σὺν κυθμένι ἔχον, ἔπειτα ἀφαιρῶν τὰ σύκα μικρὸν ὑμότερα μετὰ τῶν βεισμάτων ἤτοι τῶν ὀμφαλῶν, τιτέσι μετὰ τὰ μέρεα ἀφ' ἃ ἐπὶ τῷ δένδρῳ ἤρτηται, ἐντίθει ταῦτα εἰς τὴν χύτραν κύφας κατέχοντα ἀλλήλων, καὶ κωμάσας ταύτην ἐπιμελῶς ἐμβάλλε εἰς τὸν πίδον ὥστε ἐπιπλεῖν, ἔπειτα κάλυψον τὸν πίδον καὶ ταῦτά σου διαμενεῖ οἷα ἐνέβαλες, ἐὰν μὴ ὀξίσῃ ὁ οἶνος.

quoque] Geoponica X. 54. ἐὰν δὲ στυρίδος ἐγκρεμασθῶσιν εἰς κλίβανον, μετὰ τὸ τὸν ἄρτον ἀφαιρεθῆναι καὶ εἰς κεράμιον καινὸν ἐμβληθῶσιν εὐτίσσωτον. χρὴ δὲ τὰ σῦκα ἀφαιρῶν μετὰ τῶ κυθμένος ἐξ ἃ προσήρτηνται, καὶ ἅλαν μετ' ἐλαίου ἐκζεσμένην ἐπιρρίπτειν ἐν ἡλίῳ καὶ ἐμβάλλειν εἰς τὸ ἀγγεῖον καὶ περιχρίειν πηλῷ καὶ δροσίζειν μίαν νύκτα καὶ τιθέναι ἐν ὠγγείῳ. Vides, vmbilicum, κυθμένα, βεῖσμα graece dici, qui latine est pediculus. Contra tineas, *eruudentes* ficos, remedium aliud excogitare non potuit Bernard p. 111. qui morem Galliae improbat, vbi ficos siccatas in sole demergunt in aquam feruentem, deinde iterum siccant, quo facilius tineae cum ouis necentur.

34. *furno*] Ita fere ficos caprificatas (ἀρνεσὰς) affricari solere, ob insectorum innidulantium reliquias, sed saporis gratiam fere omnem amittere deteriorescque esse quam sole siccatas, monuit praeter alios Gallus Du Hamel, vt paulo antea retuli, et Bernard p. 107.

discocta] Vincent. *decocta;* haud scio an rectius. Gesner apposuit locum Plinii 29 f. *quidam denas viridis* (lacertas) *in decem sextariis olei veteris discoquunt.* sed ille plane alienus

alienus est ab hac notione. Lacertae enim ita rediguntur coctione in vnguentum aliquod. Praeterea ipse Gesner varietatem hanc librorum (non nominatorum) apposuit: *supp. lapidibus fuerit ficus cocta — interposita foliis.* Supra noster l. 29. 2. discocto farre ac refrigerato leuiter ordei pascit pullos gallinaceos; vbi etsi libri alii *decocto* et *discreto* habent, vulgatum tamen praefero. Discoctum enim far seu granea pullis melius conuenit, quam ficus h. l. dicitur discoqui et in pultis quasi speciem redigi.

foliis suis] Alii folia phlomidis interponebant, teste Dioscoride IV. 104 et Plinio 25. c. 74.

35. *cinis calidus*] Vocem *calidus* damnant plurimi libri. In Crescentio antiqua mea pro *cui* habet *cuius*. Voluit dare *cinis*.

duplicatae] Hinc duplices fici Vegetio I. 38. 6. I. 56. 17. et Horatio Serm. II. 2. 122. vbi recte Scholiastes interpretatur bifidam. In Plinio 20. c. 23. inepte explicat Harduinus. Caricae scilicet erant vel integrae, vel bifidae vel multifidae, teste Aristotele Problem. XXII. 7. Bifidas omnium dulcissimas esse ait, multifidas nimium exsuccas et insipidas, integras humorem crudum seruare. Vocat ipse δίχα ἰσχισμένας, πολυσχιδεῖς, et ἀσχιδεῖς. Pessime h. l. duplicatas pulpas Gesner interpretatur compressas, inculcatas contractasque; nec de fico duplice verbulum addidit. Male etiam negat pulpas ficorum siccari debere. Quin ita cito mucore obducentur non siccatae et nimis succulentae.

nunc ficulnea] Haec alieno loco inserta et ex superioribus repetita fuisse videntur.

36. *albae arborum*] Pontedera *arborum* omitti malebat, quod fecit Cresc. vbi VIII. 7. antiqua mea habet: *albae ita se vinculo stringes — humoribus viti* (voluit *iuti*) *aliqua sibi adnexione.*

conglutina] Male Vincentius *conglutinent*. Paulo ante ex Cresc. malim *adiuti*. Geoponica X. 53. τὰς κλάδας τὰς ἐξ αὐτῶν χρόνῳ ὄντας κατάθε ἐν βόθρῳ καὶ κόπρισον καὶ πάτισον. ὅταν δὲ βλαστήσῃ, πάλιν ἀμφοτέρας τὰς ἀφθαλμὰς σύνδησον ἐπὶ τὸ αὐτό, ἵνα ἓν τέλεχος γένωνται, καὶ μετὰ δύο ἔτη, εἰ βέλεις, μεταφύτευσον — ἀσφαλέστερον δέ τινες — δύο σύκων διαφόρων κεγχραμίδας συνδήσαντες ἐν ὀθονίῳ φυτεύουσι καὶ μεταφυτεύουσι.

quos vnitate] Malim cum Vincentio *vt quos*. aut cum Cresc. *diuidet et coniunget*. Ceterum h. l. adiicium, quod

ex

en libro de Vaporibus retulit Vincentius Speculi naturalis IV. cap. 97. etsi ad h. l. proprie non pertinet, sed potius ad naturam lactis ficulnei iudicandam facit, cuius olim fuit magnus vsus in lacte coagulando. De eo ita liber sui temporis egregius: *In hieme cum auferuntur a ficu cortices, lacte viscoso destitutae et ponuntur in ouorum albumine, non attrahunt, nisi albumen viscosum, et ideo remanet albumen aquosum sine aliqua viscositate.* Denique in solo calcareo succum ficorum arborum viscosum, crassum et subacrem fieri, in siliceo contra, quod quarzosum hodie dicunt, magis aquosum et subamarum, annotauit Giraud Soulauie Histoire naturelle de la France meridionale Vol. I. Partie II.

Tit. XI. *grege*] Hoc totum caput est ex Colum. VI. 1. translatum.

2. *quadratis*] Recte Schoettgen ex Columella corrigit *quadrati*. Columella de canibus VII. 12. *probatur quadratus potius quam longus aut breuis.* Suetonius Vespas. c. 20. *Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris.* vbi Ernesti ex Philostrato *ῥῖνα τετράγωνον* in laude positam similitet attulit. De Gallinis Columella VIII. 2. *robusti corporis quadratae.* Celsus II. 1. *corpus habilissimum quadratum est, neque gracile neque obesum. Nam longa statura — matura senectute conficitur, gracile corpus infirmum* etc. Verba *et solidi corporis* ex glossa nata suspicor; etsi nec sequentia verba *musculis — surgentibus* sunt in Columella.

auribus] Colum. *hirtas* laudat.

latae frontis] Crescentii lectionem merito probabat Pontedera. Ita etiam Columella.

lunatis] Columella nigrantia robusta et procera probat. Procero opponitur curuum; lunata igitur sunt, quae sibi opposita lunae figuram effingunt, non nimis prona nec supina.

ceruice — compacta] Colum. *longam* probat.

cruribus] Breuius Colum. *cruribus compactis ac rectis* sed *breuioribus potius quam longis.*

3. *si hoc deest*] Haec ex Columella VI. 2. c. 12. Haud scio an latine dicatur *si hoc deest* pro *si hoc fieri non potest.* Video tamen Gesneri Thes. L. L. laudare ex Silio VI. 10. *nec cernere deerat* et ex Capitolino in Gord. tertio c. 31. *nec defuit vt senatus de his rebus, quas non nouerat, falleretur.*

arguti] In Columella est: *propiores placidis quam concitatis sed non inertes.*

4. *alti*] Columella VI. 20. simpliciter *membris amplissimis*; sed idem addit *vegetior adspectus*. quae verba forte voluit Palladius interpretari.

declinat] Hanc lectionem postulabat alterum *est*. Columella simpliciter *media aetate*, *breviora cornua*, *ceruicem torosiorem*, *ventrem substrictiorem paulo*.

5. *lata fronte*] Ita recte Cresc. probante etiam Pontedera. Sic et Columella VI. 21.

et grandibus] Colum. *patentibus*, *cornibus vemustis et lenibus et nigrantibus*.

angulis breuibus] Colum. *modicis*, *et modicis cruribus*. Editiones etiam primae h. l. omittunt verba *nigris et* probante Pontedera. Vide notam ad Columellam.

trimam] Columella bimam admitti iubet, vbi vide notam. Crescentii *bimam* probat Pontedera etiam.

6. *senioribus*] Ex Cresc. verba *et sterilibus* addi volebat Pontedera; quod non necesse; dum enim aratro deputantur steriles, amouentur. Sic etiam Columella VI. 22. vnde haec sunt ducta.

Graeci] Geoponica XVII. 6.

diu ante] Duos menses abstinent Geoponica 17. c. 3. et Varro II. 5. 12.

7. *Sed his*] Columella VI. 2. *eiusmodi armentum maritima* etc.

8. *quibus*] ad armentum relatum excusari tamen potest.

propter iniuriam] ne fiat iniuria. Ita loquitur noster Martio X. 20. Nou. XIII. 5 et 6. Comparauit Foggini locum Verrii Flacci in Fastis p. 72. de robigalibus, vbi sacrificium memoratur fieri *propter sterilitatem frucum*.

Tit. XII. *quin post*] Gesner malebat *qui post*, atque ita liber Erf. Ceterum compara Colum. VI. 2.

manuescant] Colum. *cum adhuc teneri sunt*, *consuescere manu tractari*.

vt et ante] Malim *debebunt*, *et ante — angustiis*, *vt productii nulla vitientur*. Huc ducit locus Columellae, comparandus a lectore. Et in Brusch. est *productii nulla*; deinde eadem *ligantur*, poste *conspargens* habet.

2. *effectus*] Colum. *Curandum ne in domitura hos calce aut cornu quemquam contingat: nam nisi haec cauentur, nunquam eiusmodi vitia quamuis subacto eximi poterunt*. Crescentii lectionem damnauit etiam Gesner.

praesulsae] Vulgatum *praesulsi* ex Columella corrigi iussit Schoettgen.

Tit. XIII.

Tit. XIII. *generosis*] Columella VI. 27. *vulgaribus equis passim moribus ac foeminis pasci permittitur, nec admissurae certa tempora fruantur. Generosis circa vernum aequinoctium mares iungentur. — equos autem pretiosos reliquo tempore anni remouere oportet a feminis — vel ad praesepia contineri.*

2. *vastum*] Recte Isidori *validum* praefert Pontedera. Etiam Varro II. 7. *nec vastos nec minutos decet esse.*

4. *badius*] Lugd. *baidius*, propius ad Etymologiam. Qui enim alias spadiceus color est, Idem etiam badius Gellius II. 26. et rutilus et spadix phoenicei synonyma sunt — splendoremque significat ruboris, quales sunt fructus palmae arboris non admodum sole incocti, vnde spadici et phoenicei nomen est. Spadica enim Dorici vocant anulsum a palma termitem cum fructu. Eiusmodi scilicet termitem Graeci σπάδικα, alii βαΐν appellabant. Vide Hesychium in βαΐς et Geoponica X. 6. Hinc Latini *baidium* et *badium* effecerunt colorem, vt recte iam olim Hermolaus Barbarus docuit. Virgilius Georg. III. 82. *honesti spadices glaucique; color deterrimus albis.* Gratius 532. versu: *Spadices vix Pellaei voluere Cerauni.* et versu 536. *badiosque legunt in pectore crinis.* Varro apud Nonium p. 38. b. *Equi colore dispares ita nati: his badius, iste giluus, ille murinus.* Hinc recentiores linguae retinuerunt *baio, bay, vayo.* Seruius ad Georg. III. 82. *spadices, quos phoeniciatos vocant, pressos, murteos. Ipsi sunt badii.* Quae tamen verba vix sana sunt: Ibidem Philargyrius; *quales sunt fructus palmarum, neque satis diluti coloris, neque nimium pressi.* Ceterum in Sangermannensi Codice, qui Excerpta Columellae loca tenebat, locum Isidori XII. 1. de equorum coloribus adscriptum Cronouius reperit et in schedas suas tanquam Palladii locum retulit. Vnde operae visum est h. l. breuiter varietatem omnem referre. Ab initio igitur habet: *Equi ab aequando dicti, quia in quadrigis similes forma et pares cursu aequabantur. Color in equis, praecipue nobilibus badius. — giluus vero est veluti pictos oculos habens quodam splendore perfuso. glaucus vero est admixtum habens virori alborem. giluus melinus color est subaldibus. — Ceruinus quem vulgo vuaranem vocant. Eranem vulgus vocat, quod in modum aerei sit coloris.* In quibus quaedam sunt lectiones a vulgatis Isidori multum diuersae. Quod de equis addit Isidorus: *Qui autem albos tantum pedes habent petali appellantur, qui frontem albam calidi.* In libris aliis Isidori est *petuli* et *petelli* et pro *calidi*

qui *candidi*. Recte comparavit Interpres Festi glossam *Petilam juram vigilans equi albam dici* cum Stratola et ex Glossis apponit: *Persius*, [illegible] vbi corrigit *Petilis*. Item ex Glossis affert: *Callidus*, [illegible] quam scripturam probabat A. Augustinus.

russeus] Varietas *roseus* etiam in loco de ocimo occurrit infra. Factio agitatorum russea non est; colorem definire non possum.

gilbus] Alii *gilvus*. In Virgilio *Spadices glaucique, color deterrimus albis et gilvo*. Servius *gilvum* interpretatur melinum. Haec Pontedera. Murteum Isidorus ait esse *pressum in purpura*. Alias esse inter flavum et nigrum et Scaligero ad Tibullum p. 141. monet Schoettgen. *Cerulus est*, inquit Isidorus, *quem vulgo gauranem dicunt. Aeranem idem vulgus vocat, quod in modum aerei sit coloris*. Haec annotavit Schoettgen, qui tamen h. l. malebat *cerinus*.

5. *sed hoc in*] Codd. Palatini *sed et hoc* vnde Vlitius ad Nemes. corrigebat *sed non hoc*. inepte!

pascua] Haec vndecumque ducta pertinere potius videntur ad pullorum pascua, vt monui ad Columellam VI. 27. sect. 2. Sed etiam antecedens praeceptum de admissariis aliunde ductum est.

contrahunt] Colum. *detrita scilla naturalia eius linuntur quae res accendit libidinem*.

6. *urgeantur*] *neque opere neque cursu exerceantur* Colum. Deinceps Brusch. *famem frigusque*.

robur infundant] Ex lectione Cr. et Pol. compositio Columella VI. 27. 13. malim *puri copia lactis robur inf.*

7. *quinti anni*] In Columella *marem putant minorem quadrimo non esse idoneum admissurae*. scriptum legit Palladius, vbi hodie est *trimo*.

8. *biniae aetatis*] Ad vsum domesticum domandi, subaudiente Colum. trimi ad certamina.

longa] Colum. VI. 29. *et ex longo quantum figura permittit rotundum*.

difficile teneantur] Colum. *mores ex placido concitati et ex concitato mitissimi*.

Tit. XIV. *solidis ossibus*] Columella VI. 36. *membris fortibus* habet.

postea subducimus] Ex Cresc. et Pol. vulgatam correxi, quam aeque librarii corruperunt, ac Columellam, vnde haec sunt ducta.

2. *et*

2. *et quasi nuli*] Ex Pol. addidi *nuli*, quanquam in Colum. loco est *nulli*.

3. *musculoso*] Columella *pectore musculoso et vasto — cruribus compactis*. Vides igitur, Palladium obscura breuitate laborare.

4. *depelli*] Crescentius IX. 98. *cum annituli sunt, debent a matre repelli et per minores asperos pasci, vt eorum vngulae durescant, et ne itineris laborem in aetate tenera sollicitae contemnant.* Sed Pontedera ex Basileensi sic laudat: *per montes — laborem — solidati*: vbi corrigebat *et vt itineris — contemnant*. Louan editio teste Gesnero habet *contemnat*. Pontedera l. l. ita corrigit: *pasti et vngulas durent et itineris* etc. Eosdem breuiore via sic corrigo *solidato vngulas contemnat*. Cf. ad Colum. VI. 37. unde haec sunt ducta.

Tit. XV. *morbus*] Columella IX. 13. 5.

incumbere] Crescentii Edd. tres habent *incurrere*.

4. *ab allis*] Gesner non ausus erat probare hanc lectionem, ex Cresc. Louan. allatam. Vincentius libro 19. c. 107. habet *ab aliis*. Vulgatum *a balneis* refellit vel locus Columellae IX. 14. 3. qui lotum accedere iubet custodem.

AD LIBRI V.

Tit. I. *areis*] Leidensis *artis*. vnde Gronouius, I. Fk. corrigebat *vrtis* id est *hortis*.

2. *medicum premat*] Columella II. 11. *pirinat* habet.

3. *nouitas pabuli*] Pontedera ex Columella corrigit: *ne nouitas p. noceat; inflat enim.*

saepius rigat] Quis sequitur *runcato*, Pontedera malebat *rigato*.

Tit. II. *supra*] Martio X. 23.

brachiis] i. e. oleastri trunco brachiato. Plinius 17. f. 30. no. 2. *Africae peculiare in oleastro inserere — inseritur autem oleaster calamo et inoculatione.* Cato cap. 42. oleas inoculare oleae docet. Sed ipsi Graeci ita fecerunt. Theophrastus C. P. I. 7. διὸ καὶ καλοῦσι κοτίνας φυτεύσαντας ἐνοφθαλμίζειν ἢ ἐμφυτεύειν ὕστερον. ita enim oleam multo laetiorem nasci. Eiusmodi oleas ex oleastro natas Attici κοτινάδας et τραμβήλας teste Polluce I. f. 241 et VI. 45. vocabant. Idem Theophrastus H. P. II. 3. ὃ γὰρ ἐπὶ τῷ κοτίνῳ, φασὶ

ἀναβαίνειν ἄνω ἐν τῷ ἀμπέλῳ τὴν ἄμπελον, ἢ ὅλως μεταφυτεύειν φέρειν φαυλίας. quem locum vertit Plinius XVII. cap. 14.

disponemus] i. e. volemus. Ita iterum Octobri XI. 2.

mediae] i. e. dimidiae. Deinceps verba *insitivam ponemus* interpretor: ex seminario insitum suo loco ponemus in scrobe.

3. *insitivam prope infra*] i. e. insitum surculum. Gallus de Combaud apud Bernardum Memoire sur l'Olivier p. 182. qui eandem rationem oleastri inserendi docet, sic habet: *Les greffes ont été faites à fleur de terre, pour qu'en replantant ces sujets l'ente fut enterrée profondement; et que dans un cas de mortalité les rejets pussent être greffés.* Ceterum aperte Palladius respicit locum Virgilii Georg. II. 202. *neue oleae silvestres insere truncos. Nam saepe incautis pastoribus excidit ignis — Hoc vbi; non a stirpe valent caesaque reuerti possunt, atque ima suboles reuiscere terra: infelix superat foliis oleaster amaris.* quem locum puerus interpres germanicus, qui cum Virgilio et poetici ingenii facultate et rerum rusticarum cognitione comparari voluit, ineptissime de oleastris, inter arbusta plantandis, interpretatus est, etsi Victorius ad Varronem I. 40. 4. veram explicationem iam ante annos plus quam centum posuerat. Huc pertinet locus Lysiae in Orat. *περὶ σηκῆ* p. 281. vbi *πυρκαϊὰς* nominat oleas, ex truncis igni hostili combustis renatas. Inepte Taylor ibi comminiscebatur *πεύκας*, longe vero ineptius Reiskius noster vulgatam interpretabatur. Infelicem noster Insit. versu 53. interpretatur *sterilem*, quanquam sterilis vere non est. De genere arborum infelicium dictarum ab antiquis romanis scriptoribus notione bene disputauit Mercerius ad Nonium p. 163.

pullulandi] Scilicet ex insitionis nodo nouae progerminant radices, inferioribus oleastri sensim emorientibus; ex superioribus oleae paulatim pullulant stolones. Idem fit in arboribus reliquis, quarum insitio fit infra terram, docente Gallo Du Hamel in Physiologia Arborum, vbi praeterea T. II. p. 78. vers. germ. monet, in Prouincia Gallica oleam, supra oculum insitum anno primo non praecisam, fructibus exuberare.

3. *in radicibus*] Geoponica IX. 16. *τινὲς δὲ καὶ εἰς αὐτὰς τὰς ῥίζας τὰς προσωτάτας τῆς γῆς ἐπιμαντρίζουσι.*

Graeci] Hodie in Geoponicis IX. 16. legitur: *καιρὸς φύτευσις τῶν ἐγκεντρισμῶν ἀπὸ τῆς πρὸ θ' καλανδῶν Ἰανουαρίου, τουτέστιν ἀπὸ κβ' τοῦ Μαΐου μηνὸς ἕως μεσοῦντος τοῦ Ἰουνίου μηνός.* Sed libro

libro III. 4. 3. Aprilis ad olearum insitionem et inoculationem commendatur.

restabunt] Hanc lectionem Erf. probaui, cum Ernesti. Columella XI. 2. 35. *quaeqna Mense Martio post conversum aequinoctium fieri debuerunt, nunc denique quam primum exequenda sunt.*

herbis liberentur] Columella XI. 2. 35. *runcari et adhuc commoda fodiri possunt.*

Tit. III. 2. *hipposelinon*] Atrum olus ita graece, et, *eniquos* simul dici, monet Columella XI. 3. 36. vbi vmbra gaudere ait, loco qualicunque conualescere, et in pastinato seri. Plinius 20. c. 46. *Olus atrum, quod hipposelinum vocant, — quantum genus ex eodem faciunt oreoselinum, palmum alto frutice ac recto, semine cumino simili — heleoselino — Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum. — addidere quidam buselinon differens breuitate caulis a satiuo et colore radicis rufo. — Chrysippus feminam esse dicit crispioribus foliis et duris crasso caule, sapore acri et feruido. Dionysius nigriorem, breuioris radicis, vermiculos gignentem; ambo neutrum ad cibos admittendum.* Idem 17. c. 37. *Quod sponte in humidis nascitur helioselinum vocatur, vno folio nec hirsutum; rursus in siccis hipposelinum pluribus foliis, simile helioselino. Tertium est oreoselinum citratae foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum. Et satiui differentiae in folio denso, crispo, aut rariore et leniore; item caule tenuiore aut crassiore; et caulis alterum candidus est, alterum purpureus, alterum varius.* Quorum partem habet Theophrastus H. P. VII. vbi helioselinon ait esse μανόφυλλόν τε καὶ ὀ δασύ. vbi Plinius legit μανόφυλλον. Hipposelinum Theophrastus ait esse folio simile helioselino sed δασὺ καὶ μεγαλόπαχυλον. vbi δασὺ pluribus foliis interpretatur Plinius. De reliqua caulium varietate eadem Theophrastus H. P. VII. 4. Ceterum Albertus, vbi h. l. refert, pro *asperis* habet *asperis.*

apios] Albertus: *magnas radices habebunt et folia permaxima, si da semine* etc. Itaque h. l. integriorem legisse videtur. Apios dixit Palladius vt porros.

clauseris rariore] Vincent. *clausum rariore breui.* Ceterum Columella XI. 3. 33. vbi eadem exstant, fieri ita ait apium lati folii. Apii coliculos condit Columella XII. 7. Radices apii, quomodo maiores effici possunt, tradit Aristotel. Problem. XX. 8 et Geoponica XII. 23. Ceterum verba *haec omnia — diligentes* omisit Vinc. sed altero loco in Sp. Nat. habet

habet editio Dunc. *haec omnia — diligentes in horti cultura.* Eleoselini radices inprimis cultum hortensem quaesiuisse, docui ad Columellam XI. 3. 33. Hoc vero est apium Linnaei latifolium, hodieque ob radices cultum in hortis. Oreoselinum et petroselinum Linnaeo dicuntur apium petroselinum; crispum a petroselino primus distinxit olitor Britannicus Miller, et inter veteres medicos Chrysippus, vt ex Plinio constat. Sub apii eleoselini nomine veteres comprehendisse videntur apium latifolium Linnaei et dulce Italorum *Selleri* ob radices cultas. Siluestre vero apium, quod medici suprimis laudabant, videtur fuisse illud, quod Linnaeus graueolens dixit, quoque officinae nostrae hodieque vtuntur. Petroselini similitudinem cum cicutae foliis norunt hodie vel mulierculae. Smyrnium apium Apuleius apud Vincent. S. Nat. X. 22. minus esse ait satico, et crus habere concauum ad albedinem decliue. Intelligi petroselinum Macedonicum, cum aliis censebat Harduinus ad Plinium; id vero Linnaeo est Bubon macedonicus. Vegetius Mulom. III. 68. 2. petroselinum macedonicum nominat; sed quodnam genus intelligi velit, dubium est. Rectius alii cum Linnaeo hipposelinum interpretantur Smyrnium olus atrum Linn. De smyrnio seu olere atro ex Theophrasto H. P. VII. 6. Plinius 29. c. 48. radicem myrrhae odorem habere tradit 29. c. 62. Romae vsum smyrnii fuisse frequentissimum, testatur Galenus Alim. Fac. I. c. 52. Oleris atri et florem antequam folliculo exeat lectum condiri monet Columella XII. 7. 1 et 4. Ab apio iterum distinxit Columella XI. 3. 18. et separatim vtriusque cultum docuit. Ex Dioscoride III. 79. descripsit Plinius 27. c. 109. caulem habet apii, folia latiora, odorata, radicis corticem nigrum et semina nigra. *Ad obsonia*, inquit, *vtuntur cum mulso et oleo et garo, maxime in elixis carnibus.*

3. *Atriplicem*] Breuius Columella XI. 3. 42. Est atriplex hortensis Linn. Graeci χρυσολάχανον a colore dixerunt; Galli *Arroche*, *Bonne-dame*, Nostri *Melde*; in hortis et in medicina nunc contentum. Albertus male h. l. retulit: *semen et fimum statim non spargitur — et succo laetaminis paludoso adiectum — semper amputandus, quia tunc pullulare n. c.*

4. *Nunc otiosum*] Vide ad Colum. XI. 3. 29. et infra Octobr. XI. 5.

Albos] Sub canis ortum pallescere, ex Theophrasto H. P. VII. 5. dixit Plinius 19. c. 57. Theophrastus quidem albescere, λευκαίνεσθαι, dixit.

serpyllum

serpyllum] Crede potius Theophrasto C. P. V. 8. Sisymbrium in mentham et ocimum in serpyllum quomodo mutetur, explicanti. De ocimo sic: τὸ δὲ ὤκιμον τὸ ἐν ἡλίῳ πολλάκις κείμενον ἀφερπυλλᾶται, διὰ τὸ καταξηραίνεσθαι μᾶλλον. καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἔλαττον γίνεται, καὶ ἡ ὀσμὴ δριμυτέρα τῶν ξηρῶν, ἐλάττων γὰρ καὶ ἡ τροφή. Nulla igitur seminis culpa est.

5. *plantaria*] Pro *plantis* dixit, si lectio sana est. *Calocasii* scriptum habent libri etiam Februar. XXIV. 14. Plantaria creari et solidari dixit Martio IX. 2. Octobr. XII. 4. Sed *plantaria* aperte pro plantis dixit cum nostro Virgilius Georg. II. 27. Scilicet graece φυτευτήριον dicitur. Vide Xenoph. Oecon. 19. s. 13. Theophr. C. P. III. 6. de viua radice. Pollux I. 12. Et recte cum Seruio Isidorus: *plantaria quae ex seminibus nata sunt et cum radicibus et terra propria transferuntur.*

Tit. IV. *Ziziphum*] Plinius 17. s. 14. *et zizipha grana seruntur mense Aprili.* Idem 21. s. 27. de floribus coronariis: *item zizypha quae et Cappadocia vocantur. his odoratus similis olearum floribus.* Idem 15. s. 14. *aeque peregrina sunt zizypha — ex Syria. Sex. Papinius, quem consulem vidimus, primus vtraque attulit, diui Augusti nouissimis temporibus, in castris sata baccis similiora quam malis; sed aggeribus praecipue decora, quoniam et in tecta iam siluae scandunt. Tuberum duo genera, candidum et a colore syricum dictum.* Geoponica X. 3. zizyphum auulsis stolonibus plantari monet; et cap. 43. surculos addunt ex media arbore sumendos esse. Rutilam et albam zizyphum florem apibus gratum habere ait Columella IX. 4. Plinium historiam tuberum et zizyphorum confudisse putant viri docti quidam; quod nemo alius duo tuberum genera memorauit, et Glossaria vetera graeca zizypha interpretantur συρικὰ vel σηρικά. Galenus etiam Alim. Fac. II. 32. fructum agrestem Asiae σηρικὰ appellat, sed hodie ignotum, nomine tenus saltem. Zizyphum albam esse quae Cappadocica, flore odorato dicitur Plinio, cum aliis posuit etiam Bodaeus ad Theophr. p. 329. Zizyphum rutilam hodieque in insula Creta zinziphion dicitur, auctore Bellonio Obseruu. I. 18. Idem II. 3. Zizyphum albam in sepibus agrorum reperit satam, fructumque per vrbes diuenditum vidit sub antiquo nomine, quod memorauit etiam in albo genere Rauwolf. Zizyphum albam putant esse, quae Linnaeo Melia Azedarach dicitur, in Hispania hodie et Lusitania frequen-

4. *aquanda*] Gesnerus lectionem *aquanda* probans interpretatur quae aquari possit. Vulgatam tamen esse ait pro inter aquandum.

7. *secandi pap.*] Ex Columella IX. 14. 9.

AD LIBRI VI.

Tit. I. *et milium*] Cresc. XII. 5. *Item in locis frigidis et humectis nunc seruntur fascoli milium et panicum.*

dixi] Martio III.

florent] Cresc. XII. 5. *prope florent.*

florent autem sic] Haec verba recte omisit Vincentius; igitur inclusi. Totum h. l. transtulit sed male interpretatus est Albertus: *Quaecunque autem eorum habent semina singula in siliqua una sicut frumentum et hordeum et caetera grana frugum octo — vsque ad maturitatem perfectam. Quaecunque vero plura habent semina in siliqua vna — pisum et similia.* Vnde tamen malim h. l. *frumentum* id est triticum legere.

singularis] Cresc. III. 7. *mense vero Maio non sunt tangenda frumenta quia florent octo diebus, deinde flore deposito diebus 40. grandescunt vsque ad — euentum. Item dicit Palladius de ordeo et de ceteris, quae sunt seminis sing.*

duplicis] Vide ad Columellam II. 12. 10. vnde haec ducta sunt.

sicut faba] Crescentius III. 8. *mense Maio et Iunio faba quadraginta diebus floret, simulque grandescit* (antiqua mea *grandescunt.*) *idem est in omnibus qui sunt seminis duplicis vt pisum et cetera legumina.*

2. *calidis*] omisit hoc vocabulum Cresc. XII. 5. qui habet *locis maritimis et calidis recidamus foena prius quam exarescant — fuerint, non ante — pars ipsorum — siccetur.* vbi antiqua mea omisit *non* post *fuerint.* Vincentius Duacensis VI. 64. habet *arescant. — sicca est.* sed Norimb. *siccata est.* Crescentius iterum h. l. excerpsit VII. 3. *post pluuiam non debet conuerti antequam pars ipsius summa siccetur.* vbi antiqua mea cum Louaniensi a Gesnero comparata negationem similiter omisit. Ceterum Cresc. addit: *Si vero eo reuoluto superueniat pluuia, omnino destruitur, nullius vtilitatis existens foenum.* Ceterum ducta haec ex Columella II. 19.

Tit. II. *vitis quae*] Ex Columella IV. cap. 6. ductum est caput.

2. *pampi-*

2. *pampinari*] Recte Albertus. *In frigidis terris oportet pampinare — sed in ardentibus locis potius operiendae sunt vuae quam pampinandae.* Vide supra I. 6. 4.

Tit. III. *pingues*] Crescent. XII. 5. *hoc mense pingues agri et qui diu aquam tenent proscinduntur cum omnes herbas protulerint, et eorum semina nondum maturitate firmatur et sicci possunt secunda vice arari.*

coenae] Compara Columellam II. 2. 9. ibique notas.

2. *capita*] Columella *ora* dixit.

3. *turba collecta*] Hanc lectionem probauit iam olim Barth. 37. 3. qui tamen alibi, 32. 4. cum Rigaltio in Indice Agrimens. ex h. l. laudat *saxorum attina.* Sunt autem *attinae* lapides, se mutuo continentes, in speciem macerierum congesti, monente Siculo Flacco de Condit. Agror. p. 4 et 6. Haec monuit Schoettgen. Ceterum totum hoc caput est ex Columella II. 2. 9. vbi vide notas.

Tit. IV. *occare*] Columella XI. 2. 40. *Arbores quoque tempus est ablaqueatas circumfodere et opirire.* Idem c. 46. *circumfossae aggerari debent arbores.* Est igitur *occare* h. l. idem quod *aggerare*, nisi sit plane vitiosum. Ceterum Codex Barthii, teste ipso 37. c. 3. habebat scriptum: *et vitea, quae oleis ac lupino vertendo ablaq. fuerant.* Quod supplementum ex lemmate irrepsisse, recte monuit Gesner.

ad rudem] Satis ridicule Gesner interpretatur instrumentum culinarium, rudiculam coquorum, quam nostri *Quiri*, *Querrel* vocant. Cresc. et liber Polit. *ad rudem* plane omittunt. Sed materies ad aedificia nec ad ridicas vel palos mense Maio sed Ianuario caeditur, teste Colum. XI. 2. 11. Nihil tamen melius huc vsque excogitari, nisi vt *ad ridicam* legamus.

modii spatium] Modius est tertia pars iugeri, cui pedes 80. in longitudinem, 40. in latitudinem definiunt Fragmenta Agraria p. 264. monente Schoettgen. Quid igitur, si huc traham locum Columellae XI. 2. 40. de arboribus ablaqueatis circumfodiendis: *vna opera nouellas circumfodiet arbores octuaginta, mediocres LXV. magnas L.* Videant peritiores.

2. *fodiuntur assidue*] Cresc. XII. 5. addit: *et vineae secunda vice ac etiam pampinantur. Item in locis praegelidis ac — eius muscus abradatur.*

muscus] Columella XI. 2. 41. *emuscantur* habet.

seminauit.] Columella XI. 2. 44. *qui sapinum sibi corondi agri causa serit, nunc demum aratro subuertit.* Ante ius fieri hoc volunt Geoponica III. 5.

Tit. V. *destinantur*] Ex Columella XI. 3. 11. *melones*] Creso addit *citrulli cucurbitae — cardui* (antiqua mea *cardines*) — *pangetur — vt irrigationibus augmetur, et optime caules et cepae transferuntur hoc mense, item seritur portulaca, et quocunque tempore seratur, calido tempore tantum, nascitur.*

Tit. VII. *stanneis*] Ex Vinc. hoc posui pro *stagneis.* Columella VI. 26. habet *ligneis*, quod h. l. restitui voluit Schoettgen. Vide ad sect. 4.

3. *dulciore*] Barth corrigebat: *viridis comae dulciores aqua roris.* Contra Gronou. Obseruu. II. 16. *coma dulcior a sagina roris.* Pontedera praeferebat lectionem *dulciora*, monet tamen, in Columella nihil horum esse: *Sequenti*, inquit, *triduo velut aeger, cacuminibus arborum et desecto viridi pabulo oblectandus, prohibendusque multa potione.* Ex locis, a Gronouio positis, solus Solini locus accommodatus est, vbi legitur: *fontem humore supero saginatum* quanquam diuersus est paulo fons humore saginatus ab herba, rore saginata.

4. *Alligato*] Idem genus docet in equo Apsyrtus Hippiatric. p. 238. *κατακλίναντα τὸν ἵππον. καὶ καταλαβόμενον τοὺς πόδας ἐκλαμβάνειν τὰς ὄρχεις ἴσας καὶ ἀποδεσμεῖν τῇ ὀτοκαβδῖ καὶ τέμνειν τὴν περὶ αὐτὰς βύρσαν μόνην ὅσον ἱκανόν, δι' ἧς ἐκβληθήσονται. τέμνων δὲ ἐκθήσεις πόρπακας λινᾶς ἢ κανναβίνας παρ' ἑκάτερον ὀνο. καὶ τότε τέμνε τὰς χιτῶνας, εἶθ' ἕτως ἔκθλιβε καὶ καυτηρίῳ ἀπότεμνε τὰς κρεμαστῆρας παρ' αὐτὸν τὸν ὄρχιν, προστιθεὶς ἐκ τῶ ὀπίσω μέρους, μὴ κατὰ τὴν ἐμπροσθίαν. ἔτω δέ σοι καυτήριον ὡς ὅτι διάκυρον, ἵνα ἐν ἑνὶ ὠφέλῃς, εἰ δὲ μὴ χειδευτέρῳ.* Ex quo loco apparet, regulas esse, quas Apsyrtus *πόρπακας* seu fibulas dixit. Ita Vegetius II. 41. 3. regulas oleagineas dixit in eadem chirurgia, vbi Hippiatrica p. 81. *πόρπακας μυρινίνας* nominant. Regulae igitur *ligneae* h. l. male conuenire videntur, cum Apsyrtus *lineas* aut cannabinas adhibeat fibulas. In altero genere castrationis Columella *ligneas* Palladius *stagneas* adhibet regulas; sed neutras probauit iam olim Conr. Gesnerus et *ligneas et cannabinas* praetulisse videtur. Celsus VIII. 10. de offibus reponendis: *ab ea parte in quam esse inclinat*, inuolutam lana regulam obiecit, atque ita deligan-

deligando, assuescere iterum vetustae sedi cogit. Ex quo loco illud saltem discimus, regulam dici rem et instrumentum quodcunque, quo situm membri vel partis tractandae regimus; vt h. l. regulae sunt fibulae, quae testes eorumque neruos seu ductus deferentes comprehensos rectos et strictos tenent, donec testiculi et neruorum pars ferro ablati fuerint. Deinde ex loco Apsyrti et rei natura manifestum est, h. l. legi debere: *testiculi, scissa pelle, qua tenuantur — vnoque ictu sic moram doloris — vstis venis ac pellibus a fluxu sanguinis plagam cicatrix — defendit.* Recte enim Cod. Polit. et Crescentius vocem *strictis* omittunt. Venae h. l. sunt, quas supra cum Columella neruos dixit, scilicet ductus deferentes vasorum seminalium. Equorum castrationem, plane diuersam ab his omnibus rationibus, θλίψει tamen similem, in Oriente et Syria vsitatam tradit Laur. Rufus, italice versus cap. 98. p. 49 et 50.

strictis plagam] Inclusi verba a R. et Cr. omissa et plane aliena ab hoc loco, licet defendere conatus est Gesner.

Tit. VIII. *nunc ouium*] Cresc. IX. 70. *temperatis vero mense Maio (nam* interserit antiqua mea) *celebranda est tonsura.* Cf. Columella VII. 4. 7. Geopon. 18. 8.

medicemur] Ita tres libri pro *medicemus.* Cresc. *hoc modo iuuabis — decoctum — veteris, eisque miscebis amurcani, quibus in vnum — redactis tonsas oues linire curabis, 2. triduum, si mare — si vero aliis locis pascimus — sub diuo — ouium tonsarum et vncta membra — modo si curaur.* antiqua mea omittit *si.*

Tit. IX. *pellicula*] Reliqua ducta sunt ex Colum. VII. 3. hoc vero Geopon. XVIII. 19. τῆς ἀνοικιδίου ὄρχεως ὁ ἐκεῖνος ἐνδοθεν τῆς κοιλίας ἀπόκειται τῇ κόπρῳ. Vide notam Niclas ad c. 11. p. 1187. meam ad Aeliani H. A. XIV. 7. et ad Friderici II. Reliqua p. 167.

cui serum] Vincentius Duac. XXII. c. 62. habet *quorum — arguatur, vbi vero solidari — in opaco ponendus est aut frigido.* Item ibidem cap. 59. habet *coagulis, agni vel haedi vel etiam pellicula — ventriculis.* Isidorus Etymol. XIX. c. 2. *caseus — nam serum ei omne educitur vt ponderibus arguatur.* quae verba repetiit Vincent. Bell. p. natur. XXII. c. 54. Quod libri scripti *quagelis* vel *quagulis*

gulis habent, simile est ei vocabulo, quod habet Isidorus l. c. *quactum quasi coactum* et *quasi coagulatum* etc.

acquisita] Ita praeter libros supra laudatos habet etiam Cuba in horto, monente Pontedera, qui indidem *adactis* refert, quod mutat in *adauctis*. Columella VII. 8. *sed cum paulo solidior casius factus est; pondera superponuntur.* Etiam Vincent. Duac. libro 22. habet: *adactis pro acquisita — dies soliditate iam formulae.*

2. *siccus sit*] Excidisse verba: *aut salsus*, quibus tertium casei vitium significetur, recte monuit ex Columella Pontedera. Ceterum Vincent. Duac. libro XXII. habet etiam *evenit si aut — accipiet — calore salis.*

3. *pigmenti*] Quod libri alii habent *condimenti* est et glossa. Caelii Aureliani locum Acut. II. 19. recte comparavit Barth 37. 3.

Tit. X. *ὄξος*]. Cresc. IX. 98. *Mense maio ut Palladius scribit incipiunt augeri examina et in extremis — sed graecis κηφὴν dicitur hoc genus apis, quia requiem — necari debemus.* sed antiqua mea: *sed graeci cesereos vocant et vocari iubent quia* etc. Idem Cresc. XII. 5. *item ut Palladius dit debent nunc occidi reges apum qui graecis κηφὴν vocantur, qui hoc tempore nascuntur — item papiliones necandi sunt modo praeditto.* sed antiqua mea: *quos graeci oestros vocant.* Vide ad Columellam IX. 14. 4.

quiescentis] Libri scripti lectionem *quiescentis se* defendebat Barth comparato loco: *requierunt flumina cursus.*

dixi] Aprili VIII. 7.

Tit. XI. Quae hoc capite traduntur, accuratius iam sed verbis diuersis tradita legis supra I. 9. vbi vide notas. Plinius 36. 1. 62. subdialia haec pauimenta tracta tepente probat, fallere ait, *vbicunque imbres gelant.* Alia sunt subtegulata. Compendium Archit. c. 19. *Sub diuo aliquem vitandâ sunt* (finita addit Vatic. 1.) *pauimenta, quibus frigore et humore saepe corrumpuntur.*

substernemus] Ita recte Pol. Vulgo *supra constituemus.* Supra est: *si stratis super paleis vel silice.* Vnde h. l. malim etiam *galeas.* Polit. etiam *silices* offert. Deinceps vocem *aequaliter* inclusi, velut inutilem. *aequare saxo* dixit, quod supra *statuminare.* Compendium: *et pavimentum aut silicem super aequaliter sternes et loricabis de saxo, quod m. p. implere.* vbi Cod. Vatic. 1. *ludificabis*, Vatic. 2. *indicabis.*

2. *cana-*

2. *canaliculos*] Vitruuius VII. 1. vnde haec ducta sunt, bipedas vocat, *tegulas bipedales, habentes singulis coagmentorum frontibus excisos canaliculos digitales.* Compendium *tegulas quadratas bipedales* vocat. Ceterum idem glutini genus hodieque in structura aquaeductuum adhiberi, addita tantum gossypii lana, monet Galiani ad Vitruuium.

iungemus] Compendium: *calce viua ex oleo temperata frontes tegularum, qua canaliculi erunt, implebis, et sic iunctas supra rudus compones, vt margines tegularum cum calce comprehendere possint.*

testaceum] Compendium: *postea nucleum sex digitorum induces et frequenter fricabis, ne setas faciat.*

3. *virgis verberamus*] Erf. omissis *virgis* habet *verberemus.* Pauimenta Vitruuius et Plinius aequant et poliunt cote, quod *despumare* et *depolire* cote dixit Plinius 36. f. 62 et f. 63. Vitruuius VII. 1 et 4. rudus vero inductum aequatur et solidatur fistuca vel vecte. sed in hoc ipso pauimento Vitruuius: *supra nucleus inducatur et virgis caedendo subigatur;* alibi baculos nominat in eo opere.

paginas] Supra I. 9. in pauimento subtegulano nominauit marmora, tesseras et scutulas. Sunt igitur hoc loco *paginae* eaedem quae scutulae. Vitruuius autem in pauimento subdiuali nominat priore loco tesseram grandem, in altero eandem cum spica testacea; in subtegulano, sectilia seu tesseras, sectilium nomine scutulas, trigona, quadrata et fauos (i. e. hexagona) comprehendens. Deinde spicata Tiburtina seorsim nominat testacea: vbi sectilia esse quae Itali hodie *commesso*, tesseras vero, quae *mosaico* vocant, cum Perralto recte censet Galiani. Scutulas interpretatur rhomboideas, spicatum vero appellat *ammattonato a spina di pesce,* quia lapilli vel tesserae ad perpendiculum iuxta se committuntur. In Compendio Archit. est: *et tesseram duorum aut trium digitorum latam supra imprimes, aut tabulas quam magnas cuique marmoreas, vt nullo modo fabrica vitiari possit.* Formam eiusmodi pauimentorum videbis expressam in tabula VII. addita Descriptioni Antiquitatum insulae Cuprorum auctore Norb. Hadrawa Dresdae 1794.

Tit. XII. *lateres*] Scilicet *crudi*, qui *cocti*libus opponuntur. Crudis romani et Graeci olim aedificia struebant. Locus est egregius Varronis apud Nonium in *suffundatum*, vbi legitur. *Antiqui nostri domibus lateritiis paululum mollibus lapidibus suffundatis, vt humorem effugerent, habitabant.* Lateres scilicet crudi humore diffluunt. Vide quae monui

de Graecorum aedificiis lateritiis ad Xenophontis Memorab. III. 1. p. 149. et ad Histor. Graec. V. 2. f. 5. Hispani hodieque iisdem vtuntur et aedificia exstruunt, inprimis in America Septentrionali *Adoues* vocantes. Vide notas meas ad Ulloae Notitias Americanas germanice conuersas T. II. p. 311. Nuper hic etiam in regno Brandenburgico vsum horum laterum reuocare coeperunt ad vsum vulgarium aedificiorum.

vel creta] Vinc. *et creta*. Vitruuius II. 3. *ex terra albida cretosa, siue de rubrica*. Plinius 35. f. 49. *e cretoso et albicante aut ex rubrica*. Vnde patet, veram esse lectionem Vinc. De rubrica vide ad Varron. I. 9. Compendium Architecturae: *ex terra alba, ex creta, ex rubrica aut sabulone masculo*. vbi miror, vnde sabulonem duxerit.

cute] Lectionem *crate* in tribus Codd. repertam a se probat Gronou. Obseruu. III. 18. comparato loco nostri Septembri X. vbi soli cratem dixit minus solidam. Humani corporis luteam cratem dixit Prudentius Cathem. Hymno VIII. Elephanti corium Sidonius in Burgo Leontii dixit *cratem natiuam*, Seneca *crustam*, Plinius XVII. 4. *corium* dixit. Haec Gronouius. Sed recte probat vulgatam Schoettgen, quia Vitruuius II. 3. vnde sua duxit Palladius, ita: *quod summum corium sol acriter cum percoquit efficit vt videantur aridi*. Compendium: *et quasi integri videntur: postea humor interaneus dum siccatur contrahit frontes et fissuris diuidit*.

sint vero] Haec Vitruuius aliter docet, qui didoro genere Romanos vsos esse monet, quod pedem longum semipede latum fuit.

Tit. XIII. *Rosato*] Crescentius V. 47. Mel rosatum ita conficit. Primo mel spumatur, deinde coletur, postea addantur folia rosarum abiectis stipitibus et quibusdam albis quae sunt in parte inferiore et minutatim incisa ponantur et fiat decoctio aliquantula et signum decoctionis eius est odor et color rufus. In septem libris mellis vna rosarum ponatur, per quinque annos seruari potest. quae minus integra ex Plateario habet Vincentius X. 135. Geoponica VIII. 2. vinum rosatum (ῥοδίτης οἶνος) appellant, sed aliter parant.

purgatae] In rhodomelitis confectione Geoponica VIII. 29. rosae montanae, vt odoratioris, folia ξηροτριβεῖν adhibent. Dioscorides I. 130. interpretatur in rosa ὄνυχα seu vnguem τὸ λευκὸν ἐν τῷ φύλλῳ et Plinius 21. f. 73.

foliorum

foliorum partes quae candidae vngues vocantur. Hinc ὀνυχίζειν ῥόδα apud Dioscoridem I. 53. Apicius I. 4. *folia rosarum alba sublato.*

Tit. XV. *oleo roseo*] Crescentius l. c. quidam decoquunt rosas in oleo communi et colant; alii terunt rosas virides et in oleo et vase vitreo soli exponunt per dies 50. et hoc est bonum. Vocem *mellis* alieno loco intrusam et a Vincentio omissam inclusi. Oleum enim ita non fit roseum, sed mel rosatum, si admisceatur mel. Asclepiades apud Galenum Medic. sec. loca IV. c. 7. λοβὲς dixit, vbi vide Cornarium Comment. p. 398 et 546. Indi hodie oleum rosarum essentiale colligunt admistae aquae innatans, quod Britanni *Otter of Roses* vocant, docent D. Monro in Transact. of the R. Society of Edinburgh. Vol. II. Postquam haec scripseram, incidi in locum Macri de herbis I. c. 16. qui de oleo rosato sic tradit: *Dicam Palladius quid scripserit inde peritas; quod rubeum fuerit foliorum sumito floris. vncia sic purgatorum mergatur olui in libra. vitreo sic claudens omnia vase sub phoebo tantum septem suspende diebus; inde medelarum varios seruetur ad vsus.* vbi vulgo editur *rubrum* Cod. Biblioth. Paulinae Lips. et Vincentius S. N. X. c. 134. habent *rubeum*; deinde vterque *mergatur* dedit pro vulgato *iungatur.* Atque ex hoc loco fit manifestum, vitiosum *mellis* ortum esse ex varia lectione *mergis.*

Tit. XVI. *rhodomeli*] Geoponica VIII. 29. parant etiam, vbi vide Niclasii notas.

Tit. XVII. Geoponica XI. 18. segetem viridem ordei cum radicibus euulsam vasi fictili non picato indunt, et rosarum flores silentes addunt, deinde vas clausum recondunt. alios monent segetem hordei viridem in pauimento substernere rosis; denique quosdam in arundinem viridem fissam immittere calyces rosarum seu flores silentes, et leniter papyro obligare, ne aeri sit aditus eo. Vincentius Sp. natur. IV. 95. Volentes habere rosas in die natalis domini ligant in principio Maii rosarium secundum omnem sui porum a principio stipitis vsque ad vltimitatem rami obstringendo, postea vero vnctuosum et humidum a terra veniens vsque ad ventrem stipitis et ramorum multiplicatur in substantia ibique calor quiescit, quia exhalare nequit; et tunc rustici per septimanas tres aut per mensem ante Natiuitatem domini soluunt a ligamentis ramos et stipitem,

pitem, et tunc de vigore informatione virtutis exit vapor ille multiplicatus in formam verarum rosarum. Ceterum rosas clausas medio aeuo virgines dicebant, docente Cangio in Glossario. Florum quorumcunque gemmas cum pediculo longo, et cera sigillatoria oblito deinde decerptas, cum florere volueris, aquae nitro vel sale communi mixtae indere iubet Britannus in Gentleman's Magaz. Septembr. 1753. et in Physikal. Beluſtig. Parte XXII. p. 909. Seneca Epiſt. 122. *qui hiems concupiſcunt roſam, fomentaque aquarum calentium et calorum apta mutatione bruma lilium florem verum exprimunt.* Ceterum roſas eiuſmodi veteres *coniuos* vocabant. Glossae *cohiuum* vel *coniuum* κάλυξ ῥόδου μαμμάς. Vide ad Feſtum in *coniuola.*

AD LIBRI VII.

Tit. I. *aquam ſpargunt*] Ita etiam legitur ſupra I. 36. 1. ſed ex Columella II. 20. erit corrigendum *fabam.*

Tit. II. De meſſe plura ſunt translata ex Columella II. 9. 15.

folliculis] Albertus ex h. l. *filiquam* dixit.

ordei culmos] Creſc. addit: *quos pinguiores dicimus.* vbi antiqua mea *pignores.* in quo forte vocabulum Italicum *pignolo* latet. Albertus ex h. l. *hordei et quenas culmi aliquantulum poſt meſſem iacebunt in agro donec compluantur, hoc enim modo feruntur grandeſcere in farina et citius per tribulos a calidis cum triturantur, ſeparari.*

2. *abſcinditur*] Ita recte Vinc. et Creſc. Vulgo erat *abſciditur.* Deinceps Vinc. *cognoſcas* — *floreſcit* habet.

flaueſcat] Quae poſt haec addit Creſcentius, inſeri h. l. volebat Pontedera. Vide varietatem lectionis. Albertus: *ſpicarum multitudo aequaliter alba eſt.* Bruſchiana *maturato robore* habet.

3. *baſternarum*] Lugd. *vaſternae.* Ceterum ipſum vehiculum eſt quod vallum dixit Varro I. 50. vbi vide notas. In agro Piceno modum iſtum obtinere ait Varro. Piceno vero agri quidam Gallici contributi olim fuerunt teſte Columella III. 3. 4. *Baſternae* ſimiles lecticis et antiquis et noſtris, matronarum et hominum mollium rectae deſtinatae, a duobus animalibus portabantur, teſte Iſidoro Origg. XX. 12. Vide de his egregie diſputantem Cangium in Glossario

Glossario Lat. sub. h. v. Gesner laudauit Schefferum de Re Vehic. II. 6. p. 116. 120.

Tit. III. *vineta occabimus*] Ante haec verba vulgo punctum ponitur. Mecum facit Brusch. quae deinceps *resecamus* habet.

cineri mistum] Ita etiam Varro I. 58. seruat fabam et legumina alia.

2. *procedat*] Columella II. 10. 12. *incrementum capiat.* Albertus: *procedat exorta excussa et refr. ponatur in saluo et tunc gurgul. aut nullo modo habebit aut minus infestos.* Idem *vellget* ex h. l. habet. Crescentius ex Alberto sua duxit, certe verba quaedam eius Palladii orationi admiscuit.

reponatur] Vulgatum *ponatur* ex Cresc. correxi. Pontedera laudat ex eius libro III. 8. *reponatur in horreo.* sed ibi Basil. *ponatur* habet cum antiqua mea.

feritur] Ita recte Vinc. pro vulgato *feretur.* Columella II. 10. 1. *spargitur* dixit.

Tit. IV. *betas et radices*] Geoponica III. 6. cum opio nominant amarantum et althaeam.

Tit. V. *diximus*] Maio 6.

pira] Vide Iulio III. 1.

2. *narrauimus*] Martio. X. 28.

Tit. VI. *vt dictum*] Maio VII.

Tit. VII. *reditum*] Librorum *redactum* probat Gronou. Obseruu. I. 19. Vide supra ad I. 19. 2. et de argumento compara Columellam IX. 15.

crates fauorum] Ita dixit imitatus Virgilium Georg. IV. 214.

mella testantur] Ex lectione Lugd. Gronou. Obseruu. II. 16. efficiebat: *mature mellatur* vel *matura mellantur*; vnde *mellatio* dicitur. Inepte.

3. *sabanum*] Sequioris aeui vocem explicat Isidorus 19. c. 26.

musti (more)] Vocem *more* tolli iussit Gronou. Obseruu. II. 16. recte. Omittit enim Brusch. cum Crescent. et Vincentio. Ex Columella IX. 15. *dum musteus fructus deferuescat.* Schoettgen malebat: *calore musteum deferuescat.*

4. *siue aqua*] Legendum esse *similiter*, docui ad Columellam IX. 16. Vide tamen ibidem quae ex Crescentio monui.

6. *haec signa et cum*] Ex libris scriptis *hac signi* malebat Gronou. ad Liuii 32. f. 37.

7. *vel apii*] Columella IX. 9. 8. *vel apiastri* habet; vnde Bodaeus ad Theophr. p. 576. malebat *apiastri* vel *apitri*.

nisi forte pleniores] Columella IX. 10. 1. *sine pilo sine spiculo, nisi quis forte pleniorem quasi capillum quem in ventre gerunt, aculeum putet*. Vnde apparet, h. l. vitiosum esse, etsi sic etiam Cresc. exscripserit, monente iam olim Morgagni.

9. *velut vber*] Harduinus ad Plinium IX. 16. *tuber* corrigebat.

erosis] Columella IX. 13. 10. *obductas cerae erodunt exerentes capita*.

Tit. IX. *Aegyptios*] Geoponica II. 15. hos non nominant, vbi idem experimentum tradunt, et ortum caniculae ponunt decima nona die Iulii mensis. Sed I. 8. vigesimam ponunt. I. 9. vigesimam quartam. Scilicet diuersi diuersarum regionum auctores ortus tradunt. Columella XI. 2. 93. Septimo Cal. Augustas Canicula apparet. Idem f. eadem Procyonis ortum matutinum Idibus Iuliis assignavit. Dies a Palladio positus conuenit coelo Aegypti accurate, vt monuit Pfaff. p. 67. Vim caniculae et effectum ad omnes fruges pertinentem, si purus et mitis aer genitalem illum lacteumque succum transmiserit in terras, obseruauit Plinius 18. f. 69. Hinc olim Cei armati obseruabant diligenter ortum Canlculae, docente Cicerone de Divin. I. 57. et Scholiaste Apollonii Rhodii ad Argon. II. 500. et 528. De eadem re tradit Manilius Astron. I. 391. De Aegyptiis affirmat Horapollo Hierogl. I. 3. Experimentum vero ipsum proprie pertinere videtur ad Aegyptios, quorum sementis nisi post Nili inundantis recessum fieri non potest. In libro de Plantis sub Aristotelis nomine edito cap. 7. legitur: *ὀλίγιστα τῶν φυτῶν ἐν θέρει φυτεύεται μετὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ κυνὸς. ἐν ὀλίγοις δὲ τόποις γίνεται ἡ τοιαύτη φυτεία, καὶ ὀβέλοτε γίνεται εἰ μὴ ἀραιᾶς ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τήνδε τὴν ὥραν, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ἑ γίνεται ἡ φυτεία εἰ μὴ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ.* vbi Alberti versio pro Roma nominat *Coronyam*.

Tit. X. *medistatem*] Discum hodie vocant botanici. Anthemin floribus melinis Plinii 22. f. 26. intelligi, patet. Oleum chamaemelium laudant medici graeci in variis morbis. Vide Dioscoridem III. 154.

Tit. XI.

Tit. XI. Plinius 14. c. 18. oenanthinum fit e labrusca, hoc est vite silvestri. Flores eius libris duabus in musti cado macerati post 30 dies mutantur. Ita ille de vinis factitiis ex Dioscoride V. 33. Vnde apparet, titulum huius capitis esse male excogitatum a librariis. De rosato vino supra Maio 13. De florum oenanthes vsu in vino concinnando vide infra ad Octobr. XIV. 9. Intelligitur vtrobique vitis labrusca, etiam Linnaeo dicta, quam arbustiuam altero in loco vocat Palladius.

quo rosatum] Vide Maio 13.

Tit. XII. *Alfita*] Vulgatum titulum *De Allica* notitiis reliquorum scriptorum repugnare et potius polentae conuenire, cum Bruyerino de re cibaria V. 12. monuit Gesner, quem miror in lectione Lugd. *Dialfita*. veram non perspexisse latentem lectionem. Plinius 18. c. 14. de hordeo: Polentam quoque Graeci non aliunde praeferunt. Pluribus fit haec modis. Graeci perfusum aqua hordeum siccant nocte vna ac postero die frigunt, deinde molis frangunt. Sunt qui vehementius tostum rursus exigua aqua respergant et siccent prius molant. Alii vero virentibus spicis decussum hordeum recens purgant madidumque in pila tundunt atque in corbibus eluunt ac siccatum sole rursus tundunt et purgatum molunt. Quocunque autem genere praeparato, vicenis hordei libris ternas seminis lini et coriandri selibram salisque acetabulo torrentes ante omnia miscent in mola. Qui diutius volunt seruare cum polline ac furfuribus suis condunt nouis fictilibus. Italia sine pertusione tostum in subtilem farinam molit iisdem additis, atque etiam milio. Grana tritici viridis tosta Graeci χίδρα vocabant, etsi grammatici hoc nomen etiam ad polentam ex hordeo semimaturo factam trahunt. Plinii locum transtulit Marcellus Empiricus p. 22. ed. Cornarii. Polenta in cibo Graecorum frequentissima fuit, hinc ἀλφιτοποιοί et genus aliquod polentae γεράνεια dictum ab organo γεράνῳ ligneo, ἐν ᾧ κύπτεσιν οἱ ἀλφιτοποιοὶ τὰ ἄλφιτα teste Hesychio aliisque Grammaticis. Organi formam ignoramus, quod polentae huic conficiendae seruiebat. Furnum, vbi torrebant hordeum, καυθὸν vocatum, memorauit Hesychius.

torrebis in furno] Hesychius εἴπερα — καὶ ὁ τάχυς, ὅταν μήπω πέπειρος ἂν ἀποφλογισθῇ. Clarius Scholia ad Aristophanis Equites vers. 1234. εἴπερα· ἡ ὀρεινὴ κριθή. ἔφηται δὲ καὶ ἀμφίκαυτις παρὰ κωμικοῖς καὶ τραγικοῖς, ἀπὸ τοῦ περικεκαῦθαι.

καταῦθαι. οἱ δὲ τὴν πρώτην ἔκφυσιν τῶν σπερμῶν, ἣν λήϊον προσαγορεύουσιν, ὡράϊον διὰ τὸ τὰς πρωΐμους καθίστων τῶν ἀχύρων ἐπιτηδείους εἶναι εἰς τροφήν. vbi pro ὡράϊον corrigendum esse ὑρίμη, monuerunt viri docti ex Eustathio ad Odyss. B. p. 97. cetera ita corrigo: διὰ τὸ τὰς πρωΐμους τῶν ἀθέρων καθίστας ἐπιτηδείους etc. Hesychius: ἀμφίκαυσις· ἡ πρώτη τῶν ἀσταχύων ἔκφυσις. λέγεται δὲ καὶ καῦσις. Idem καῦσις· ἡ ἔκφυσις τῶν σταχύων, πυροὶ ἀδρυνόμενοι καὶ χόρτος, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἀμφίκαυσις. vbi rectius Photius τὴν πρώτην τῶν σταχύων ἔκφυσιν interpretatur. Quando λήϊον et χόρτον interpretantur grammatici, vocabulum πρώϊον potius respexisse videntur. Quas quidam glossas spectare ad Graecorum χίδρα et ἄλφιτα, viri docti nondum animaduerterunt. Hordeum tostum Graeci κάγχρυς et κάχρυς, panem inde paratum καχρυΐτην vocarunt. Porro δανδαλίδες Hesychio κάχρυες πριθαὶ ἢ σῖτος πεφρυγμένος. Polluci VI. sect. 77. μᾶζαι πεφρυγμένων πριθῶν. Paulo aliter Hesychius in δανδαλίδας. Furfures hordei decorticati Cypril ἄμματα vocabant, teste Hesychio.

AD LIBRI VIII.

Tit. I. *iterantur*] Ex Columella XI. 2. 52. *proscissum veruactum optime nunc iteratur.*

messis expletur] Columella XI. 2. 54. *locis temperatis et maritimis messis conficitur.*

arboribus] Verba *arboribus atque virgultis, desectis rad. atque combustis* in Columellae loco hodie non exstant.

sectis messibus] Columella XI. 2. 54. *sarmentis vomatis omnes arbores quae fuerant in segete, circumfodere et exolvere oportet, priusquam sol acrior exurat terram.*

XX maximas] Columella XI. 2. 40. *una opera nouellas circumfodiet arbores 80, mediocres 65 magnas 50.*

nouellae vites] Colum. XI. 2. 55. *quascunque vites culturi sumus, ne per aestum, sed mane vsque in tertiam et a decima vsque in crepusculum fodiamus.* Geoponica III. 10. ἕως δευτέρας ὥρας καὶ δείλης ἕως ἑσπέρας.

vel ante] Geopon. III. 10. circas Idus fieri volunt. et Columella XI. 2. 62. *melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculae exortum.* Vnde h. l. *vel* omissum malim.

filices] Cresc. II. 19. *filicem* ex h. l. habet; sed XII. ex h. l. habet *item gramen et filicem ante c. d. optime dissipamus.* Circa Idus Iulias filicem iuncum et ceteras herbas exhirpant Geopon. III. 10.

Tit. II.

Tit. II. *(Rapa) locis humidis*] Ex Columella II. 10. 23. *rapa* addidi, quod vocabulum h. l. exciderat. Albertus: *Rapa seritur — putrida ex laetamine et soluta quae tamen non sit spissa, sed rara, vt grandescens terram non inueniat obstantem. Locus sit humidus et amplus.* Sic ille saepe *amplum* pro campo dicit.

2. *naui rapa*] h. l. excerpsit Isidorus XVII. 10. addens: *vt Aemilianus ait.*

seruntur] Crescentius, cum h. l. mutaret, sui et nostri aeui morem diuersum respexit. Ceterum Brusch. *quattuor sestaria — reddigantur — purgas — iniicis terram.*

roborentur] Varietatem ex Crescentii capite de napis infra posui; sed idem de napa sic: *Quod si tanta fuerit aeris siccitas vt tempore congruo seri non possint, potest in aliquo loco irrigabili et etiam vmbroso spisse seri vt caulis, deinde quae coniuluerint plantae eius et pluuiis terra mollefacta fuerit, transferri poterunt circa finem Augusti et vsque ad medium mensem Septembrem in terra optime culta.* et paulo antea: *Si rare seratur, magis grandescit* (alias *grandesiant* addit antiqua mea) *et ideo vbi nimis spissae plantulae eius natae fuerint, cum aliquod robur acceperint, euellantur aliquae vt caeterae roborentur. et in locis vacuis transferantur, vel abiiciantur.* Albertus: *quando herba eius nata fuerit, abscindatur et deprimatur rapa sub terram ad spatium palmi et aperiatur, tunc magna erit.* Itaque *semina* h. l. de ipsis napis interpretatus est.

semina maiora] Plinius 19. c. 36. *raphanus vtique iucundior detractis foliis, antequam decaulescat. Hoc et in napis. Nam et caulem diuptis foliis cooperta terra crescunt, durantque in aestate.* Cresc. VI. *colliguntur mense Octobri, et quae pulchriores erunt rapae sublatis frondibus plantentur, vt folia sequenti aestate producant.* Semen rapicium dixit etiam Cato 134. pro rapa. Vide etiam Aug. V. 3. Sed dubito tamen, an Palladius potius semina voluerit redigere ex rapis. Vide Sept. 8.

Tit. III. *ante dem.*] Iunio V. 2.

praedixi] Iunio V. 1.

Tit. IV. *Columella*] VI. 24. 3. vnde haec ducta sunt.

4. *admittendi*] Crescent. IX. 69. *fit etiam* (admissura) *mense Iunio vt etiam si fiat in mense Iulio nati ante hiemem annualescunt. Secunda fit admissura post medium mensem Octobris vt pariant circa principium veris, nascentibus herbis Aristoteles* etc.

Tit. V.

Tit. V. *redditurum*] Hanc lectionem praeferebat etiam Gesner vulgatae *rediturum*. In Geoponicis locum non reperi. Albertus: *quia tunc renascuntur ablatae herbae.*

bidentes] Albertus: *bidentes et ligones caprei sunt — ignis ardorem — non reuiuiscit.*

hircino] Plinius 28. c. 41. *hircorum sanguine tanta vis est vt ferramentorum subtilitas non aliter acrius induratur et scabritia poliatur vehementius quam lima.*

Tit. VI. *scillite*] Debebat esse *scillitem*, more graeco, vt in Columella XII. 33.

canicularum] Probo lectionem *canicularium*. Sic noster Octobr. XII. 8. *aestu canicularium* est in libris pro *canicularum*; et h. l. Codices Sylburgii *canicularium* praeferebant.

foliis] Ex loco Plinii ad Columellam posito intellige tunicas aridas, et deinceps *velamina* medias tunicas. Cresc. VI. *scilla diuidatur per medium et tot tunicae ab inferiori parte abiiciantur, quot ab exteriori, et tot in medio reserventur; exteriores debent abiici, quia venenosae sunt et multum calidae, interiores similiter abiiciantur, quia mortiferae sunt ex nimia frigiditate.*

velatur] Gronouius probabat *vallatur*; sed vtraque lectio defendi potest. Deinceps *infuso mergantur* malebat Gesner. Malim equidem cum Polit. *inserta.*

2. *spleneticis*] in Plinio de vino scillite similiter pro *splenicis* Vinc. habet *splenitieis.*

Tit. VII. *De Hydromeli*] Debebat esse *hydromeli*. Sed puto fuisse titulum *Hydromeli*, omisso *De*.

careuariis] Gesner cum Turnebo XIII. 23. a careno coquendo dictas fuisse censebat; sed Columella XII. 12. hydromeli hoc, etsi diuersa proportione mistum, in lagenas diffundit, vt in tabulato feruetur et fumum bibat. Videtur igitur h. l. *lagoenas* fuisse; saltem eae sunt intelligendae.

inuestes pueros] Ita etiam Octobr. XIV. 16.

Tit. VIII. *Squillae*] Si titulus recte habet *scillitico*, debet etiam esse *Scillae*. Cf. Colum. XII. 34. Geoponica VIII. 42.

crudae] i. e. non coctae. Geopon. [illegible] πλακῶν κεκομμένων εἰς λεπτὰ καὶ ἐπιγεμίσαι αὐτὰ ἐν ὕδατι τριάκοντα. Ponunt sextarios octo 36, sed scillae mensuram omittunt.

recides]

rucides] Malim *incides*.

et salsuti] Geoponica VIII. 35. acetis saxtarios α ἢ β' — πεπέφανω καὶ ἡδύσμα καὶ κατείας μέρος καὶ ἐρευθίδων. quae vides esse vitiosa.

Tit. IX. *Sinapi*] Ad embammata componit Columella XII. 55. Hanc vero Palladii compositionem nullibi reperi; musto immadentem radicem et semina habet Plinius 20. sect. 87.

Hispani] Quod cum germinibus olea putari docent loca Galeni, posita a Niclasio ad Geopon. IX. 26. vbi Hispano simile oleum paratur. Cf. etiam Cornarius ad Galenum de Compos. Medic. sec. loca p. 279. Est naturae austerae; quod satis docet modus parandi, quem docet Africanus Cestor. p. 299. σπυδαστέον δὲ καὶ τέλαιον τὸ μὲν Ἰβηρικὸν ὡδέ πως. ἀγρίας ἐλάας φύλλων δράκα καὶ τήλεως ξηρᾶς ζλ, μίαν τε ἀψινθίε καὶ τρυγὸς ὀπτῆς, ἣν φέκλαν καλοῦσι Ῥωμαῖοι ζ. β. πάντα κόψας καὶ μᾶζαν χειροπλήθη ποιήσας, εἶτ' ἐνδήσας εἰς ῥάκιον κάθες εἰς τὸ κεράμιον, καὶ μετὰ ἐννέα ἡμέρας εἰς χρῆσιν ἀπάντλει. Idem p. 300. ἐὰν δὲ ὁ πρῶτον εἶπον τὸ Ἰβηρικὸν, ὃ δὴ σπάνον ὀνομάζομεν, ἐὰν δὴ θελήσῃς ποιῆσαι εἰς ἰδιτικὸν (margo σιδηρικὸν, lego Ἰβηρικὸν) ἔλαιον πάνυ διαυγὲς, ἀγριελαίας φύλλα συγκόψας βάλε ὀθόνῃ συμμέτρῳ ἀποδήσας καὶ ἀποκρεμάσας (adde ἔασον) βρέχεσθαι ὅσας θέλεις ἡμέρας, καὶ οὕτω τὴν Ἰβηρικὴν ποιότητα προσκτήσεται.

AD LIBRI IX.

Tit. I. *exarari*] Ex Columella II. 4. 11. Ceterum Vinc. Duac. VI. 55. ex h. l. habet: *Porro mense Augusti et circa Kalendas Aprilis.*

maritimis] Colum. XI. 2. 6. *vindemia conficitur.*

occatio] Colum. ibid. *frigidioribus reg. pulverationem faciunt, quam vocant rustici occationem* etc.

Tit. II. *terra exilis*] Columella l. c. *si perexilis est terra vel rara ipsa vitis — atque ita inoscantur — fruticaverint — fossione conuersi* etc.

fruticauerit] Infra X. 9. est *vbi creuerit.* In sabulosis secundum florem, in rubricosis tertium florem exspectare iubet Columella II. 16. 5. dum succidatur; mensuram tamen seminis non definit.

vitium] Columella l. c. *quod saporem vini corrumperet.* Crescentius III. 14. *quia consueuit vini vitiare saporem.* Idem

IV.

IV. 15. Mense Augusto, vbi vinea miserior est, lupinorum corbem vnam in iugerum (antiqua mea bubulcam) serunt et cum ad debitum augmentum peruenerint, eos euertunt et optimum stercus praebere vineis dicitur — quia consueuit vini vitiare saporem et durabilitatem laedere. Albertus vbi de fossione: *fimus eius fit ex sarmentis eius et fibre et foliis vitis, quia compertum est hunc fimum optimum esse ad vites.*

Tit. III. *pampinatur*] Ex Colum. XI. 2. 61. vbi et *adumbrantur — ne ventis aut caloribus exarescant.* Albertus: *in ardentibus locis potius operiendae sunt vineae.*

Tit. IV. *vrenda*] Ex Columella VI. 23. 2. vbi vide notam.

Tit. V. *dictum est*] Iulio II. Compara Columellam II. 10. 23. Ceterum Cresc. XII. 8. ex h. l. *item in suo principio possunt seri post primam pluuiam rapae radices et napi.*

locis siccioribus] Crescent. *locis temperatis et siccis* ex h. l. habet.

Radices] Syriacam radicem vocat Columella XI. 3. 16 et 59. vbi napis rapisque sociat. Sed II. 10. 23. napos et rapa sola nominat, eorumque cultum fere eundem tradit, qualem radicum h. l. Palladius. Radicem simpliciter nominat Columella XI. 3. 18. *radices et rapa* pingit noster I. 35. 5. *radicem* vocat II. 14. 3. et VIII. 2. radices VI. 5. Sed in numero variant libri scripti. Radicem et raphanum, vt h. l. velut synonyma posuit etiam II. 14. 3. Raphani radicem dixit Colum. XI. 3. 47. De radicis Syriacae nomine vide ad Colum. XI. 3. 59. notam.

tofum] De napis Columella II. 10. 23. *glareosis sabulosisque aruis melior excit napus.*

nebuloso] Plinius 18. c. 34. rapa ait nebulis et pruinis et frigore vltro ali. Sed rapa et raphani plura communia habent in cultu.

2. *pluuiam*] Crescent. de rapis: *seritur — ad principium cum terra fuerit rorida per pluuiam praecedentem. — Seritur in agris nudis et in stipulis etiam egregie seritur, si optime fuerint exaratae et solo erpice* (i. e. crate) *semen eius operiendum est, ne nimium mergatur in terra.* Albertus: *si autem alibi seruntur dum riguri volunt: sata autem radis statim operienda est sine laetamine; sed si paleae misceantur terrae fungosae fiunt;* vnde tamen non apparet, quam ille lectionem h. l. reperterit.

quidem

quidem quatuor] Aliter Columella XI. 3. 59. vbi vide notam. Columella II. 10. 24. quatuor sextarios rapis, quinque napis tribuit, quia napi in longitudinem, rapa (vt radices pleraeque) in rotunditatem et latitudinem crescunt.

palea] Plinius: *Fimum odit, palea contentus.* Alberti locum supra posui; addit: *meliores proueniunt quando in aliquantulum seruntur armesis.*

inde fungosae] Columella XI. 3. 47. *raphani radix bis anno seritur. — Cura est eius vt terra stercorata et subacta obruatur. post vbi ceperit aliquod incrementum, subinde aggeretur. nam si super terram emersérit, dura et fungosa fiet.* Ita etiam Plinius 19. f. 26. nd. 4. Itaque h. l. lege: *quia nudae.* Sed vel sic quaedam deesse videntur.

aqua salsa] Plinius l. c. *Praecipue salsis alunturr, itaque etiam talibus aquis irrigantur et in Aegypto nitro spargunturr, vbi sunt suauitate praecipui. In totum quoque salsugine amaritudo eorum eximitur, fiuntque coctis similes. Namque et cocti dulcescunt et in naporum vicem transeunt.*

folia latiora] Plinius 19. f. 25. de rapis: *medici masculini sexus faciunt rotunda, latiora vero et concaua feminini, praestantiora suauitate et ad condiendum faciliora: quae saepius sata transeunt in marem.* postea de raphanis: *in totum quidem quorum tenuia folia, ipsi quoque dulciores, quorum scabra et angulosa et horrida, amariores.* vbi Pintianus recte monuit, legendum esse *spissus sata*, deinde ex lectione Codicis *tenuia* (vbi vulgo erat *tenuiora*) efficit *laeuia*, ex Theophrasti H. P. VII. 4. ὅσων δ' ἂν λεῖα τὰ φύλλα γλυκύτεραι καὶ ἡδίες, ὅσων δ' ἂν τραχέα, γλυκύτεραι ῥαφανίδες. deinde de rapis: πρὸς δὲ τὸ ἀποδηλύνεσθαι κηγνῦναι δεῖ μανάς· ἐὰν γὰρ πυκνὰς, πάσας ἀπαρρεύσεσθαι. Videntur igitur etiam in Palladio verba *latiora et* delenda esse.

tenui caule] Explico ex loco simili de rapis supra lib. II. 2. *eruta rapa foliis omnibus purgabis et ad dimidii digiti crassitudinem in caule succides.*

3. *foliis*] Hoc in ῥαφανίδι fieri monet etiam Theophr. C. Plant. V. 5. Plinius l. c. *Aristomachus detrahi folia per hiemem iubet, et ne lacunae stagnent, accumulari, ita in aestatem grandescere.* Idem 19. f. 36. *raphanus vtique iucundior detractis foliis antequam decaulescat. hoc et in rapis. nam et eadem direptis foliis cooperta terra crescunt durantque in aestatem.* Idem 19. f. 26. *Incipiente incremento conferat alterna folia circumobruere, ipsos vero accumulare.*

melle macerabis] Geoponica XII. 22. οἰνομέλιτι ἢ χυλῷ ῥαφίδων. vnde Misaldus II. 11. *mulso vel vuarum passarum*

succo aut succharata aqua biduo prumacerare debes et ficoata terrae committere. Albertus: *ex acribus dulces fiunt radices.*

inimicum] Plinius l. c. *odium his cum vite maximum refugitque iuncta fates.* vbi Harduinus ex Palladio laudat *siue brassicam.* Male. De brassica idem Graeci asserunt, quam illi ῥάφανον vocant, contra radicem seu raphanum latinum ῥαφανίδα. Crescentius VI. 98. *et nota quod raphanum dicitur esse vitibus inimicum, et dicitur quodsi prope serantur* etc. Ceterum in fine disputationis huius de radicibus monendum est, hodieque Italos *radici* vocare radices, contra *rauano* vocant, quam Latini armoraciam. Vernaculum *Rettig* ex latino vocabulo deriuatum esse, docet alterum *Radies*, quo minus raphani genus significamus. Atque omnino radix Syriaca nouum genus radicis, a graeco et vulgari raphano diuersum genus, certe cultura, significasse videtur, sed difficile est hodie in veterum scriptis rusticis genera distinguere.

Tit. VII. *occurrimus*] Polit. *occurrimus facere*, recte Gesner cum graeco ἐφθάσαμεν ποιεῖν comparauit, *facere* tamen recipere non est ausus. Vinc. ex h. l. habet *quibus non occurrimus.*

Tit. VIII. 1. *in terra*] Ex loco alto fieri hoc volunt Geoponica II. 6. 11. Ceterum totum caput est sumtum ex Vitruuio VIII. 1. Compendium Architecturae cap. 5. *Ante solis ortum in locis, quibus aqua quaeritur, aequaliter in terra procumbatur, et mento deposito per ea prospiciatur; mox videbis in quibuscunque locis aqua latebat humores in aere supra terram crispantes et in modum tenuis nebulae rorem spurgentes, quod in siccis et aridis locis fieri non potest.*

2. *creta*] Cum Vitruuio Plinius: *figularis creta semper adimit spes.* Geoponica: ἡ κεραμῖτις γῆ, ἄνυδρος, καὶ ὅση ἐπιχρέστας, καὶ ἀπωθεῖται ὄμβρους. Hinc lex apud Platonem dominum fundi ὀρύττειν ἐν τῷ χωρίῳ μέχρι τῆς κεραμικῆς γῆς. monente Niclas. Contra Plinius: *aqua semper dulcis in argillosa terra.* Minus ergo pinguis, et siccior argilla est.

sabulo solutus] masculum putat asperum, scabrum, minus flauum et subfuscum dici Philander ad Vitruuium. Auctor Compendii Archit. c. X. lateres ex *sabulone masculo* ducit, vnde, nisi ab aliena manu sunt verba illa intrusa, discimus naturam eius argillosam. Sed locus Vitruuii ita habet: *item sabulone soluto tenuis; sed si inferioribus locis*

inueni-

inuenietur, ea erit limosa et insuauis. Ex nostro Compendium Architecturae: *in sabulone soluto tenuis limosa et insuauis, altioribus locis mersa.*

stillicidia] Compendium: *in terra nigra stillarum humores exiles magis ex hiberuis liquoribus collecti, saporis optimi, spissis et solidis locis subsidentes.* Ita enim rectius Vatic. 2. quam *subsistentes.*

glarea] Compendium Archit. cum libris Palladii tribus *glareae.*

rubro] Vitruuius: *rubro saxo et copiosae et bonae.* Plinius: *rubra saxa optimas speique certissimae promittunt.* Geopon. II. 5. ἐὰν μάλιστα τὰς πέτρας μελαίνας ἔχῃ καὶ πυρροειδεῖς, ἄυυδρος ἔστι.

3. *interuenia*] Vtitur eadem voce Vitruuius iterum II. 6 et 7. Compendium: *ne inter rimas saxorum, quando suspensae sunt, decurrant.*

aut praeterit] Recte omisit Cresc. nec exstant haec in Vitruuio; vbi est: *in lacunis, quae sidentes praeter reliquum agrum excipiunt aquam ex imbribus.*

4. *salix siluatica*] erraticam dixit cum Vitruuio Plinius 31. c. 3. et Compendium Architecturae: quod vocabulum hinc restitui voluit Pontedera Palladio.

si qua humore] Lectionem Cresc. *caeteraque quae humore multo aquosa* in Vaticanorum librorum lectione latere putans praeferebat Pontedera. Vitruuius: *aliaque quae huiusmodi sunt, quae non possunt nasci nec ali per se sine humore.*

5. *Locus ergo*] Vitruuii locum VIII. 1. *in quibus locis eae non significabuntur inuentiones, sic erunt experiendae* ex h. l. correxit: *In quibus si hae significabuntur.* Andr. Schottus Obseruu. V. 26. Contra possit quis suspicari in Palladio scribendum *signa non repereris* propter locum Geopon. II. 4. ἐν ᾧ ἂν βέλτιστά τις τόπῳ ὀρυξάτω βόθρον βάθει πηχῶν τριῶν. sed retinere corrigentem potest locus geminus ibid. c. 6. c. 42. καὶ ἐν τῷ τόπῳ ᾧ διαλάβοι τις ὕδωρ ὑπάρχειν, δεῖ σοχαζόμενος τοῖς δεδηλωμένοις σημείοις ὀρύσσειν φρεατίαν ὅσον ἐπὶ πήχεις τρεῖς. Praeterea in Vitruuio verba: *latus pedes tres.* Schottus corrigebat *altus pedes tres.* male. Plinius: *loco in altitudinem pedum quinque defosso* retulit ex Vitruuio. Nunc denique video, Codices duos Vatic. a Galiano comparatos in Vitruuio dare: *in quibus si hae significabuntur.*

vnctum] contra rubiginem ex humore, quoque faciliùs in guttas coeant vapores, monente Gesnero.

fossa labra] Geopon. II. 6. 43. καὶ περιθέντα πάλιν φύλλα χλωρῶν ἢ ἄλλην τινὰ βοτάνην πάλιν ἐπιχώσας τῆς γῆς ὅσον ἐπὶ πῆχυν. In Vitruuio est *summa fossura operiatur arundinibus aut fronde*. Vnde apparet, recte a nobis vulgatam *fossa* mutatam fuisse. In Compendio Architect. est: *in imam fossuram inuersum conlocatur, supraque fossuram frondibus vel arundinibus missis terra inducatur*. vbi Vatic. liber 2. habet: *vnam fossam — supra quam fossam*.

6. (*intrinsecus*) *inueniantur*] Inclusi vocabulum inutile cum libris, quod omisit etiam Compendium Architecturae, vbi *inueniatur* etiam legitur, vt in Polit. Crescentioque.

in praesenti] Crescentii lectionem *Si aquarum vena proxima fuerit* annotauit Pontedera, qui vulgatam lectionem vitiosam habuisse videtur. Vitruuius: *Si is locus aquam habuerit*. Sed Crescentius vulgatam recte interpretatus est. Scilicet vt *in rem praesentem venire* dicitur in iure romano de loco eo, de quo controuersia est, ita h. l. *in praesenti* est *in loco quem suspiceris aquam habere*. Igitur vulgatam distinctionem correxi, commate post *vena est* sublato et post *praesenti* translato. Quod miror, non vidisse Pontederam aut Gesnerum; hic quidem malebat mutata distinctione legi: *vena est in proximo, vas* etc.

vellus lanae] Geoponica II. 6. 10. spongiam siccam nominant.

7. *alimentis*] non deficiente oleo nec ellychnio.

focum] i. e. ignem, vt ait Vitruuius. Sic et Compendium Archit. vbi pro *ructauerit* est *suscitauerit*.

vel si plura sunt] Vitiose igitur Vitruuius: *et si caput erit aquae inuentum, plures sunt circa fodiendi et per specus in vnum locum omnes conducendi*.

Tit. IX. *Sed*] Ex Vitruuio VIII. 7.

extorquent animas] Compendium cap. IV. *primo occupatis naribus tetro odore reprimunt animas corporibus*. vbi Vascosana princeps Editio habet: *odore anhelitum reprimunt*. Vatic. V. omittit verba *animas corporibus*.

2. *velut nares*] Cum Vitruuio Plinius 31. c. 28. *aestuaria vocat, quae illum grauiorem halitum recipiant*. Compendium: *et per fracturam foramina quasi nares intus in puteum demittantur*: Ψυχαγωγεῖα vocat Theophrastus de Igne.

suscipiat] Seneca Epist. 90. *quid lapideas moles — quibus porticus et capacia populorum tecta suscipimus*. vbi Gronou.

Geopon. laudant Plinii X. Epist. 48. Vitruuius: *puteus sepiatur structura.* Compendium: *Sed cum aqua inuenta fuerit, signinis operibus parietes struantur, ita ne venarum capita excludantur.* De structura vide ad I. 40. f. 4.

structura concludat] Compendium: *vt a binis pedibus structura in circuitu surgat, et quatuor cauo relinquat.*

tofacio] eum in aquaeductibus adhibitum memorat Frontinus. Statius in via Domitiana per loca paludosa strata nominat Siluarum IV. 3. *illi saxa ligant opusque texunt cocto puluere* (Puteolano credo) *sordidoque topho.* vbi Heinsius ad Ouidii Fast. II. 24. malebat *torridoque* vel *lurido*, de calce et caementis interpretatus. Plinius 35. f. 47. de puluere Puteolano: *mersumque protinus fieri lapidem vnum inexpugnabilem vndis et fortiorem quotidie, vtique si Cumano misceatur caemento.* Vbi quid sit caementum Cumanum ignoro. Locus ille vt alter Statii de ratione sternendarum viarum militarium meretur accuratius expendi. De puluere Cumano rubricundam testam habet Martialis XIV. 114. Ceterum in Compendio est: *vectibus ligneis densibis, sic vt nitorem frontis non laedas.* Idem post verba supra posita *capita excludantur* ita pergit: *In Signinis autem operibus haec seruare debebis. Primo vt arena aspera paretur, et cementum de silice vel lapide tuficio calcisque proxime extinctae duae partes ad quinque arenae mortario misceantur.* Nitorem intelligit eum, de quo supra ad I. c. 17. f. 1. dictum. Sed idem Compendium deinceps adiungit loco plane alieno verba, quae prioribus statim subiungenda erant; *Sed licet auctores ad quinque partes arenae duas partes calcis mitti docuerint, iisdem mensuris et rediuiuas et pensas fieri monstrauerint: melius tamen inventum est, vt ad duas partes arenae vna calcis misceatur, quo pinguior impensa fortius caementa ligaret.* vbi legendum censeo *iisdemque mensuris et rediuiuas impensas.* Sunt impensae rediuiuae, quae ex rediuiuis veteris aedificii fiunt. Signinum opus pilis siue pauiculis condensari, docet etiam Columella I. 6. sect. 12.

sustinebis] Rectius Compendium: *si terra solida non fuerit aut arena lubrica aut sabulo fluidus aut exsudans humor fossionem resoluat, tabulas axium directas fodiendo submittes, et eas vectibus ligneis transuersis distinebis, ne labens terra ruina ponderis periculum fodientibus faciat.*

salis admistione] Sic etiam Vitruuius. Amaras farina hordeacea corrigunt Geopon. II. 8. 14. nitrosas polenta

Plinius 24. c. 1. ὕδατα σαπρὰ corrigens Philo in Mathem. veter. p. 90. κρίθινον ἐμβάλλειν δεῖ θερμὸν εἰς τὰς δύο χόας ὄξους βελτίους ὅσον κύαθον ζέσαντας ἐγχέαι, καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον χρήσιμα γίγνεται. quae vitiosa sunt, sed facile corrigenda.

Tit. X. *aeneo*] Epitomae Vitruuii c. 5. Codex habet *in vas aeneum nitidum*: ipse Vitruuius: *in vas Corinthium siue alterius generis quod erit ex aere bono.*

iudicetur] Vitruuius *optima erit*. Igitur Crescentii *iudicabitur* probabat Pontedera.

Tit. XI. *forma*] i. e. canali. Vide Polenum ad Frontinum de Aquaed. p. 143. laudatum a Gesnero.

sesquipedem] Vitruuius VIII. 7. *libramenta habeat solum riui fastigiata ne minus in centenos pedes semipede.* vnde *semipede* h. l. malebat legi Pontedera. Sed ita plane Compendium Architect. c. 6. *Si planus locus fuerit, pede semis intra caput aquae structura conlocetur. si longior planitia fuerit, inter centenos vel LX. pedes structura submittatur, ut animata aqua non pigro impetu decurrat.* Ceterum de hoc libramento formarum, non vbique a veteribus architectis obseruato, laudat Gesner Polenum ad Frontinum p. 63. et Fabrettum de Aquaeductibus insertum Tomo IV. Thesauri Antiqq. Graeuiani.

2. *obliquam*] Compendium: *ad libramentum caput aquae vti specus sub terra erit struendum, aut roboreis canalibus aquae ductus componetur.*

iusta fastigia] Ita cum Gesnero vulgatum *vestigia* correxi, sententia postulante. Compendium Architect. *Quodsi concauae vallis demissiones impedient, structura solida vel arcuatili ad libramentum aquae occurratur, aut fistulis plumbeis aut canalibus aquae cursus dirigatur.*

salubrius] Compendium: *Minori etiam sumtu et vtilius tubis fictilibus inducitur.*

angusti] Vitruuius: *tubuli crasso corio ne minus digitorum duorum fiant ex testa, sed ita vt hi tubuli ex vna parte sint singulati, vt alius in alium inire conuenireque possint.*

viua calce] Vidi qui lateritio trita cum pice mixto calefactos tubos iungebat.

3. *glutinare — tuborum*] Compendium: *vt si qua vitia tubuli habuerint, excludantur.* Polit. etiam liber h. l. *tubulorum* habet. Vitruuius: *vti iuncturae si qua non sint satis oblita, fauilla obliniantur.*

humanis

humanis] Compendium addit: *exemplum huius plumbariorum deformitas praebet, qui tractando plumbum exsucati sanguine foedo pallore mutantur.* vbi Vascosana cum Vatic. 2. *exsiccati* habent.

Tit. XII. *Centenaria X. pedum*] Hausit e Vitruuio 8, 7. quem secutus etiam est Plin. 31, 6. f. 31. Notandum autem, quod ait Vitruuius, *Ex latitudine lamnarum, quot digitos habuerint, ante quam in rotundationem flectantur, magnitudinem, ita nomina concipiunt fistulae. Namque qude lamna fuerit digitorum quinquaginta, cum fistula perficietur ex ea lamna, vocabitur quinquagenaria, similiterque reliquae.* Numeri, quos e Commelinianа editione damus, a qua non abeunt reliquae saeculo XVto recentiores, videntur illi primum intuenti sibi inuicem respondere; conueniunt etiam cum his, qui nunc sunt apud Vitruuium 8, 7. et Plinium 31, 6. f. 31. nisi quod hic octonariae tribuit centum. Verum aut male subduxerunt rationes antiqui, aut corruperunt hunc locum, infeliciter certe emendarunt, (monstra enim sunt, quae habent primae editiones) luntae, et qui hos secuti sunt. Nam qui has rationes sequuntur, illi ponunt eandem fistulis omnibus crassitiem, quae profecto in centenaria longe maior esse debet, quam in quinquagenaria, et ita pro portione in reliquis. Vnde fit, vt male ita constituantur pondera ex sola regula simplicis proportionis vt 100 ad 50 ita 1200 ad 600. Debebat enim aut addi aliquid ad 1200 v. g. quadrans, vt crassior fiat tubus, aut demi idem quadrans de 600, quia non opus est *quinquagenariam* esse aeque crassam. Multo id magis valet, si *centenariam* cum *octonaria* aut *quinaria* adeo compares, cui apparet vel quartam aut minorem etiam crassitiei partem eius, quae est in centenaria, conuenire, vt si centenariae des 1200 libras, octonariae non 96 sed 24 aut pauciores etiam sufficiant; aut si iustum sit octonariae 96; centenaria non 1200, sed 4800 aut amplius poscat. Bonos restituere numeros forte non nimis difficile foret; de veris h. e. quos scripsit Palladius, an diuinando quis eos assequi possit, vehementer dubito. Caeterum Frontinus de aquaeduct. lib. I. art. 25, p. 181. Poleni *quinariam* et reliquas appellationes aliter accipit, vt modulus quidam aquarum indicetur ex diametro fistulae vel luminis aestimatus, cuius locum erudite expendit C. A. Hausenius Vir doctissimus programmate Lipsiensi a d. IV Febr. 1731 edito. Sed ad nos illa disputatio non pertinet. *(Gesner.)*

nongentas LX.] Ita etiam Compendium Architecturae; in quinquagenaria Edd. primae cum Lugd. et Compendio addunt libras LXXX. in quadragenaria Compendium ponit DC libras; in tricennaria idem facit cum libro Polit. et Lugdun. denique in octonaria cum Edd. primis et Lugd. Erford.

Tit. XIII. *omphacomeli*] Vulgo erat *omphacomelli*. Vinum, ex vuis acerbis expressum, οἶνος ὀμφακίτης dicitur; quod in vsus medicos parare iubent Geoponica VIII. 11. et Dioscorides V. 12. Omphacium vinum, ex labrusca vite paratum, ad vnguenta habet Plinius 14. c. 18. ex Dioscoride V. 33. Omphacinum vinum Itali agresto vocant, hinc agrestam vel agrestum dixit Crescentius IV. 29. vbi agrestam siccam et liquidam parare docet. Gallicus Interpres *Verjus* dixit. Ipsum nostrum omphacomeli habet Dioscorides V. 22.

AD LIBRI X.

Tit. I. *officiet*] Contra in prata stercus recentissimum luna crescente ingeritur, quo magis herbae crescant, monente Columella II. 15. 9. Vide etiam ad Caton. c. 29. Ceterum etiam Brusch. *quae res herbis si* habet.

Septembri] Cf. Columella II. 4.

2. *graciles clivi*] Geoponica II. 23. ἡ δὲ λεπτόγειος ὑπὸ τῆς ἡλίου ἐκκαιομένη τεφρῶται, καὶ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ λιπαρὸν ἀπόλλυσιν ὑπὸ τῆς καύσεως διαπνεομένη· διὸ ταύτην περὶ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν ἐξημερῶν χρὴ ἐ διπέλαις ἐδὲ ἄμαις ἀλλὰ ἀρότρῳ, καὶ εὐθέως ἐπικοπρίζειν. ταύτῃ γὰρ μάλιστα ἡ πολλὴ κόπρος συνεργεῖ.

Columella] II. 16 1.

marari] Vulgatum *exarari* correxi ex Colum. II. 5.

3. *saporem vitiare*] Cresc. III. 14. vbi lupini vsum ad stercorandos agros et vineas docet: *quod vineis laetamen non bene competere dicitur, quia consuevit vini vitiare saporem.* Albertus: *Laetamen vineis in aridis et frigidis terris sicut in septimo climate oportet multum apponi quia aliter non fructificabunt; in aliis autem locis calidis non tantum, quia saporem vini mutat et substantiam inspissat et facit turbidum vinum, quod facile colorem amittat.*

Tit. III.

Tit. III. *vbi hoc fit*] Colum. II. 9. 7. vbi et reliqua copiosiora leguntur.

cupressi folia] Horum vim ignoro equidem, columbini stercoris maiorem intelligo. Geoponica III. 1. 10. et II. 23. 9. ἁλμυρίδα vel ἁλμυρὰν γῆν curant insperfis paleis fabarum vel tritici aut hordei: τῇ γὰρ πέτων συνοῦσα ἡμερωθεῖσα ἡ ἁλμυρὰ γῆ καὶ γλυκανθεῖσα ἐκέτι διὰ τὸ ἀέρος ὡς ἔωθεν, ἔνιησιν ἁλμυρὰν νοτίδα. deinde toto anno relinquunt agrum, autumno demum stercore bubulo vel equino, vtpote dulciori, pabulant.

2. *perferre senioris*] Vix sana haec esse putem. Colum. II. 9. 10. *cum coepit infestari seges, perfundunt sulcos.* vnde vulgatam deinceps *pratra* correxi, etsi vocabulum ipsum ex glossa ortum esse puto.

Tit. V. *vel crudo solo*] Vincent. addit: *vel culto.* Crescent. XII. 14. *et exilem terram ac rubricam diligit — cretam formidat.* Ceterum haec sumsit a Columella II. 10. 1. et XI. 2. 72.

X. modiis] Supra Aug. 2. *tres vel quatuor lupini modios in iugero spargis*, scilicet in vinea, stercoris causa. Crescentius l. c. pro stercore ponit duas corbes vel plures, pro semine corbem vnam.

Tit. VII. *Sisamum*] Ita etiam Codices Palatini teste Sylburgio in Indice, qui comparat Hesychii σισαμίς. In Columella II. 10. 18. vnde hoc caput translatum est, optimi libri habent *Sesama* scriptum. Vulgatior scriptura et Sesamum, σήσαμον.

Tit. VIII. *viciae*] Ex Colum. XI. 2. 71.

restibile] Antiquam lectionem monente etiam Gronovio Obseruu. II. 16. restituit Gesner, confirmante Colum. II. 11. 8.

ordei] Pontedera ex Columella inseri volebat: *ea sit optima, cum.* ne scilicet lector ignoraret mensuram modiorum decem in farriginem spargi depascendam, cum in frugem mensura dimidia seratur supra tit. IV. Possumus tamen aequo animo carere isto supplemento.

conualescat] Colum. *confirmetur ante hiemis violentiam — si depascere saepius voles.*

redigere] Colum. *percipere a Calendis Martiis pecora depellenda.*

Tit. IX. *vertitur*] Supra I. 6. 14. *si virides succidantur et statim supra sectas eorum radices aretur.* Supra Aug. 2. *quod vbi fruticauerit evertitur.* Hinc malim etiam h. l. *euertitur*, quod habet etiam ex h. l. Crescentius XII. 9. Aut probanda est librorum lectio: *vertente vomere patrefiat excisus.* Ceterum haec ex Columella II. 18. 5.

Tit. X. 2. *virgultis*] Crescentius VII. 2. *non solum spinetis et virgultis, sed etiam herbis latioribus et solidis atque iterum* XII. 10. *exstirpatis prius radicitus spinis et fruticis atque arboribus, et herbis latis et solidis.* Egregie! Et sic Columella II. 18. 1. *primum ne stirpes aut spinas validiorisque incrementi herbas inesse patiamur.* — et postea: *omnesque validiores herbas et rubos et arbores — radicitus exstirpabimus.*

4. *interfluit*] Ex lectione Erf. *interrumpat*, quam probo, apparet Crescentii etiam *superfluit* esse probandum. Columella II. 18. vnde haec sunt translata, habet *proluit terram.*

Tit. XI. *apparanda*] Deinceps sequebantur verba *In doliis — subducas*, quae hinc in suum locum retracta collocaui; quod factum lectores intelligentes approbabunt, vt spero.

vua vinacia] Ex Colum. XI. 2. 69. vbi vide notam.

hoc est grana] Verba Pontedere merito suspecta inclusi; et omisit Cresc. Albertus: *vua arilli qui in ea sunt, fusci et quasi nigri apparent. nunc enim sufficienter iam in vua decocti sunt.*

XII. libris picetur] Alibi formulam hanc nondum reperi positam.

2. *decem*] Geoponica VI. 5. ἡ ξηρὰ πίσσα καὶ ταρά ἐστι, σὺν οἴνῳ ὑν ἐφηθεῖσα χρησιμωτέρα γίνεται — τινὲς κηρὸν καθ' ἑαυτὸν, καὶ μίσγουσι μέντοι τὸν ἐκ τῆς Σαρδοῦς. Χρησιμώτερον γὰρ οὖνον τοῦτον διαβεβαιοῦνται. καὶ οἱ μὲν τὸ τέταρτον, οἱ δὲ τὸ ἕκτον, οἱ δὲ τὸ δέκατον τήκουσιν, εἰ γὰρ αὐστηρότερον βυλόμεθα τὸν οἶνον ποιῆσαι, πλέον ἐμβλητέον τοῦ κηροῦ. τινὲς δὲ συμβυλεύουσι μετὰ ἅλας ἐμβάλειν τοῦ κηροῦ εἰς τὴν πίσσαν. ἡδυφωνότερον δὲ τὸν οἶνον γίνεσθαι, οἷς ἐκεῖνος εἰς ὀξίνην μεταβάλλειν.

Tit. XII. *Nunc — seratur*] Ex Colum. XI. 2. 72.

amitibus] Festus: *Amites perticae aucupales.* Horatius Epod. II. 33. *amite leui rara tendit retia.* vbi Schol. interpretatur

pretatur furculas quibus in venatione vel aucupio retia suspenduntur; quas Latini *varos*, Graeci σάλικας vocare solent. Idem verbum restitui Columellae IX. 1. 3. vbi antea erant ramices. Amites basternarum dixit noster Iunio II. 3. Crescentius *amidam* dixit, interpretatus ipse perticam. Vide ad Februar. XXV. 17. et Cangium in voce *Amis*. De ipso aucupio ad Oppiani Ixeut. III. 17.

Tit. XIII. *cum aliis*] Plinius 19. s. 53. *papaver cum brassica seritur ac portulaca.*

vbi virgae] Ex Catone cap. 38. Deinceps *incohante* Brusch.

2. *appetit*] Lectionem *amplectitur* exemplo Ammiani Marcellini defendebat Gronou. Obseruu. II. 16.

succo suo] Ex Lugd. *succu* Gronouius Obseruu. III. 18. efficiebat *iuctu*. Non meminerat, haec esse excerpta ex Columella XI. 3. 55. Paula antea vulgo *Hisdem diebus* est etiam in Brusch.

herbas — persequitur] runcari non vult. Morgagni ipse de emendatione sua *herba persequitur* i. e. ipsa sua sponte conualescit, dubitabat.

Tit. XIV. *nucleis*] Deinceps tamen *pomis excussa grana* memorat. Plinius etiam inter poma refert, XV. sect. 14. baccis tamen quam malis similiora esse dicens. Sed meminisse oportet, etiam de pomis nucleum dici. Ita Plinius XVII. sect. 10. de vite, malis et pyris: *namque iis pro semine nucleus, non vt supra dictis fructus ipse.* Idem XV. sect. 34. callo pira et mala, nucleos grano placere ait. Ita in malis punicis seu granatis nucleum dixit XIII. sect. 34 et 23. sect. 57. qui grana includit multa, vnde granatum malum dicitur. Graeci qui nucleum paruum et mollem habebant mala ἀπύρηνα, Latini apyrina appellabant. Nucleus igitur et Graece πυρὴν in pomis sunt loculamenta lignosa grana seu semina includentia. Aut igitur nucleus tuberum seritur cum inclusis granis, aut grana excussa nucleo singulatim seruntur. Ceterum rectius ex h. l. Vincentius XIV. 79. ex h. l. laudat *nucleo vel sobole.* Sequens enim *euius* ad sobolem refertur.

3. *tuberum*] Lugd. et Erford. liber *tuburum*. Ita etiam in Columella et Plinio libri scripti habent. Vide ad Colum. XI. 2. 11. vbi historiam tuberum tradidi.

et pyris] Quoniam libri scripti optimi haec verba omittunt, inclusa saltim volui.

calabrici

calabrici] Audi Plinium XVII. sect. 14. *inseruntur in pruno silvestri et malo cotoneo et in calabrice. ea est spina silvestris.* quem locum postea a Gesnero recte in Indice comparatum vidi. Alibi calabricem nominari non memini. Suspicor epimelidem intelligi, in Calabria frequentem, cuius fructum Romani vnedonem appellabant; de qua vide ad Decembr. IV. 1.

surculi] Recte vulgatum *surculis* emendandum ita censuit Gesnerus. Insertum ita fere vsque ad apicem surculum terrae defendit Palladius a calore solis, atque incrementum accelerat.

obruantur in milio] Male Vincent. *seruabuntur, si mitteo vel vrceolis picatis et oblitis obruantur.*

Tit. XVI. *Succum mori*] Plinius 23. c. 71. panchreston stomaticen et arteriacen fieri ait, si succi sextarii duo, mellis attici sextarius decoquantur leni vapore ad mellis crassitudinem. Cf. Dioscorides I. 182. Marcellus empiricus c. 14. Etiam Galenus diamoron vulgare mediamentum stomaticum fieri ex succo mororum seu sycaminorum refert II. de Alim. facult. et VII. de Simpl. Medic. Facult. Contra Palladius morum agrestem seu rubum nominat. Verum Galenus II. de Alim. facult. affirmat, quaecunque ex succo mororum fiant medicamenta, eadem ex rubi fructuum (quae graece *βάτινα*, latine mora dicuntur) succo composita esse viribus efficaciora. Mori fructus siccatos in hiemem condi atque inde medicamentum vtile ad dysenteriam aluique profluuium parari refert idem Galenus.

Tit. XVII. *botryonum*] Cresc. *botrionum* habet. Ceterum alios modos docet Apicius I. 17. Albertus: *vuus si seruare v. aportet quod illae colligantur quae nec acerb. sunt nimis durae — iam fluentes, sed mediae quae perlucidae sunt, durant melius: tunc quidam dicunt, quod racemi earum calida pice tingantur et tunc suspensae, et durabunt diutius.*

Tit. XVIII. *a vertice*] Ex Geoponicis V. 29. vbi Palladii versionem omisit nuperus interpres: *ἐπιστρέφοντα τὸν κατὰ κορυφὴν ἥλιον.*

AD LIBRI XI.

Tit. I. *adoreum*] Frigidis locis frumenta maturat, praecipue adoreum far, opacis etiam triticum seri, tradit Colum. XI. 2. 74.

sextum Idus] Columella XI. 2. 90. *si non plurimum serimus, optimum est intra Calendas Decembris sementem confecisse.* Vide infra Nouembri I.

effertur] Leidensis liber *offertur*.

2. *nam quia*] Iucundus hunc locum corrupit, quem ex Edd. primis et Codd. praecipue Vinc. ita restituo: *pingui; hoc quippe vincitur, alteri non habet amplius, quod noceat, quia semen aliud ferre non potest.* Sed vel sic aliam Columellae lectionem Palladius secutus esse videtur.

laeto agro nunc] Ita ex Lugd. correxi vulgatum *non*. Inepte Gesner laetum agrum interpretatur medium inter pinguem et macrum. Quin contulisset Columellam II. 9. 15. ex quo ducta sunt haec, vbi est: *alter a sulco seminari debet post aequinoctium media fere sementi, si laeto solo; si gracili, maturius.* Ceterum reliquam huius loci distinctionem recte emendauit Gesner ex edd. primis, cum reliquae haberent sic: *non est serendum etiam nunc eruum, lupinus et pisum et sisamum. Seremus, vt dixi* etc.

Tit. II. *uber*] Ecce Albertus: *lini semen aut fissi in agro pingui vult seminari et luna iam exsiccata. Exhaurit autem linum terrae vbertatem; lunae vero siccitas confert lino exilitatem. Propter quod etiam aliqui agro sicco et macro linum spisse seminant, vt stupa gracilior fiat.* Quae omnia an ex h. l. ducta sint, dubito.

Tit. III. *notis*] Supra III. 9. 7. *sed hoc signis positis per vindemias est notandum.*

Columella] III. 6. Arbor. cap. 2.

Tit. IV. *calidi ac sicci*] Columella III. 14. *calida et sicca* habet.

aridus est] Cresc. XII. 10. omittit *est* cum Vincentio, qui post *macer* inserit duobus in locis. Monet etiam Pontedera, in Florent. Codd. deesse, et Commelinum circumpositis lineis suspectum habuisse.

2. *arenosis aridis*] Vincent. bis *arenosis apricis* habet, quod ex Codd. Florent. Vaticanis et Edd. Reg. ac Iens. praeferebat Pontedera, recte.

glebae

glebae] Crescentius XII. 10. addit: *et aeris siccitatem* monente etiam Pontedera.

mersa — adurunt] Vinc. *inuersa — aduritur* habet bis.

Tit. V. *vinea*] Cresc. XII. 10. *vitis*.

stipites] Ita ex Crescentio scripsi pro *siccum*. Monuit de vitio etiam Morgagni. Argumentum cum verbis translatum est Columella IV. 8. vbi vide notas.

2. *operiemus*] Cresc. XII. 10. *operimus antequam veniat gelu*.

vestigia] Cresc. *circa viticulas*. Idem XII. 10. *circa viticulas apponatur*. Columella *radices*, nominat.

Tit. VI. *palmitis*] Ex Colum. IV. 15. 4. Vide nostrum III. 18 et Nouembri 2.

Tit. VIII. *mensis ostendit*] Ex Medieeo *Februario mensis ostendi* malebat Gesner. Deinceps *Semina* Brusch.

oleae prouinciis] Vinc. *oliuae*.

2. *Columella*] V. 9. 13.

arbuscula] Vinc. et Cresc. *arbustula*.

maxime frigidis] Quod addit Cresc. et *sterilibus*. quae tamen non sunt in Columella V. 9. 14.

3. *informis*] Colum. *viridis*.

fossas] Colum. XI. 2. 82.

Tit. IX. *primo ardore*] Geoponica VII. 4. vnde haec translata sunt: *τὴν πρώτην ζέσιν ζέσῃ — μένει γὰρ ἐν τῷ πυθμένι πᾶν τὸ ὑλῶδες διὰ τὸ βάρος*. vbi Crescentius IV. 26. qui caput integrum vertit, legit *ἰλυῶδες*; vertit enim: *omne lutosum*. Quod non vidit Niclas. Albertus: *si imber infuderit vinum, saepe per vasculum transponendum est postquam bullierunt, quia sic aqua pondere suo residebit et vinum depurabit*. Addit deinceps: *Fertur etiam quod si vincae* (an vineae?) *medulla imponitur, quod aquositatem ad se trahit et vinum fortificabit*. Simili artificio vtuntur Geoponica, vbi experimentum capiunt vinum an aquam habeat.

Tit. X. *recentissimam*] Cur recentissimam? satis erat tempus ita definire *cum varia est*. Quid quod deinceps additur *etsi diebus aliquot collegeris, expandis?* Ita vero non recentissima olea premitur. Sed in pluribus Palladius hic diuersus abit a Columella XII. 50. 9. et Geoponicis IX. 19. Quare Pontedera suspicatus est, quaedam excidisse, alia alieno loco posita

pasta et vitiosa esse. Equidem ex loco Columellae XI. 2. 83. vbi est: *ex varia aliua, cum incipit nigrescere* auxilium petendum esse censeo, si locus est vitiosus.

non tritos] Columella *salem integrum* dixit, et in modios singulos salis sextarios binos adiicit. Igitur mensura Palladii nimia est, quam ex Columella corrigebat cum toto loco ita Pontedera: *vbi vero compleueris modum fastorii, prelo oliuas subiicias, et molis primo leuiter suspensis premito, et amurca aliquatenus exprimatur, deinde sales — per decem modios sextarios salis XX. et sic salitam* et reliqua.

Tit. XI. *thtyba*] De his breuiter Colum. XI. 3. 27. primam intyborum sationem noster habet April III. 5.

summa proueniunt] Vitium hic latere puto. De silueſtri intybo seu cichorio forte loqui voluit. De plantatione intybi nullibi accurate traditum quicquam reperi.

cardui ponuntur] Cresc. addit: *inter frumentum iam natum vel alias segetes cum palo, quod est vtilius quam eas in crudo solo ponere.* Quod tamen consilium improbauit Herrera.

cinerem] Columella XI. 3. 28. *plantam circa Calendas Nouembres deprimemus et multo cinere stercorabimus. id enim genus stercoris huic oleri videtur aptissimum.* vbi vide Plinii locum appositum.

2. *sinapis*] Multo haec breuius tractat Columella XI. 3. 29.

aratam] Columella: *neque est eorum cultus alius, quam vt stercorata runcentur* Crescentius etiam: *terram pinguem desiderat.* Male igitur Erford. liber *arentem* habet. *Congesticiam humum* Columella II. 10. 18. cum pingui comparat; et stercoris loco adhibet II. 16. 5. et ex Columella noster Sept. 7. Albertus: *in terra bene arata et congesta.* vnde malim *bene* addere.

vbicunque] Vinc. Duacensis X. 150. *vbique*, deinde *patiaris — facere.* Brusch. *respargatur.*

non minus] Dubitari potest de lectione *non nimis*, quam libri quidam offerunt. Nec constat, vnde Palladius haec transtulerit. Crescentius haec omisit. Albertus: *saepe quaerit vt pulvere respergatur et rigetur.* Confirmat igitur vulgatam.

transferendo] Ita et Columella l. c. et Plinius 29. c. 54. *melius tamen planta tralata*, scilicet in vsum cymae, monente Columella. Ceterum Commelina editio sensum huius

loci

loci falsa interpunctione corrupta. Albertus: *Hortus robustior erit transplantata seu minus ponit in semine.*

inutile est] Libri quidem utile est, quum lectionem falsam puto, etsi in condiendo sinapis semine Columella XII. 55. et Palladius Iul. IX. de aetate nihil definiunt. Sed puto vetustate oleosum nimis fieri semen. Albertus: *in semine autem suo album vetustius est et melius.* Is igitur cum Vincentio facit.

3. *malua*] lactucam malebat intelligi Pontedera, quia veteres de sessili malua tacent. Supra Februario XXIV. 9. maluam serere docuit Palladius; maluam inter cibos Graecorum memorauit Hesiodus, Romanorum Horatius, Martialis atque alii. Radicem cultae maluae edebant, vt puto; hinc Geoponica XII. 1. συνταλαιπέλεκον vocant. Igitur probo emendationem Pontederae.

glebulas] Ita noster supra II. 14. de lactuca docuit; et Columella XI. 3. 27. et Geoponica XII. 13. lactucas parant φιαλωτὰς καὶ πολυφύλλας καὶ χαμαιζήλας ita: ἐπίσχισον τὸν βλαστὸν ὀξυτάτῳ σιδήρῳ καὶ ἐκλύσας ὀρθόνον ἀπίστασον etc.

sessiles] Lactucas sessiles seu Laconicas habet Plinius 19. 8. et Martialis III. Epig. 47.

4. *pastinaca, thymum*] Crete. XII. 10. *cynthum* nominat pro thymo.

agrestis est raphanus] *Armoraciam* per i, non per e vocat Columella VI. 17. 8 et IX. 4. 5. *armoraciorum* est etiam in Columella XII. 9. 3. In loco eius IX. 4. 5. Lipsiensis Codex habet *aremorana.* Dioscorides II. 138. ῥαφανὶς ἀγρία ἣν Ῥωμαῖοι ἀρμοράκιαν καλοῦσι. Plinius 19. c. 26. no. 3. *Etiamnum vnum genus siluestre Graeci agrion vocant, Pontici armon, alii leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore.* Theophrastus H. P. VII. 4. obiter memorat siluestre genus ῥαφανίδος, et folia ait habere erucae (ἐρύσιμον) similia. Quem locum integriorem legit Athenaeus II. p. 56. qui nomen inde, Ἀμωράειν refert. In Plinio Vincentius X. 125. *Merian Pontici armon — nostri amorathiam* habet. Plinius 20. c. 12. *raphanum et siluestrem esse diximus: laudatissimus in Arcadia — Cetero aestiuo vsus in Italia, et armoraciam vocant.* Ita scripsit Harduinus, cum antea esset: *Est et satiuo vsus in Italia, et amoraciam vocant.* In MStis reperit Harduinus *Cetero aestiuosus*, vnde Pintianus multo rectius corrigebat, auctore Dioscoride: *Caetero aestiuosus ipse, Italia armoraciam vocat.* Vincentius X. c. 128. legit: *Est aestuosus in Italia et armoraciam vocant satiuam.* Satiui etc. Vnde egregie fruitus Pintiani

emen-

emendatio, nisi quod aestuosus legendum est ex Vinoentio. Armoracia igitur nomen peregrinum fuit plantae. Itali armoraceam rauano vocant eorumque exemplo Galli raifort; atque ita Crescentius VI. *Raphanum non seritur quia semen non habet, sed plantatur, sed plantatur corona tota recens vel media, vel fiunt de radicibus eius parua frusta et plantantur.* Ita et nostri plantant Cochleariam Armoraciam Linnaei.

5. *inanitas*] Noster Febr. XXIV. 12. *cum radices egit modice comprehendendus et alleuandus est furculo vt suspensus a terra, quod spatii vacuum subter inuenerit capitis vastitate cogatur implere.*

si aceti] Plinius 19. f. 44. *quidam et autumno serunt, iubentque cum hieme seratur, aceto semen perfundi.* vbi rectius legi puto *cum hiemi* seratur.

Tit. XII. *nouorum*] Crescentius *recentium.* Geoponica X. 4. plantationem paulum diuersam tradunt. Videtur chamaerops humilis Linnaei intelligi. Diuersam sationem totamque arboris curam cum sexu egregie docuit Albertus Vegetab. p. 450. quem exscripsit Crescentius. Cf. supra April. VI.

2. *et rigatione continuos*] Vulgatum *vt rigatione continua* ita corrigi voluit etiam Pontedera, nisi quod ex Cresc. Basil. malebat etiam *et rigatio.*

feces vini] Geoponica X. 4. γίνονται δὲ εὐθαλέστεροι τρυγίᾳ οἴνου παλαιοῦ ποτιζόμενοι.

3. *Pistacia*] Nihil de horum in Italia cultu Plinius nec reliqui rei rusticae scriptores. Palladius Geoponica expressit vbi Diophanes X. 11. fructum pistaciorum ait esse serendum non decorticatum. (ἀλέπιστον) deinde cap. 12. Damogeron docet, Calendis Aprilibus seri, ἄρρεν καὶ θῆλυ συνηρμοσμένα τὰς φύσεις, τοῦ ἄρρενος τὰ νῶτα πρὸς ζέφυρον ἄγοντος. ἄτω γὰρ τὸν καρπὸν εὐφορήσουσι πλήρη. ἀπικεντρίζεται δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ εἰς τέρμινθον, οἶμαι δ' ὅτι καὶ εἰς ἀμυγδαλάς. Tum e Paxamo iubent scrobes antea fieri in locis apricis, probeque subigi; tum arborum stolones nouellos et vegetos colligatos simul in scrobem deponere luna secunda, et a terra vsque ad ramulos constringere; praeterea scrobem stercorare, adobruere, ablaqueare, octano quoque die rigare, et totidem rursus constringere. Tertio demum anno, cum truncus bene conualuit, scrobi aperto stercus ingerere, truncumque plantae altius demergere, et adaggerare. Quorum prior pars de nucibus mari-

bus et foeminis est intelligenda, vt recte monuit. Notas maris seruauit Palladius ex graecis nunc deperditis Geoponicis. De nomine pistaciorum peregrino bene docuit ad Geoponica Niclas. Terebinthum indicam vocauit Theophrastus H. P. IV. 5. quem locum vertit Plinius XII. c. 6. E. Syria in Italiam pertulisse pistacia Vitellium, atque eodem tempore in Hispaniam Flaccum Pompeium, nouissimis Tiberii Caesaris temporibus, testatur Plinius 15. c. 22. Aromaticum pistaciorum nucum operimentum (λεπῶν) memorat Paulus Aegineta VI. Posidonius arborem fructum racemos gerere ait, cortice albo, oblongos nucibus similes, intus flauescentes, pineis nucleis minus grato sapore sed magis odoratos. Sed locum Posidonii variis mendis laborantem, emendare conatus est Bodaeus ad Theophr. p. 361. Ex antiquo pistaciorum nomine Φιττάκια, medio aeuo latino-barbari scriptores effecerunt *fisticum*. vnde Siculorum *Fastuca* teste Sestini Epist. Sicul. T. I. p. 130. vbi monet, hodieque in Sicilia terebintho inseri pistaciam. Quod de nuce mare et foemina tradit Palladius, nititur obseruatione de sexu pistaciorum arborum separato et in diuersas arbores distributo, adeo vt quae mas ereditur esse, nuces inanes, sine nucleo ferat, femina contra plenas. Hinc, nisi iuxta plantentur mares arbores, opus est opera humana ad foecundandas feminas semine florum masculorum; quod diligenter faciunt Siculi agricolae. Marem pistaciam, Linnaei pistaciam trifoliam, foeminam, eiusdem pistaciam veram esse cum Boccone tradit Sestini l. c. sed Linnaeus vtrique speciei sexum diuersum et singulis arboribus distinctum tribuit. Sed haec disputatio non pertinet ad h. l. vbi Palladius vulgarem fidem sequitur, et marem perhibet arborem, quae nucem vacuam, feminam, quae intus in nuce sub corio nuclei veluti testiculi longi latent. Pistacium feminam apposito terebintho mare foecundatam memorat Du Hamel in Physiologia Arbor. T. I. p. 260. vers. germ.

4. *Cerasus*] Ante omnia animaduertent lectores, cerasum, quem Theophrastus H. P. III. 13. accurate descripsit, erectum cortice libro et ligno volutatim intortis, fructu diospyri figura, nucleo molli, ex cuius libro funes torqueri solebant, fructus autem contemnebatur, plane diversum esse a ceraso, cuius genera descripsit Plinius. Hic tamen multis in locis ex Theophrasto transtulit ad cerasum, Romanis bene notam atque operose cultam, quae ad diuersum plane genus Theophrasti pertinent, de quo nihil extri-

extricauit ineptus homo Bodaeus a Stapel. Theophrasti cerasum respexit Hesychius in voce κέρασος. Quae igitur paulo post de cerasi natura et cultu collecta ponam Plinii loca, secundum hanc regulam interpretanda et distinguenda sunt, ne nominis communione deceptus lector erret. Carmen graecum de mensibus romanis in Analectis Brunckii T. II. p. 519. mense Iunio habet ἐν δ' ἰουνίῳ κεράσε βρίθομαι ἀκρέμοσι. Videtur auctor fulua cerasa Iunio mense matura dicere. Cerasinum colorem Petronius c. 28. et 67. galbino et prasino opponit. Glossae russeum interpretantur. Cerasum vere fructum afferre; monent Geopon. IV. 12. et cap. 5. X. 41. X. 76. vbi Cerasum fuluum suspicor intelligi. Fulua cerasa vocamus *Spenling*, *Spilling*; sed genus maius etiam reperitur, oui magnitudine et cognomine.

vel in collibus] Crescentius paulo antea habet *proueniunt* cum Vincentio, hic vero idem habet insertum: *vel prope montes laetantur*. De ceraso, primum a Lucullo post bellum Mithridaticum inuecta in Italiam ex Ponti vrbe Cerasunte, accurate tradit Plinius 15. sect. 30. et genera multa ceraforum breuiter enarrat, quae nunc omittimus. Ad culturam vero haec pertinent inde excerpta: *Minus quinquennium est, quod prodiere quae vocantur laurea, non ingratae amaritudinis insita in lauro. — Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert. Septentrione frigidisque gaudet; siccatur etiam sole, conditurque, vt oliua, radis.* Idem 16. sect. 59. *iuxta romam ipsam castaneae cerasique aegre proueniunt.* Paruo post malum florere cerasum, refert 16. sect. 42. Ibid. sect. 30. *Aquosis montibus gaudent acer — cerasus*. et sect. 72. *alternant fructus quibus siccius lignum, vt olea, magis quam quibus carnosum, vt cerasis.* sect. 79. cerasum firmam respectu ligni dixit. Idem sect. 55. corticem ceraso ait esse similem libris. Vmbras enormes cerasis et lauris esse ait 17. sect. 17. Idem 16. sect. 54. *ramosarum cerasus etiam in 40. cubitorum trabes, aequali per totum duum cubitorum crassitudine reperitur.* vbi Theophrastus H. Pl. I. 13. cubitos 24. habet. Idem 16. s. 63. *cerasum circa brumam seri.* Cerasis pomum primo candidum, deinde rubere, denique nigrescere tradit 15. sect. 29. Libro 17. sect. 47. *Cerasos praecoces facit, cogitque maturescere calx admota radicibus. Et hoc autem et omnia poma interuelli melius est, vt quae relicta sint, grandescant.* De insitione pauca habet. Casu ab auibus satam fuisse in salice cerasum, in ceraso laurum, tradit 17. sect. 22.

Idem 15. sect. 17. ex Virgilio Georg. II. 69. cerasis vlmum insitum memorat. Scilicet in Virgilio legerat: *cerasumque suis fregere sub vlmo.* vbi hodie *glandemque* est. Platanum Palladius nominat, fere congenerem. Lentitiam platano madidam, cerasso ficciorem et ponderosiorem tribuit 16. sect. 77. Idem 17. s. 37. no. 9. *Cerasus et tilia et vitis corticem mittunt, sed non vitalem nec proximum corpori, verum eum, qui subnascente alio expellitur.* Ita scilicet Theophrast. H. P. IV. 18. *Cerasos praecoces facere ordeaceam stipulam radicibus admotum.* ex Plinii loco 17. sect. 47. tradit Vincentius XIII. 7. vtra lectio verior sit, definiri vix potest. Calcis tamen vsus ad praecocitatem multo celeriorem debet habere effectum quam stipulae ordeaceae. Geopon. X. 41. de cerasso: χαίρει ψυχροῖς καὶ νοτεροῖς τόποις, χαίρει δὲ μάλιστα τῷ ἐγκεντρισμῷ. Theophrastus H. P. III. 13. Φύεται δ' ὅπου καὶ ἡ φίλυρα, τὸ δ' ὅλον ὅπου τεταμοὶ καὶ ἔνυδρα.

5. *pro adminiculis*] Hinc Geoponica IV. 1. 14 ἔγνωμεν δ' ἐν Βιθυνίᾳ τὴν δενδρῖτιν ἄμπελον τῇ κερασέᾳ χαίρειν καὶ μάλιστα τὴν ὀπωρικήν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἀμλίνιον, ὡς αἰτίαν καὶ πολυκαρπίας καὶ πολυοινίας. Cerasso insitam vitem vuas praecoces ferre, tradunt IV. 12. nigram vitem definit insitioni cap. 5. Terebintho inserunt cerasum et persico Geoponica X. 76. Plantari stolones cerasorum iubent X. 31. similiter pyris et malis cap. 41. Cresc. ex h. l. habet. *virgultis etiam ipsius paruulis* (*paruunculis* antiqua mea) *positis affirmatur a Palladio facile in arborem prosilire.*

7. *Cerasa vt sine*] Vincentius bis ex Palladio posuit *cerasia.* et in Columella XI. 2. 11. *cerasorum* habent Edd. I. B. R. κεράσια habent de arbore Geopon. X. 41. de fructu Athenaeus II. p. 51. ex Diphilo Siphnio, et Seruius. Cresc. VIII. 7. habet ex. h. l. *nascantur sic asserit M. arborem — abradere.* Idem artificium in vite, malo granato et cerasso accurate tradunt Geoponica IV. 7. noster III. 29. 3. De vite idem iam olim tradidit Theophrastus C. P. III. 19. V. 5. et 7. Columella Arbor. IX. 3. Plinius 17. sect. 35. no. 5.

alii et Octobri] Geoponica III. 4. Aprili ficum, castaneam et cerasum inoculari docent. Eadem cap. 13. mense Octobri cerasum inseri et plantari posse monent.

lanuginem] Plinius 17. sect. 24. *Cerasi libro dempto induntur. Hae solae et post brumam inseruntur. Dempto libro habent veluti lanuginem, quae si comprehendit insitum, putrefacit.* vbi grauiter lapsus est Plinius, existimans, lanuginem partem intelligi arboris sub libro. Palladius enim

ex

ex Martiali docet arboris in trunco inferendae per fissuram truncum en quidem in parte, qua resectus recipere debet in fissuram succulum alienum, diligenter esse scalpro laevigandum, ne scobes a serra facta relinquatur et surculum vitiet. Ita in vite per terebrationem in trunco inserendo Columella IV. 29. 16. gallica terebra foramen fieri iubet, quae non scobem, sed ramenta faciat; iisque exemtis plagam laeuem relinqui, quae surculum omni parte contingat, nulla interueniente lanugine, quam excitat vulgaris terebra. Igitur *lanugo* etiam h. l. est scobes, a serra quidem facta, dum truncus reciditur. Si partem aliquam arboris cum Plinio intelligi velis, tum vero cogitare oportet, quam inepte dicatur pars aliqua arboris vitae necessaria, et magis etiam, dum inseritur, eximenda. Librum cerasi rutilantem dixit Calpurnius Eclog. III. 44. Ceterum Albertus addit: *Si in persicum inseratur cerasus, recuperat gummam quam amiserat. Vitis per cerasum perforatum ducta et dimissa donec vnum lignum fiat et postea post cerasum abscissa, vuas dicitur ferre maturas, quando cerasa sunt matura.*

gumma] Cresc. *quando humor vel his nondum est vel fluere desinit.* Sed ibi antiqua mea habet *gumma.*

densius] Cresc. *pressius*, sed antiqua mea ibi *depressius artata.* habet.

stringis — oblinis] Vincentius *stringes — oblines.* Crescentius altero in loco *stringes et oblines fimo summam vel creta et laterum — solidatur cortex vel cicatrix.* In altero loco similiter *et* ante *summam* omittit et praeterea habet: *et post annum cicatrix dicta — in hanc plantam — surculos — attulerint.* Sed priore in loco postrema legit: *in hanc arborem — surculos attulerint.* atque ita etiam Vinc. bis scriptum habet. Sed antiqua mea Cresc. editio VIII. 7. habet: *cicatrix. hanc arborem surculus.* Ceterum ibidem Crescentius post verba *poma nascentur:* addit: *Si ramus paruus cerasi scindatur et loco medullae ponatur scamonea, fructus illius rami eo anno laxandi virtutem acquirit.* In priore loco Cresc. antiqua mea habet: *solidatur dicta cortex vel cicatrix.*

attulerint, inseris] Brusch. Ald. *inseris.*

8. *florentis adlinire*] *arboris illiniri* omisso *florentis.* Cresc. V. 1. de ipso remedio vide ad Nouembr. 7. 15.

siccata] Ante solis exortum decerpta cerasa in vas coniicit, substrata atque interstrata satureia auctor in Geoponicis X. 42. Idem eadem in calamis etiam condi docet.

Symphoniacam] Ex Apuleio de Plantis c. 4. Hyoscyamum interpretatur Bodaeus, et Almeloven ad h. l. Eandem nominat Vegetius III, 68. 3. Mihi h. l. hyoscyamus ineptus esse videtur. Eum enim in coronam torquere circa truncum non licet; deinde quis bonus arborator venenatum fruticem in pomario ferat? Consilium eo spectat, vt radices a calore solis defendantur atque inumbrentur.

Tit. XIII. *more quo*] Iunio VII. 2.

Tit. XIV. 1. *Graeci*] Quaedam horum exstant in Geoponicis, alia non. Collectionem enim habemus mancam et in breuitatem nimis angustam contractam per Cassianum.

fide media] Pessime *subsidia* interpretatur Schoettgen; quae notio sequiore demum aetate valuit. Gesner *mendacia* malebat. Sed in Indice reperio ex h. l. relatum *media fide* i. e. interposita. Deinde tamen quasi ex diuerso loco additur: *media, remedia, medicamenta.* Ernesti verba in Erf. libro omissa *sua media* vt glossam barbari hominis damnat.

croceo] Varro apud Gellium XIII. 29. vini tria genera distinguit, nigrum, album, et κιρρὸν seu giluum, et efficere ait nigrum vires, album vrinam, giluum πέψιν.

vuis nigris] Geoponica VII. 3. αἱ μέλαιναι δυνατώτεραι τὸν οἶνον ἕξεσιν, αἱ λευκαὶ μέσον, αἱ δὲ πυῤῥαὶ τῶν μελαινῶν ὀλίγον ἡδίω.

2. *compleuerint*] Debebat esse *hauserint.*

3. *resinae*] Plinius 23. f. 24. resina condita frigidis stomachis vtilia existimantur — nouitium resinatum nulli conducit, — innocentius pice sola conditum.

4. *Lacedaemonii*] Sectio haec tota legitur graece Geoponic. VII. 4. et apud Crescent. IV, 26. qui ex graeco transtulit, vnde in Geopon. legendum est: Λακεδαιμόνιοι δὲ ἕως τοσούτῳ εἰς τὸ πῦρ ἑψῶσι τὸν οἶνον ἕως ἂν τὸ πέμπτον μέρος ἀφεψηθῇ, καὶ μετὰ τέσσαρα ἔτη χρῶνται. vbi vulgo est ἑῶσι. Sed postrema aliter legit Crescent. habet enim: *et eo post eam consumto vtuntur*, quasi legisset. καὶ μετὰ ταῦτα χρῶνται.

5. *duro*] amaro, acerbo interpretatur Schoettgen ex Georg. IV, 101. *mella — durum bacchi domitura saporem.* σκληρὸν et μαλακὸν οἶνον similiter dicit Theophr. de Odor. p. 451. ed. Heinf. vbi plane gemina Thasii vini conditura exstat. Vide ad Caton. c. 109. in Addendis.

ordeacii] Vinum mali odoris emendant Geopon. VII. 26. plane ordeaceo calido in sporta demisso in vas; Plinius 22, f. 68. eundem in saccos colatorios addit. Experimentum

mellitum vini acescentis habent Geopon. VII. 15. 19. vt polentam admisceant, eamque vbi desederit, degustent; alii furfures hordeaceos vino efferuescenti admiscebant, et refrigeratos degustabant. Cato cap. 108. polentam grandem cum vino ferquefacit, quod percolatum deinde et refrigeratum, abiecta polenta, degustat. Contra in Geopon. VII. 15. est de polenta: *ἔνιοι ἄλφιτα μιγνύουσι καὶ κατασήσαντα γεύονται.* quae et barbara et male versa sunt. Nam latina interpretatio habet *farinam;* graecum *κατασήσαντα* verbo *γεύονται* iunctum barbarum est. Medicinam aliiquaerent ex Catone. Romani far adhibebant in ipso conviuio, teste Martiali XIII. 8. Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas, vt satur in vacuis dulcia musta bibas. Cf. ad Cat. c. 109. in Addendis p. 686. quibus nunc addo locum Athenaei X. p. 432. vbi Hegesander Delphus refert vulgo vinum adspersa polenta bibi solitum fuisse, deinde subditur: *ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ κἂν Θηρόσι τοῖς νήσοις ἐπιπάττοντας λέκιθον ἀντὶ ἀλφίτου πίνειν, καὶ λέγεσθαι ταύτην τὴν πόσιν καλλίονα τῆς ἐξ ἀλφίτων.* quae Casaubonus male de vitello oui interpretatur vino adsperso, quod ipsum verbum *ἐπιπάττειν* docet. *Λέκιθος* est farinae genus aliquod ex leguminibus factae, vt docet locus Phaniae ap. Athen. p. 406. Epinicus ap. Athenaeum loco priore aestiuam hanc potionem concinnare docet. Vinum Thasium vetus (*γέροντα Θάσιον*) cum melle Attico miscet in scypho vitreo, cui addit farinam, eaque potione sitim aestate temperat. Farinam *δήμητρος ἀκτὴν* homerico more nominat, cum qua subigit vinum *πᾶν γεφυρώσας ὕγρὸν*, vt recte vulgatum *γεφυρώσας* corrigit Casaubonus. Mel vocat poeta: *τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος ἐσμὸν μελίσσης τῆς ἀκρολόγου γλυκύν.* Ita enim vulgatum *ἀκρολόχου* recte correxit H. Stephanus in Thes. Gr. L. quod Casaubonus non meminerat, qui ex Excerptis peius *ἀκροχόλου* annotauit. Nec is *ἐσμὸν* probabat, pro melle positum; quanquam Hesychius *ἔσμιον* pro dulci, *νόσιμον*, annotauit. *ἐσμὸν γάλακτος* dixit Eurip. Bach. 699. Vitreum scyphum Epinicus dicit *ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου*, ita enim Dalecampius locum interpretatur. Apud Herodotum II. 169. *ἀρτήματα λίθινα χυτὰ καὶ χρύσεα* eodem pertinere videntur; quem locum respicit glossa Hesychii *χυτὸν — καὶ ὁ ξεστὸς λίθος. Ἡρόδοτος.* quae est inepta Grammatici interpretatio, cui similem habet Suidas: *λίθων χοαί· ἄργυρος καὶ χρυσός.*

admiscent] Albertus *imniscent.*

montanas] Geopon. VII. 20. *μυρτίδας ὀλίγας ἀρίμας — καὶ ἔμβαλε ἐν τῷ κάβῳ τῷ λεγομένῳ χοίνικι.* Colationem omittunt.

omittunt. *Montanus* ex glossa esse puto, vel potius *agresti*. Ceterum Cato c. 125. cum Columella XII. 38. docent vinum myrteum ex musto facere ad vsum medicum simili fere ratione.

in cabum] Ita pro vulgato *cadum* scripsi ex fonte graeco. Festus: *Choenica mensurae genus*, quatuor scilicet sextariorum. De cabo, eiusdem mensurae, praecipue tamen in aridis, vt frumento, vsitato, vide Niclas ad Geopon. p. 506.

arbustinae] Geoponica l. c. *καὶ ἡ οἰνάνθη μάλιστα ἡ ἐπὶ ἀναδενδράδων παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἄνθης ληφθεῖσα καὶ ἐμβληθεῖσα ἐυώδη τὸν οἶνον ποιεῖ.* Sed eadem V. 51. integrius sic habent: *οἰνάνθην ἀπὸ τῆς ἡδὺν οἶνον φερούσης ἀμπέλου καὶ ἀπὸ τῆς ἀγρίας, μάλιστα δὲ ἀπὸ τῆς ἀναδενδρίτιδος. λητέον δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἄνθης τῶν βοτρύων ἐηλαδὴ ἀφαιρουμένων ἐν σκιᾷ. καὶ τῷ ἄνθει καθαρῷ κεραμίῳ ἐμβληθέντι ἐπιχυτέον οἶνον ἐυώδες παλαιὸν καὶ ἑψητὸν τὸ ἴσον τριπτέον τοῖς χερσὶν ἐπιμελῶς καὶ μάζας ποιητέον καὶ ἀποθετέον.* Ex vtroque capite sententiam vnam concinnabis, vbi tamen mensura deest. De ipsa re vide etiam supra ad VII. tit. 11. notam.

6. *ad potandum suaue*] Albertus *ad p. optimum fit, si foeniculi vel saculegae competentem quantitatem immiscueris et vinum turbaueris.*

in vasculo] Recte Leidensis liber *in vasculum*, et deinceps *superlini* cum Brusch. et Erford.

7. *frugiferi comam*] Ita ex Geoponicorum VII. 24. formula *πίτυος καρπίμου κόμην* scribendum esse recte monuit ad eum locum Niclas. Ex Leidensi *frugeri semen* annotauit Gronouius.

frigas] Ita recte Erford. pro vulgato *frangas*, eoque ducit Vinc. et Cresc. *fricas*. Geopon. *μετὰ τὸ φρυγῆναι συγκοπέντων.* Deinceps Leid. *pariter ponderas.*

magna vina] Vinc. *antiqua* recte, puto. Geopon. *παλαιοφανεῖς καὶ μονίμους οἴνους ποιήσεις.*

singula modis] Leidensis liber *modia* habet scriptum.

crocomagma] Diosc. I. 26. *γίνεται ἐκ τοῦ κροκίνου μύρου τῶν ἀρωμάτων ἐκπεσθέντων καὶ ἀναπλασθέντων.* Plinius 21. c. 82. interpretatur faecem expressi vnguento crocino croci; Celsus 5. c. 18. quasi recrementum eius explicat. In Vegetio vitiose dicitur *croci manna.*

8. *nardi celtici*] Debebat esse *celticae*. Geopon. VII. 24. *νάρδου κελτικῆς τὸ ἴσον, ἀλόης ἡπατιτίδος γό. β. κόψαντες καὶ διήσαντες ἐμβάλλουσιν εἰς τὸν οἶνον καὶ ἕως χρῶνται.* vbi Palladius videtur legisse *καὶ σήσαντες.* Sed Politiani liber

verba

verba *et cariis* omisit. Mensuram vini Geoponica omittunt, et fumi mentionem.

9. *in album*] Vina vetustate in alienum colorem transire, notum fuit veteribus, vt plura scriptorum loca testantur. Artificia nunc docet Palladius. Vinum vetus soli expositum, quamuis bene clausum, sed aere multo simul concluso colorem omnem in membranam latam deponere, multo vero citius, vase aperto et soli exposito, vidit *Chaptal* Mémoires de l'Academ. de Paris 1768. p. 722.

lomentum] Est ex graeco λέιωμα, faba comminuta, vt recte iam olim Herm. Barbarus, non a *lauamento*, vt Vossius aliique. Lomento Romani sordes eluebant; fabaeque alicuius farinae pro sapone vtuntur hodieque Iapones, teste Thunbergio.

alborem] i. e. albumen. Ita etiam Caelius Aurelianus Acutor. morbor. II. 37. Ceterum idem exprimentum habet Apicius I. 6. *vinum ex atro candidum sic facies. Lomentum ex faba factum, vel ouorum trium alborem in lagenam mittis, et diutissime agitas. alia die erit candidum. Et cineres vitis albae idem faciunt.* Ceterum Barth. Aduers. 23. 13. monet, fuscum vinum h. l. magis interpretandum esse corruptum, eius indicium esse colorem fuscum. Partem veri vidit vir doctus. Scilicet vina turbida et vitiata aliquo modo oui albumine et fabae farina seu lomento pura et nitida seu candida fieri sciunt etiam mangones nostri, qui tamen damno sanitatis lithargyro etiam aliisque remediis vtuntur, quibus simul acor vini emendatur. Sordes vini albumine oui admisto obligari et collectas deiici ita, vt vinum purum reddatur, tradit etiam Catius apud Horatium Sermon. II. 4. 55. *Surrentina vafer qui miscet faeces Falerna vina, columbino limum bene colligit ouo; quatenus ima petit volueus aliena vitellus.* Itaque multo rectius Fronto Geopon. VII. 22. trium ovorum albumen cum sale albo vino indit, vt vinum limpidum faciat, οἶνον διαυγῆ ποιῆσαι. Ipsam aquam turbidam ita limpidam efficit Diocles apud Oribasium Collect. V. cap. 4.

10. *in cinerem*] Varronis in Geoponicis VII. 21. experimentis si credimus, non solum cineribus sarmentorum combustorum hoc efficitur, sed adiecto etiam sale sordido, aut sero lactis vinum fit candidum ex nigro. Lister ad Apicium I. c. p. 17. annotat, fallaciam horum experimentorum esse aliquam. Omnes enim herbarum combustarum sales vini colorem aliquatenus mutare. Verum inter recentiores primus Comes *Mouroux* cineres plantarum colores omnes

suarum vires reddere docuit in Mélanges de Philosophie et de Mathematique de la Societé roiale de Turin 1773. p. 11 et seqq. Deinde varia fuerunt experimenta instituta a variis viris doctis, quorum alii negarunt, alii affirmarunt, colores plantarum omnium ex cineribus combustarum restitui posse.

imponere] Vitium Gesnerus excusare conabatur imitatione Graeci ὥστε ἐπιτιθέναι; sed legendum puto *imponant*; atque huc ducit lectio Pol. et Cr. qui pro *adiiciantur* habent *imponantur*. Albertus: *vitibus ista proprietas inesse dicitur, quod si alba vel nigra vel rubea* in cinerem per ignem redigantur, *et cineres illi vino immisceantur, vnaquaeque vitis suo colore vinum inficeret, ita videlicet vt ex nigra fiat vinum fuscum et candidum ex alba — vt videlicet subdecuplum cineris in decuplum vini misceatur.* Deinde *operietur aut lutetur* Brusch.

11. *altheae*] Geopon. VII. 23. altheae radices arefactas in vinum deradunt, vt vinum forte seu πολύφορον faciant. Albertus: *Si de debili vinum forte facere volueris, altae folia vel radices teneras decoctas immitte.*

cineris] nigri. ἐρεβίνθου frícti et moliti farinam firmam et diureticam vinum facere Geopon. XII. 12. 22. tradunt.

aut cinerem] Albertus: *cum cineribus sarmentorum quos flamma subtiles efficit.*

13. *fieri si candidum*] Brusch. *fieri enim sic candidum.*

14. *reiecit*] Pol. *erexit*, sed primae literae impositum quiddam spiritui leni Graecorum simile annotauit Politianus; quod fuisse *r* ex vulgari *regessit*, suspicatur Gesner, qui *erexit* defendit ex locis Virgilii Aeneid. III. 423 et 576. vbi Charybdis fluctus sub auras erigere, Aetna vero scopulos erigit eructans.

Italicos] Supra Ianuar c. 18. vrbicos habet. De modio et sextario Italico et graeco disputat Cornarius ad Galenum de Compos. Medicam. p. 438.

fortiter agitatis] Gypsum cum musto separatim miscent et agitant etiam Geoponica VI. 18.

absinthii octo vncias] Geoponica minus integram habent hanc compositionem VIII. 21. vbi absinthii praecipue pontici drachmas octo in amphoram addunt musti. Plinius 14. c. 19. in XL. sextarios musti addit libram absinthii pontici. Vide etiam Diosc. V. 49.

Tit. XV. *Rosatum*] Apicius I. 4. *Rosatum sine rosa sic facies. folia citri viridia in sportella palmea in dolium musti mittes,*

mittes, antequam ferueat, et post quadraginta dies exime. Cum necesse fuerit, mel addes et pro rosato vtere.

Tit. XVII. *oenomelli*] Debebat esse *oenomelle*, vel *oenomeli*, graece οἰνόμελι. Ex musto parant etiam Geoponica VIII. 26. sed decimam partem mellis admiscent, sextam Dioscorides V. 16.

3. *frigida cella*] Geoponica reponunt εἰς σιπύν. Aliud oenomeli fit ex vino, de quo Geopon. VIII. 25.

Tit. XVIII. *deferuendo*] Nonius p. 267. b. *Sapa quod nunc mellaceum dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Varro de populi Romani Vita Libro I. Sapam appellabant, quod de musto ad mediam partem decoxerant. Defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuefaciendo. Passum — nominabant, si in vindemia vuam diutius coctam legerent, eam passi essent in sole aduri.* Sapa est Graecorum ἕψημα Geopon. VIII. 32. sed Asianorum, Attici enim σίραιον vocabant. Cf. Nielas ad Geopon. p. 303.

Caroenum] Isidorus XX. 3. *defrutum dictum est quod defrudetur et quasi fraudem patiatur, Carenum eo quod fervendo parte careat. Tertia enim parte musti amissa, quod remanserit, carenum est. Cui contraria sapa est, quae fervendo ad tertiam reducta descendit.* Isidorus igitur in Palladio legisse videtur *defrudando*. *Caroenum* ex Augustino de Morib. Manich. II. c. 13 et 16. laudauit Cangius, qui praeterea duos scriptorum medii aeui locos apposuit, vbi careno sapa vilior dicitur esse. Κάρωνον etiam ex Nicolao Myrepso Sect. I. c. 5. attulit. In Apicio I. 3 et II. 1. *caraenum* posuit Hummelberg, vbi Codex Vaticanus *Caremum* nominat. A Caribus, quos Cassiodorus aliique Carenos vocant, deriuat Turnebus Aduers. XIII. 23. Gesnerus in Indice comparauerat Caricarum decoctum, quod aliqui σίραιον vocabant, teste Galeno et Paulo Aegineta. Vox inuenta videtur Palladii tempore. Addo caricarum defrutum Romanos colorem vocasse, teste Apicio II. 2. vnde idem VII. 6. VIII. colorare defruto, et III. 20. passo dixit. Quae loca omisit Gesneri Thes. L. L.

Tit. XIX. *quo ad conditum*] Male Edd. quaedam *quoad*, aliae post *conditum* interpungunt, monente Morgagni II. 19. qui bene de conditis vinis docuit. Latini simpliciter dixere *conditum*, vt Graeci recentiores κονδίτον. Caelius Aurel. Chronic. V. 1. *probat conditum bibendum, quod plerique*

latini

latini mussum vocant. Scilicet vinis vario genere conditis omnibus mel adiiciebatur; etiam in coena demum pro lubitu quisque conuiua addebat. Hinc Palladius passum mellis more seruari posse ait, in coena deinde addendum vinis conditis; quibus etiam saccharum addit Nicolaus Myrepsus sect. 27. c. 49 et 43. Vide etiam Niclas ad Geopon. p. 552.

inflatione] Creticum tamen passum, cui Plinius 14. c. 9. et Martialis Xenior. 106. primatum dant, inflare tamen et stomacho aduersari, monet ex Dioscoride V. 7. Morgagni l. c.

Tit. XX. *De cydonito*] Melopiacentem ex melle et carne cydoniorum contrita confectum in Iberia et Romam perlatum habet Galenus Alim. facult. II. 23. Cydoniatum Aetius Tetrab. II. Serm. I. cap. vltimo conficit ex malis cydoniis corio sublato et intestinis, (ἐντεριώνης) deinde in frusta confectis, et succo percolato. Succum crudorum, et mitem cum vino dulci tusorum habet in medicamentis. Plinius 23. c. 54. vbi et oleum inde factum, melinum, memorat. Reliqua vide ad Columellam XII. 45. et Palladium III. 25. 24. Hoc vero in loco cydonites non vinum est, sed potius mel, κυδωνόμελι Dioscoridi V. 29. 30. Syrupum seu ecligma cydoniorum intelligi volebat Niclas ad Geopon. p. 537.

piper] Vinc. *pipere subtili — vnum et semis — gingiberis* habet. Aut lectio Vinc. probanda, aut legendum est *adsperges.*

Tit. XXI. *farriculum*] Plinius 18. c. 26. *fermentum simile sit ex tritici ipsius furfuribus minutis et optimis e musto albo triduo maturato* (Codd. et Vinc. *macerato*) *subactis ac sole siccatis. inde pastillos in pane faciendo dilutos cum similagine seminis feruefaciunt atque ita farinae miscent, sic optimum panem fieri arbitrantes.* Farriculum est far minutum, de quo vide ad Caton. c. 143. minutum far triticeum nominat Columella VIII. 5. 23. Hinc milii praecipuus ad fermenta vsus e musto subacti in annuum tempus apud Plinium 18. c. 11. et Geoponicorum II. 33. etsi Geoponica milium in farinam rediguat. *Panes mustaurum* h. l. vix fero; malim *musteos* vel *mustaceos*, a musto, quibus farina seu far miscetur. Diuersi sunt mustacei Catonis c. 121. Titulum capitis non curo. De loco Plinii pauca addo. Pergit is: *Graeci in binos semodios farinae satis esse bessis fermenti constituere; et haec quidem genera viudemiis tantum fiunt.* Hardinus temere lectionem libri Chiffl. Pintiani et Vincentii *macerato* contemsit; nam cum Pintiano inde legen-

legendum erat *macératis*. Palladius tridue ex musto infundere dixit, quod Plinius macerare. Deinde Codex Pintiani: *cum similiginis eminis*: vnde Pintianus cum Turnebo efficiebat *similaginis heminis*. Harduinus *seminis* de adoreo semine interpretatur. Ceterum miror in Plinio tritici furfures optimos et minutos. Interpretes non aduertisse, cum sint ineptissimi ad fermentum inde parandum, nec in panillos coeant musto admixti. Equidem tritici far minutum atque optimum a Plinio nominatum fuisse censeo, idque a librariis postea vitium in notibres ipsis furfures.

de sub pedibus] *De* inclusit Commel. et Gesner. De locutione vide ad Colum. XII. 34.

Tit. XXII. *Graecam*] Ex psithia puto vite, nam latina fere ex apiana fiebant, testante Plinio. Passas vuas Gallo-Prouinciae incolae *Pansos* vocant, atque ita parant teste Garidel in Histor. Plant. Prouinc. p. 501. *On lie les raisins auec du filet, ou on les passe dans un filet noué par les deux bouts, et on les plonge dans de la lessiue bouillonte, ou l' on mêle un peu d' huile jusqu' à ce que les raisins se rident; on les expose ensuite au soleil pendant six à sept jours, et on les range ensuite dans des caisses ou dans ce que nous appellons Escortins ou Coufins.*

botryones] Breuius haec Geoponica V. 52. τὰς πεπανθέντας βότρυας ἐν τῷ κλήματος ἐπιστρέψας. Ita etiam Theophr. C. P. II. 10.

inarescere] Forte probanda librorum lectio marcescere, propter graecum ἔασον μαρανθῆναι.

constrictam] i. e. exsiccatam, graece ἐξικμανθεῖσαν.

componis] Hoc ex libris posui propter sensum. Graece σύνθες εἰς ἀγγεῖον.

sicco alnore frigentis] Mire vertit graeca φύλλων ἀμπελίνων ὑπὸ ἅλυ ἐψυγμένων. et vereor, vt lectio vulgaris sit sana.

item desuper] Ex Cresc. addidi *desuper*; praeterea malim *iterum*. Graece πάλιν ἄνωθεν ἐπίθες.

nihilo — calentes] Verba haec vt superuacanea sudente Crescentio inclusi.

AD

AD LIBRI XII.

Tit. I. *ac semente solamui*] Omisit recte Vinc. igitur inclusi. Octobri I. *Iusta satio adorei et tritici est a decimo Cal. Nou. usque ad sextum Idus Decembr. regionibus temperatis.*

pinguissimum] Albertus h. l. *pinguem* legit.

vt tegi] Albertus ex h. l. retulit: *et late spargenda faba vt plus possit dilatari in stipitibus.* Male igitur h. l. scriptum legit, aut ipse male interpretatus est.

2. *satione eius generis*] Cresc. III. 8. *hoc genere leguminis terra non laeditur, et maxime si radices dimittit in ea, sed tamen in eo non foecundatur, nisi per accidens ager fuerit multum humidus. Nam Columella — et verum dicit duplici ratione, vna quia messis de nutrimento frumenti aliquid assumsit, altera quia non potuit in aestate sic commode exarari vt nudus.* Locus Columellae est II. 10. 7. Locus Cres. ex Alberto ductus corrigi debet. Albertus luna plena fabam seri vult.

3. *repercussa non sensit*] Solis matutini, vtroque sidere supra nostrum horizontem elato, interpretatur Gesner. Post plenilunium enim exorientem solem lunam adhuc supra horizontem deprehendere. Sed vide notam ad Columellam II. 10. 10.

pridie infusa] Cresc. III. 8. *cui multum proderit si tarde seritur, si madida seritur, sic enim germinare statim et nasci cogetur. quodsi in aqua laetaminis duobus vel tribus diebus mollificari sinatur quae nascitur et melioris erit coctura et etiam talis mollificatio pinguis eidem contra terrae macredinem auxilium exhibebet. Quidam dicunt aqua fabam cum seritur respersam coctura non habere difficilem.* vbi antiqua mea: *in aqua fabam infractam cum seritur respersa.* vbi vera lectio Palladii latet. Geoponica II. 35. ἵνα καλοὶ πρὸς τὴν ἕψησιν ὦσι, πρὸ μιᾶς ἡμέρας τὸ σπέρμα βρέχε αὐτὸς ὕδατι μετὰ νίτρου. Reliqua ibi non exstant hodie. Aqua laetaminis Crescentii ducta videtur ex Geoponicis II. 41. vbi semina leguminum serendorum nitro et stercore perfundi et macerari iubent. De nitro iam olim praecepit Theophrastus H. P. II. 5. In coctura fabis adiiciunt sinapi Geoponica II. 41. quo facilius madescant et percoquantur.

Tit. II. *more quo*] Septembri X.

Idus nunc mergus] Columella IV. 15. *tempus autem non aliud magis idoneum est hunc mergum amputandi, quam ab*

ab Idibus Octobribus in Idus Nouembres. Vnde vulgatam h. l. interpunctionem *conueniet et ante Idus. Nunc mergus* correxi. Deinceps ex eodem Columella et nostri Febr. 16. legi debet *post biennium.* Vere recidere ibidem vetuit mergum Palladius sect. 2. vbi vide notam.

Tit. III. *Nunc*] Crescentius in Kalendario XII. 11. ita h. l. laudauit: *nunc ac deinceps vsque donec terra congeletur, vinea vetus, quae est in solo robusto, quae integro trunco sit — intra tertium — parte mucrone feriatur — incitetur, vt ibi materiam fundat quae reparetur.* vbi antiqua mea habet: *nunc ad deinceps — vsque quo.* Sed idem Cresc. IV. 10. *Columella dicit quodsi vitis pergulari et arbusti quae est integro trunco in solo robusto stricte putetur et abl. fimetur in terra, tert. vel qu. pedem a terra macrone feriatur acuto ac fosso f. incitentur ex eo loco 9. plurimumque producit in vere ac materiam vitis fundit, qua reparetur vitis.*

intitetur] *Fossura* malebat Gronou. II. 16. Obseruatt. qui recte relecit emendationem viri docti, qui malebat *incitetur* legi. Locus est translatus ex Columella IV. 22. 3. vbi vide notas.

Tit. IV. *inuitamur tepore prouinciae*] Crescent. XII. 11. *vbi tempore incitamur.*

posteranit] Vereor, vt verbum, ex solo hoc loco notum, tueri possit locum suum. Crescentius enim habet *derogauit.* Forte graecum ὑστερῶν voluit reddere.

2. *decisis cacuminibus*] Nanas arbores, quas Francicas Germani appellant, comparauit Gesner, non satis apte. Geoponica IX. 9. proceras arbores ventorum vim maxime sentire docent cum damno fructus: διὸ πολλοὶ καὶ τὰς τῶν νεοφύτων κλῶνας χαμαὶ ἕλκουσιν ταπεινότερον καὶ χαμαιζηλότερον τὸ δένδρον ἀναγκάζοντες γίγνεσθαι. Crescentius loci sensum ita reddidit: *Formatur vt paucos habeat stipites et parum eleuatos a terra, vt per latera, quantum poterit diffundatur.* Pertinent verba Palladii ad plantam post biennium formandam putatione in altitudinem vel latitudinem ramorum. Posteriorem formam omnes fere scriptores antiqui et recentiores probant, priorem damnant ad fructuum vbertatem. Cf. ad Colum. V. 9. 7. Sed ecce veram loci sententiam indicat Quinctilianus Instit. VIII. c. 3. s. 10. *surgentia in altum cacumina oleae ferro coercebo; in orbem se formosius fundet et protinus fructum ramis pluribus feret.*

Theo-

Theophrastus H. P. I. 23. ἔτι καὶ ἐλαίας τινὲς τῶν τόπων φασὶν ἔνιον ὄμπρον ἐνέγκαι, σημεῖον εὐφορίας ἔσται. Vnde apparet, saepius inferioribus ramis feracem esse oleam.

supergressa] Ex communi auctore sed breuius Colum. V. 9. 11. *ac primo surculari debent, ita vt simplex stilus altitudinem maximi bouis excedat.*

ab humore] Insolentem dictionem commode non licet interpretari, nisi quod video in arduo situ oleam postulare mediocrem humorem. Sic tamen sunt supra I. 21. 1. *suspensa ab omni humore stabula*; et I. 40. 1. *suspensus ab humore locus.*

scalpis] terra moueatur fodiaturque circa codicem. Vide Febr. XVIII. 2.

corbes] Columella XI. 2. 90.

Tit. VI. *in terra*] Praepositionem addidi ex Crescentio. Noster Ianuar. XIV. 5. *sed allio alba terra proficiet.* Ceterum eadem ex communi auctore tradit Columella XI. 3. 20. vbi vide notas. Geopon. XII. 30. τὰ σκόροδα γίνεται κάλλιστα ἐν τοῖς λευκογείοις et cap. 31. de cepis: κάλλιστα ἔσται ἐν τῇ ἐρυθρᾷ φυτευόμενα, ὥσπερ τὰ σκόροδα ἐν τοῖς λευκογείοις. Albertus ex h. l. *terram quaerit argillosam albam bene fossam — sulcandum* (pro *sarculandum*) *frequenter et altiori terra positum melius crescit. Si herba nata conculcatur magna capita habebit, si luna latente sub terra seritur itemque eadem luna latente vellicatur effossum odoris f. c. acceptum autem de terra durabit diu si aut paleis coopertum aut fumo suspensum seruetur.*

si capitatum] Ex Cresc. *bene* addi volebat Pontedera. Deinceps *ita* addidi ex libris; etsi noster Febr. 24. 4. *si capita voluerimus esse maiora, folia omnia debemus auferre, et sic succus ad inferiora cogetur.*

2. *vellatur*] Crescentius post *reuertetur ad spicas* addit: *colliguntur cum eorum stipites se amplius* (*ammodo antiqua mea*) *sustinere non possunt in lunae defectu et claro aere.*

paleis condita] Plinius 19. c. 32. de cepis: *seruantur optime in paleis.* Contra Cresc. V. 2. *semina porri* (*porrorum* antiqua mea) *et ceparum melius quam aliter in foliis filiquis seruabuntur.*

Tit. VII. *Persici ossa*] Geopon. X. 3. duracina semine, praecocia et semine et surculis a matre auulsis seri monent. Ceterum Armeniaca, Gallorum *Abricots*, Crescentius vocat *mumiaca*

muniaca et arborem ipsam *muniacum*, Itali hodie *Meliaca*, *Meliaco*. Cultum eius docet Crescentius V. 15. Deinceps Brusch. *seperata*.

tribus palmis] Pro *digitis* posui ex libris *palmis* monente etiam Pontedera, prunorum ossa a Palladio obrui duorum palmorum solo, multo quanquam minora. Albertus etiam *per duos palmos*.

2. *frondibus*] Vix sanum vocabulum. Albertus: *tamen poma durabiliora et meliora faciunt*.

humidum] Geoponica X. 13. duracina aiunt gaudere locis aquosis, aut irriguis; ita enim fructus fieri maiores; quod alios consequi interuulsis quibusdam pomis, quo reliqua nascantur maiora. Nucleos cum carnis parte aliqua serendos esse statim, quo melius plantae proueniant.

intereunt] Sequentia copulauit Albertus: *intereunt in germine*.

excusent] Vide infra ad sect. 14. et Gronouii Obseruu. II. 13. Albertus: *a solis caumate defendant*.

3. *arescit*] Addit Cresc. Apud nos experientia contradicit; imo si rami virides loco incongruo nati tollantur pulchrior et melior efficitur arbor; sed forsan in sua regione loca erant arida nimis.

Persicus scripta] Malim *persica scripta nascentur*. Simile artificium Graecorum in amygdalo tradit Ianuar. 15. f. 13. Sed in Palladio aperte quaedam h. l. exciderunt, vt comparata Geoponica X. 14 et 15. docent. Vt persica rubra nascantur docent intra nucleos post septem dies apertos sua sponte, si obruas, cinnabarin infundendum, eosque iterum obruendos esse. Scripta vero nasci, si ossis madefacti per triduum nucleum leniter eximas, in cortice eius stilo aeneo scribas litteris, non profunde insculptis, deinde papyro inuolutum seras. Ceterum Cresc. VIII. 7. vbi h. l. excerpsit, habet: *et hos cinnabari inscribas, mox ligatis*. vbi antiqua mea omittit post *dies* particulam *vbi*, et deinde habet: *his cinnobori*. Ecce Albertus: *inscribantur quae volueris et reponantur in nucleis et colligentur testae et reponantur, persica inscripta nascentur*.

4. *Genera eorum*] Libri quidam haec omittunt, probante Gesnero, qui inclusit ea. Duracina Graecis sunt δυρακινὰ et δωρακινὰ, recentioribus etiam ῥοδάκινα. Plinius 15. f. 34. *duracinis persicis adhaeret corpus lignoque auelli nequit, cum in caeteris facile separetur*. Geopon. X. 73. 2. armeniaco interpretantur praecocia seu praecoqua. (βερίκοκκα) Persicis nullum succum esse, cum praesertim dura-

cina succo abundent, affirmat Plinius 15. c. 33. ibidem perficis odorem dilutum tribuit. Prima Armeniaca florere, dein tuberes et praecoces, illas (tuberes) peregrinas, has praecoces (persicos) coactas tradit idem 16. c. 42. Summa igitur genera facit tria cum Palladio, Armenica, duracina et praecoqua persica arte coacta.

vmbraculis] Cresent. addit: quod intelligo in locis nimium calidis et siccis, quia in nostris partibus temperatis non eget. Vnum solum stipitem habere debet a terra eleuatum. Languenti arbori etc.

spolium] i. e. pellis, sed hoc remedium Pal. liber et Cresc. omittunt.

5 *palus salicis*] Geoponica X. 16. trunco medio perforato per medullam paxillum salicis aut corni infigi iubent, vt persica sine osse nascantur, nisi capitis inscriptio fallit. Nam Palladius illud consilium alia ratione docuit supra III. 17. 8.

6. *inseritur in se*] Supra Ianuar. XV. 20. *nunc locis temperatis persicorum ossa ponantur. Et inseritur eadem Persicus in se in amygdalo, in pruno; sed pruno Armenia inseremus et praecoqua.* Hinc apparet, male verba *sed Armenia — acquirunt* omissa esse a Palat. libro et Crescentio. Geoponica X. 13. Quum notum sit, inquiunt, duracinum cito senescere, inserere oportet damasceno vel amygdalo amarae vel brabilo. Ita vero dicitur proprie arbor ex persici osse nata. Male haec postrema tradidit auctor. Intelligi puto prunum silvestrem, quae Graecis βράβυλος dicitur. Eadem cap. 76. 6. praecoqua inseri monent pruno et nuci Thasiae, i. e. amygdalae. Persica nuciperfica habet Martialis XIII. 46. *vilia maternis fueramus praecoqua ramis, nunc in adoptiuis Persica cara* (vel *rara*) *sumas.* Scilicet vt pruna nuci insita dicuntur, *nuci pruna* apud Plinium, sic et nuciperfica nascebantur insita nuci praecoqua persica. Cresc. VIII. 7. Si amygdalae et persicis coniunctis oculis inserantur in pruno, erunt eorum poma carnem persicorum habentia et *ipsorum ossa mutabuntur in amygdalorum naturam.*

iuxta terram] in trunco scilicet. Hinc surculos pleniores id est crassiores requirit et prope arborem, seu vt Cresc. rectius habet *stipitem*, natos. Similiter supra IV. 10. 21. de mespili insitione: *surculus tamen eius ex media arbore debet assumi. nam de summitatibus vitiosus est.*

7. *quo dictum est*] Cresc. addit: Ego autem inueni eius insitionem in pruno factam mense Februarii optime conua-

conualere. Geoponica III. 1. 4. Ianuario inferi iubent, quae primae florent arbores, duracina, damascena, praecoqua.

8. *platano*] Geoponica X. 15. sub arbore persico rosus plantari iubent, vt persica duracina rubra nascantur; sed cap. 17. platano inserta rubere persica docent. Albertus p. 498. *persica insita in fagum spinosam faciunt esculam ex* Empedocle refert, addens: *quercus abscissa ex putredine sua profert vites.* Idem p. 423. *illum autem modum iam experti sumus quod cum inseruntur flagra persici in pruni vel cini truncum siue stipitem quod mutantur ambarum arborum naturae et fiunt escilla maiora et meliora quam sint alia escilla — quae est esculus arbor, quia per figuram foliorum cognoscitur, quod illa aliquid vicinitatis habet ad cinum et prunum, et ossa quae sunt in esculis etiam hanc radicant vicinitatem.* Sed vide de hac persici insitione supra ad Martii X. De vide idem p. 423. *modus mirabilior qui nunquam in nostris habitationibus inuentus est, nisi in terra, quae vocatur Alumnia in qua praeciditur sylua quercina et ramusculi querci infiguntur in terram et exinde fiunt vites ferentes bonum vinum.*

detractis] Albertus *eiectis* habet.

vt sic sapae] Haec omisit cum Pal. libro Cresc. qui habet: *oppleueris et in vase clauso reponas.*

9. *creditur prodesse*] Isidorus Orig. 17. 7. *Pinus creditur prodesse cunctis quae sub ea seruantur, sicut nux nocere omnibus.* vbi Vincentius Spec. natur. 12. c. 83. legit: *seruntur sicut ficus.* Plinius 17. c. 18. *iuglandium grauis vmbra et noxia — omnibusque iuxta satis. Necat gramina et pinus, sed ventis vtraque resistit, qua iam et protecta vinearum ratione egent.* Theophrastus contra C. P. III. 5. εὐμενὴς δὲ καὶ πεύκη δοκεῖ πᾶσιν εἶναι, διά τε τὸ μονόῤῥιζον εἶναι καὶ βαθύριζον. ὑποφύεται γὰρ ὑπ' αὐτῇ καὶ μύῤῥινος καὶ δάφνη καὶ ἕτερα πλείω καὶ αὔξησιν λαμβάνει, καὶ φανερὸν ὅτι μᾶλλον παροχλῶσιν αἱ ῥίζαι τῆς σκιᾶς. σκιὰν γὰρ πολλὴν ποιεῖ ἡ πεύκη. Vnde patet, locum Plinii esse vitiosum; et forte ex Isidoro h. l. addenda sunt verba: *sicut nux nocere omnibus.*

nucleis] Geoponica XI. 11. similiter vt amygdalas seri pinos (πίτυν) nucleis suis (τροβίλοις) Octobre mense vsque ad Iannuarium, legi vero nucleos Iulio ante Etesiarum flatum et prius quam ruptis calycibus (καλύπτρας) grana (κόκκοι) excidant. Eadem II. 8. 2. πίτυν aiunt locis gaudere arenosis. Octobri mense plantari iubent πίτυν καὶ ἐλάτην III. 13. Pinum in vertice ramosam dixit Plinius 16. sect. 17.

De satione 17. f. 11. *pineae nuces* (feruntur) *nucleis septenis fere in ollas perforatas additis, aut vt laurus, quae baccis seritur.* Idem 15. f. 9. *grandissimus pincis nucibus, altissimeque suspensus, intus exiles nucleos lacunatis includit toris, vestitos alia ferruginis tunica — harum genus alterum terentinae digitis fragili putamine auiumque furto in arbore; tertium sappiniae e picea satiua nucleorum cute verius quam putamine, adeo molli, vt simul mandatur. Quartum pityida vocant e pinastris singularis remedii aduersus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos vocant.* Pineas nuces seu nucleos Crinagoras dixit: ξανθὰς μυελὰς ἐκ τροβίλων. strobilorum medullas rutilas. Galli vocant nucleos *Pignons*, Itali *Pinocchi*. Colitur ob fructum hodieque et est *pinus* Linnaei *pinea*. Albertus p. 431. *Pinus in vno suo pomo simul fert nuces duras valde, quae nuces pignoli proprie vocantur, et habent nucleum valde dulcem. Pinus disponit ramos suos ad modum pyramidis; propter quod etiam pyramis figura pinealis vocatur.* Κόκκωνες Solonem et recentiores adhuc Graecos dixisse nucleos pineos, annotat Phrynichus Atticista p. 176.

10. *semen asperges*] Bruſch. *aspergis.*

12. *vna et directa*] vt nucum generi, de quo ad Columellam V. 10. dixi. Inter μονόρριζα nominat Theophrastus H. P. I. 9. ἐλάτην πεύκην. Plinius 16. f. 56. abietem laricem. De lupino idem Columella II. 12.

duplicentur] Deinceps addit Crescentius: *Item fertur, quod sub eius cortice nascuntur facile vermes, qui lignum corrodunt, et destruunt, et ideo longiori tempore durat, si saepe corticibus spolietur.* Theophrastus etiam H. P. V. 5. pinum ait magis quam abietem a teredine infestari, vtpote dulciorem succo, magis etiam quo sit pinguior.

13. *obruantur ossa.*] Ita cum Pontedera distinxi ex Crescentio. Vulgo erat: *obruantur. Ossa eadem.* Ita et Italica versio distinxit prunum appellans *Sosino*, male autem *putre solum* reddens: *terra letaminata.*

prius lixiuio] scilicet *cinere.* Sed Albertus *macerentur post lixiuia per triduum vt cito pullulent.*

ex codice] Ex lectione Crescentii infra memorata Pontedera h. l. legi volebat: *Ponuntur et plantis, quas sumemus de radicibus et codice matris Ianuario exeunte.* Italica versio habet *Pongonsi ancora le piante, che si diuellano dalle lor madri, cicè dal lato alto stipite all' vscita di Genajo.* Ex depraua to *matris* ortum esse *mense*, suspicatur vir doctus, qui monet, stolones in orno, malo, piro, olea, lauro et

prano

pruno enasci ex trunco seu codice, ex radicibus autem in populo, vlmo, ceraso et pruno. Vtrumque genus a Palladio memoratum fuisse, arguit sequens colon: *exstirpandae sunt soboles a radice, exceptis rectioribus, quae seruabuntur ad plantas.* Equidem rationem Pontederae plane approbo; interim ex Codice dedi *plantae* pro *plantis.*

caelo tepido] Geoponica X. 39. damascena pruna docent gaudere solo sicco, aere calido, et plantari eodem tempore cum brabilo, et inseri in arbores congeneres et malum. Damascenis primum locum assignat Galenus Alim. Facult. II. propter vim adstringendi; secundum Ibericis et Hispanicis propter dulcedinem et vim alui laxandae.

14. *excusant*] Vulgatum *emendant et vitant* interpretatur Gronou. Obseruu. II. 12. Cresc. *laetamen recusant quia ex hoc* etc. Vincent. *excusante.* Equidem ex Cresc. Lugd. et Erf. malim legere *glareosis iuuantur laetamine excusante, ne* etc. Excusare pro defendere dixit noster I. 28. 3. et supra Nouembri VII. 2. Albertus: *Pruna volunt habere locum euocabilem facilem et humidum — lapidoso et glareoso iuuantur; gramen recusant, quia ex hoc fructus cadentes et vermiculos faciunt.*

furno] Balneorum vel fornacis calcariae; nam in coenaculis furnum ignorabant Romani.

15. *decurrant*] Alii libri *decidant.* Italiaca versio: *si le sosine scorrono.*

epiurum] *cuneum* Cresc. Edit. Basil. interpretatur. Vtitur vocabulo Isidorus 19. 9. Geoponica 10. 23 et 67. Hesychius ἐπίκυρος· ἧλοι ξύλινοι, vbi vide Hemsterhusii notam.

modestius] Cresc. *moderate pro arboris robore:* idem voluisse videtur Pal. vbi est *modestius pro arboris noxa.* Supra IV. 10. 20. de mespilo: *si vermibus occupatur — amurca vel humana vetere vrina vel viua calce perfundendi, sed parcius propter arboris noxam, vel aqua decocti lupini. Sed putatur hinc arbor sterilis fieri.* A sola rubrica cum pice liquida, qua et alibi contra formicas vtitur, noxa arbori vix tam magna est timenda; quare suspicor h. l. excidisse mentionem calcis viuae vel aquae decocti lupini. Crescentius haec impedire ait, quominus formicae repetant arborem. Ita vero ait: *ne rursum repetere possint tale obstaculum faciamus. Succum portulacae cum aceti media parte permixtum praecepit Palladius debere infundi, vel vini faecibus truncum arboris illiniri, aut rubrica cum pice liquida sed moderate pro arboris robore, ne idem quod pro remedio exhibitum est, fiat venenum.* vbi antiqua mea habet: *modeste*

pro arboris noxa ne eidem — exhibuerunt, faciat venenum. Pergit Cresc. *vel quod puto melius vellus lanae aut lini vel foeni aut paleae quantitas circa stipitem in altiori dictarum parte ligetur, in inferiore sparsim et quasi pectinata pendente. Vel fiat vas figuli rotundum et latum, in cuius medio sit amplum foramen, per quod planta figatur; sitque vt aquam vndique possit sine effusione tenere, vt ad plantam formicae accedere non possint.* Succum portulacae habet Crescentius ex nostri Octobr. 12. 8.

quam cortice] Rectius Albertus *quam sub cortice.*

gumen lacrymare] Supra II. 15. 20. *nunc prunus inserenda est, antequam guminet.* vbi Edd. primae male *germinet* habent scriptum. Lectionem *gummine* ex Cod. Lugd. memorauit etiam I. Fr. Gronou. ad Liuium p. 792. De scriptura vide ad Caton. c. 68.

Inseritur in se] Vulgatam emendandam esse censeo ex Pal. libro et Cresc. ita: *in se, in Persico, et amygdalo et malo.* Ecce enim Plinius 15. c. 12. *Nuper in Baetica malina appellari coeperunt malis insita et alia amygdalina amygdalis. Hic intus in ligno nucleus amygdalae est; nec aliud pomum ingeniosius geminatum est.* Et paulo antea: *Peculiaris est impudentia nucibus insitorum, quae faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nuci pruna. Et haec autem et persica et cerina et silvestria vt vuae cadis condita vsque ad alia nascentia aetatem sibi prorogant. reliquorum velocitas cito mitescentium transuolat.* vbi *persica pruna* sunt persico insita, vt *nuci pruna* nucibus insita. De pruno amygdalae insitae vulgo in Gallo-Provincia testatur Garidel p. 379. vbi prunus silvestris audit *Agrenas.* De insitione pruni noster obiter II. 15. c. 20. vbi persico inserit. Deinceps dubito quomodo sint verba recte ordinanda, quia Cresc. quaedam omisit. Facilius tamen credo intelligi posse, quomodo amygdalus insitam malum degenerem reddat et paruam, quod est in lectione Crescentii, quam quo malus insitam prunum. De persico addita a Crescentio et muniaco magis etiam potest dubitari. Damascena inseri pyro silvestri, malo et cotoneo, docent Geoponica X. 76. Persico inserit etiam Albertus ex h. l.

Damascena] Plinius l. c. *in peregrinis arboribus dicta sunt Damascena a Syriae Damasco cognominata, iam pridem in Italia nascentia, grandiore quanquam ligno, et exiliore carne, nec vnquam in rugas siccata quoniam soles sui desunt.* Gallorum pruna quomodo siccentur, tradiderunt Mémoires d' Agri-

d'Agriculture de la Societé de Paris Année 1785. Trimestre d'Eté. Eliguntur quae dicunt Galli *Prunes de Brignoles*, et *pordrigon blanc*.

16. *alii*] Alio modo pruna condit Columella XII. 10. Geoponica X. 40. Damascena in vino demergunt et vase clauso servant, fere vt Palladius persica. Inepte Albertus: *in loco sicco et fumoso repositus super crates vel suspensus super fumum*, deceptus falsa lectione, quae *fumo* pro *furno* habebat.

17. *plantis seritur*] nisi caedua. Vide ad Columell. V. 10. 13.

Nouembri] Calpurnius Ecloga II. 82. *castaneasque nuces totidem, cum sole Nouembri maturis nucibus virides rumpentur echini.*

18. *vsque tunc durent*] Cresc. Castaneae colliguntur cum propter maturitatem suam de ericiis suis deciderunt in terram, vel cum in eis apparere incipiunt excutiuntur perticis et collectis ericiis in aceruum intra sepem (rotimeum addit antiqua mea) timore porcorum coaceruantur, et cum sic in gazara aliquibus diebus steterint, aperiuntur, et hae meliores quam praedictae sunt ad seruandum virides, quia per totum Martium possunt virides seruari. Sed aliae quae maturae ab arbore cadunt, vsque ad 15. dies solum seruantur. Virides si ad fumum positae, vt siccentur, diu seruari possunt et sapotosiores caeteris esse dicuntur. Servantur virides in sabulone, vt dixi, vel in cratibus ad fumum duobus saepe mensibus positae, vt post modum siccatae mundentur et diu seruentur.

19. *carbunculus et tosus*] Solum *tosum* nominat Columella IV. 33. qui cum Palladio ex eodem auctore multa duxit. Antiqua mea Crescentii editio h. l. solum carbunculum nominat. Autor dissertationis de castanearum cultura, asseruatione et ad cibum praeparatione insertae libro gallico Bibliotheque Physico-écónomique année 1783. p. 1 seqq. amare asserit solum siccum lapidosum: *excepté un sol argilleux ou trop gras — il se plait de préferente sur le penchant des côteaux.* quem iuuabit etiam ad sequentem Palladii doctrinam conferre.

20. *vel totus vel*] Ita recte antiqua mea Editio Crescentii. Vulgo *totus; aut sulcis.* Pastinatio fit aut omni solo fosso; aut sulcis ductis, aut arata terra. De pastinatione vide ad Columella III. 13. Gesner h. l. vitiosum esse suspicabatur immerito.

21. *bimas plantas*] Cresc. addit: ita tamen quod in nemoribus spissius in agris vero seminalibus rariores putentur, scilicet 40. pedes distantes, vt possint per latera conuenienter diffundi.

deductoria] Vegetius Veterin. I. 56. deductorium cuniculum fossae nominat.

putationibus] Cresc. addit: in nemoribus latis depressius, in agris vero qui seminantur altius in eis rami formentur.

22. *castanea inseritur*] Cresc. Inseritur mense Aprili, Martio et Maio in se et in salice, tardius prouenit et maturatur, in cortice inseritur et inoculatur, et melius inseritur ad buccellum hoc modo. Praescindatur arbor nobilis generis (*et consequenti pullulauerit admodum* habet antiqua mea) et ad modum populi colligantur surculi antequam germinent et in frigido et vmbroso loco seruentur obruti, vt postmodum mense Aprili et Maio habeantur, et tunc ex eis commode fiet insitio ad buccellum vel more emplastri. Et si multas insitiones fieri oportet ex surculis inserendis multi fient buccelli cum germine longi, secundum latitudinem vnius digiti grossi et plurimi, deinde insitio surculo inserendo in loco congruo et cortice in tres vel quatuor partes scisso eligatur surculus aequalis stipiti, qui tantum deprimatur inferius, quod aequetur et cortex elenetur, minus buccello formetur et quod excorticatum est super buccellum totaliter incidatur.

genere vtroque] et insitione et inoculatione. Sed locus est aperte vitiosus; quid si legamus: *nam potest et inoculari?*

ex fago] Cresc. *et ex eis fiunt optimae vegetes tinae et vasa in quibus castaneae siccae seruantur.* Ita noster iuglandis nuces seruari iubet in cistis ex ligno iuglandis factis.

palustri vlua] Poetae *limosam*, *leuem*, *sterilem*, *glaucam*, *viridem* dixerunt vluam, quorum loca laudauit Gesneri Thes. L. L. In pabulo iuuencorum salicum frondes vluamque palustrem nominat Virgilius III. 175. Seruius ad Aeneid. II. 135. suo tempore *budam* dici monuit. Et sic in vetere epigrammate: *Niliacam texit cerea lamna budam.* vt adeo vlua inseruierit cereorum ellychnis. Sidonius Epist. II. 2. *lubrici scirporum cirri plicantur simulque pingues vluarum paginae natant.* Sed is diuersam vluam dixit. Ita etiam Plinius 21. c. 68. *quam inter vluas sagittam appellamus.* Vluas enim omnes aquaticas herbas, et quidem natantes, dixit. Sed idem 16. c. 1. *vlua et palustri iunco funes nectunt*

ad

ad praetexenda pisibus retia. Nominat vluam circa salicta crescentem Cato cap. 37. sed eam euulsam pecori substerni iubet. Typham Linnaei cum Britanno Martyn vulgo interpretatur vluam Virgilii. Vlua vites alligat Columella IV. 13. Erones vlua palustri factos habet Vitruuius V. 12. i. e. φορμὲς, κοφίνυς.

23. *agrestis cerasi*] Supra Octobr. XII. 4. cerasi plantam siluestrem dixit. Falli enim puto Herreram cum Platina, qui cerasa amara dicta putat a latinis agrestia. Amara Herrera Italicus (Veneziae editus 1557. Hispanico enim careo) vocari ait Italice *Visiale*, genusque aliquod eorum grande *Greche;* Crescentius vocat *marene* vel *marescke*. Culturam eorum a dulcibus diuersam plane docuit *Herrera*, qui simul admonuit, hodie cerasa romana reliquis praeferri, cum Plinius 16. c. 59. aegre iuxta Romam prouenire dixerit. Ceterum Vincentius ex h. l. laudat *possumus — panguntur.*

Tit. VIII. Cf. Colum. IX. 14. 13. Brusch. *sordidi liberandi.*

Tit. IX. *luxuriant*] Graeci breuius τραγῶσας dicunt, quod vitium Plinius 17. 24. hirculationem vertit ex graeco.

pressius] In Geoponicis V. 40. vnde haec ducta sunt est μακροτομεῖν δεῖ ἐκκληματούμενας γὰρ λωφῶσιν. vbi Niclas locum Theophrasti C. P. III. 19. apposuit, qui haec explicat: ὅσαι κλήματα μὲν πολλὰ φύουσι, καρπὸν δὲ ὀλίγον, τούτων τὰ μὲν ἐξ ἄκρου τὰ πρῶτα ὡς μακρότατα λείπειν, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ σέλεχος βραχέα, ὅπως ἀπὸ μὲν βραχείας τομῆς ἡ ἄμπελος αὔξηται, ἀπὸ δὲ τῶν ἐξ ἄκρου κλημάτων ὁ καρπός.

flexuosa] Addunt rationem Geopon. *vt vitis refrigeretur.*

Tit. X. Argumentum et verba repetita sunt ex Geopon. V. 35. Pro *suffundi* Brusch. *diffundi.*

Tit. XI. *roseta*] Liber Pol. *rosaria.* Et sic supra Febr. 21. et Martio 8. 2. Sed Virgilius Ecl. V. 17. roseta etiam dixit.

virgulis] Libri quidam *virgultis.* Sic supra Febr. 21. *virgulta rosarum* vocat, sed ibidem etiam *virgas.* Varro. I. 35. *virgulas palmares* rosarum dixit, quos noster surculos quaternorum digitorum. Crescent. *plantantur autem plantulis et virgultis in paruas particulas diuisis et in seminario satis seminibus.*

geniculis] Si vera est lectio pro radicibus. Geopon. XI. 18. in eadem re μετὰ τῶν ῥιζῶν; sed paulo post: ἐὰν δὲ ὀλίγων τὰ φυτὰ πλέονα τῶν ἑκατὸν βάλῃ, λαβὼν τὰ κλήματα αὐτῶν διέλε καὶ τεμὼν ἀεὶ τετραδακτυλιαῖα ἢ μικρῷ μείζονα κατατίθεσο. ὅταν δὲ γένηται ἐνιαυσιαῖα μεταφύτευε ἀπέχοντα ἀπ' ἀλλήλων πόδα.

pedis spatio] Geoponica πῆχον nominant. sed paulo post πόδα vbi addunt: καὶ ἔτως ἐργάζε σπάνιον ἐπιμελῶς καὶ τὴν ὕλην πᾶσαν ἐξαιρῶν. Plinius 21. 4. *translatione quoque, at vitis optime ocissimeque prouenit, surculis quaternum digitorum longitudine aut ampliore post Virgiliarum occasum sata: deinde per Fauonium translata, pedalibus interuallis crebroque circumfossa.* Nicander apud Athenaeum XV. p. 683. αὐτὰρ ἀπαν θοβόλοιο ῥόδα κατατέμνεο βλάστας, τάφροις τ' ἐμπήξειας, ὁδὸν δικάλαυα τελίσκων. Intelligit poeta sulcos pedales, quibus disponit rosarum frutices Columella Arbor. c. 30.

Tit. XII. *ipsam vitem*] Brusch. omittit *vitem*.

latitudine duorum] Minus integre Geoponica IV. 11. τάφρον ἐπὶ πήχεις βάθος δύο.

calamos] Χάρακας κατάπηξον, καὶ τὰ κλήματα λυγίζων ἀπίδρεψον ἅπαξ ἢ τρίς. Ad calamos alligantur vuae cum sarmentis.

Tit. XIII. *colostram*] Erf. *colostrum*. De genere foemineo dubitantem Seruium ad Eclog. II. 22. ex h. l. et Nonio refellebat Schoettgen.

2. *matrices mane*] Ex Leidensi Codice haec duo vocabula adscribens pro varietate solum *mane* apposuit I. Fr. Gronouius, vt suspicari liceat *matrices* in libro scripto non esse, quanquam omissa vocabula vir egregius solet alibi signare stellulis aut addito verbo *abest*. Nescio igitur vnde duxerit Abr. Gronouius, qui varietatem Leid. libri ex schedis Gronouianis margini Commelianae adscripsit, vocabulum *matres*, quod substitui *matricibus* in Leidensi annotauit.

ingesta] Vinc. 18. c. 3. Sp. Nat. *ingestum donec conseptis pabulum per aetatis robur matribus habere possint commune.* Alibi vero: *pascua matribus possit — communia.* Crescent. IX. 74. circa natiuitatem domini iunguntur agni cum matribus, vt hoc de agnis Palladius dicit. Ceterum Gesner *possit* praeferebat, Morgagni *concepto robore* malebat, aut *et* ante pascuum inserebat. Priorem rationem probo. Columella VII. 3. 19. *deinde vbi consuluerint circa meridiem pratis*

pratis aut noualibus villae continuis matres admonendae sunt et a septo emittendi agni, vt condiscant foris pasci.

3. *est, foenum*] Ex Crescentio corrigenti h. l. Ponderae male obsecutus est Gesner. Vulgatam defendit Columella VII. 3. 21. *At contra penuriae hiemis succurritur obiectis — vlmeis vel ex fraxino frondibus, vel autumnali foenoi*

7. *auribus flexis*] *Flaccis* vel *flaccidis* malebat etiam Cannegieter ad Auiani Fabulas p. 93.

8. *matrices*] Columella: *nec vltra octo annos matres seruandae sunt, quod assiduo partu fatigatae steriles existant.* Crescentius ex h. l. ita refert: *Singulis decem capris singuli sufficiunt hirci vltra octo annos seruandae non sunt; nam hoc genus longiori sterilescit aetate.* De numero hircorum capris admittendorum nihil hodie exstat in Columella; sed eam rationem tradit Varro II. 3. 11.

Tit. XV. *decrescit*] Columella XI. 2. 11. *luna decrescente a vigesima vsque in trigesimam, quoniam omnis materia sic caesa iudicatur carie non infestari.* Plinius 16. c. 74. *Circumcisas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, vt omnis humor stantibus defluat.* Eadem Vitruvius II. 9. a quo habet sua Palladius. Cf. Cato cap. 17. qui generatim materiam tempestiuam esse ait, vbi semen arboris maturum fuerit; cuius praecepti rationem egregie docuit Vitruuius l. c.

per eas partes] Vitruuius: *liquor effluens per torulum.* idem paulo post *eiecto torulo* de abiete habet, vnde apparet, torulum esse in abiete quod generico vocabulo latino *alburnum*, nobis *Splint.* Compendium Architecturae: *vt inutilis humor decurrat et venarum raritas exsiccata solidetur.* Cetrum Theophrasti γυρώματα, H. Plant. V. 6. cum torulo Vitruuii ineptissime comparauit Bodaeus a Stapel. Idem Theophr. V. 2. de arboribus: ὅταν δὲ τμηθῶσι, ῥεῖ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης καὶ ἐκ τῶν τῆς πεύκης ὄζων ἐπὶ πολὺν χρόνον ὑγρότης καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης. vnde Plinius XVI. 39. larici et magis abieti succisis humor diu defluit. Idem cap. 4. de vlmo: μετὰ τὴν τομὴν, ὅταν ὀρθὰ καθῇ, πολὺ ὕδωρ ἀφίησι. Praeceptum ipsum non magni facit Gallus Du Hamel, qui varia experimenta instituit, quaerens, num ita forte ligna densiora efficerentur. Vitruuium is suspicatur ligna in molli solo nata respexisse. At ipse in quercubus tantum experimenta cepit. Ceterum humor arborum nullus fluit post gemmas apertas et succum in folia redundantem, vt idem monet Gallus de ratione caedendarum siluarum T. I. p. 299.

p. 299 seqq. versionis germanicae. Idem denique lunarem rationem materiae caedendae confutauit in eodem opere.

Gallicam] Ex Gallia Iura et Vogeso monte laudat Plinius 16. sect. 76. Hinc nostro Gallicum lignum dicitur. Obiter annotabo ἄντυγας δίφρων ex ligno caprifici igne calefacto et curuato confectas apud auctorem Idylii XXV. inter Theocritea versu 247. ὡς δ' ὅταν ἁρματόκηγος ἀνὴρ ὄρπηκας κάμπτησιν ἐρινεῦ εὐκεάτοιο, θάλψας ἐν πυρὶ πρῶτον, ἐπαξονίῳ κύκλα δίφρῳ — τανύφλοιος ἐρινὸς καμπτόμενος. Cf. Iliad. Φ. 37.

tegulis] Vitruuius: *certe tabulae in subgrundiis circum insulas si essent ex ea collocatae, ab traiectionibus incendiorum aedificia periculo liberarentur, quod eae nec flammam nec carbonem possunt recipere.* Etiam Crescentius cum Pol. libro omittit *tegulis*; igitur monente Pontedera. vt supervacuum et falsum inclusi. Compendium Architecturae cap. XII. *ex ea adfixae tabulae subgrunda ignis violentiam prohibent.* vbi Vascosana Editio *affixa tabula a suggrundo* habet. Ceterum narratio veterum de vi laricis flammis resistente variis virorum doctorum disputationibus iactata rediit tandem ad fabulae similem exaggerationem veritatis, vt in salamandra factum nouimus. Ligni carbonumque laricinorum pondus et reliquam differentiam egregie explicuit Du Roi, Harbkesche wilde Baumzucht T. II. p. 61 seqq. Laricem circa ripam Padi et litora maris Adriatici nasci frequentem tradidit Vitruuius II. 9. vnde fabula de sororibus Phaëthontis in larices mutatis nata est, quam signauit numus denarius P. Accoleii Lariscoli a larice cognominati. Vide Philippum a Turre ad Monumenta Antii veteris p. 21. legi debere *Esculus.*

2. *Aesculus*] Compendium Architect. c. XII. post quercum, de qua est: *cum in terrenis operibus obruitur perpetuam exhibet vtilitatem.* pergit: *Cuius* apta aedificiis materies *et in humore posita perpetuam exhibet vtilitatem.* vbi Vatic. 2. *posita sic altius perpetuam.* vbi suspicor, pro *Cuius*

intestinis] Intestinum opus villae habet Varro III. 1. s. 10. Plinus 16. s. 76. no. 1. de larice et pino: *ad fabrorum intestina opera medulla sectilis.* vbi Harduinus ex Codice Theodosiano Leg. 2. De excusat. artif. *intestinarios* artifices attulit, in Gesneri Thes. L. L. omissos. Idem Plinius 16. s. 82. de abiete: *ad quaecunque libeat intestina opera aptissima siue graeco siue Campano siue Siculo fabricae artis genere spectabilis.* Vnde patet, opere intestino excelluisse fabros Campanos, Siculos et graecos, reliquo opere fabrili Poenos, vnde lecti et reliqua suppellex lignea Poenica appellata fuit.

scalpturis

ſcalpturis] Compendium: *in fabrica inutiles, in ſculpturis gratae inueniuntur.* vbi Vatic. 1. *vtiles* habet. Vitruuius II. 9. *egregiam habere videntur in vſu rigiditatem.*

curuabiles] niſi ſiccentur antea, pandantur vt ait Vitruu.

catenis] Vitruuius: *recipiunt catenationes.* Sed Vincent. habet *cardinibus*, quibus vtilem vlmum ſed inuerſam eſſe ait Plinius. Creſcentius V. *Ex ligno vlmi fiunt trabes et materia domuum licet non diu durent in eis — et competenter omnia inſtrumenta quae tenacitatem requirunt, vt potius curuentur quam rumpantur aut ſcindantur.* Compendium Architecturae: *in omni opere cito flectuntur, ſed cum aruerint, rigidae ſunt; lentoris cauſa catenis vtiles.* vbi male Vatic. 1. *vitio* pro *cito* habet.

3. *piſcina*] Idem olim factum teſtatur Theophraſtus H. P. V. 6. differre ait ligna quercina et pinea a ſe ipſis robore, ſi mari condiantur. ταριχεύεσι γὰρ ἐκ ἐν ὕσῳ βάθει πάντα δύοντες τῆς θαλάττης, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς αὐτῇ γῇ, τὰ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω, τὰ δ' ἐν πλείονι βάθει. πάντων δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζην θᾶττον δύεται καθ' ὕδατος καὶ ἐπινεύει μᾶλλον. Eundem morem reſpexit Apollonius Rhodius I. 1003. ὡς δ' ὅτε δέρατα μακρὰ νέον πελέκεσσι τυπέντα ὑλοτόμοι ϛελεχηδὸν ἐπὶ ῥηγμῖνι βάλωσιν, ὄφρα νοτισθέντα κρατερὸς ἀνεχοίατο γόμφους. vbi Brunckius ϛοιχηδὸν edidit: Hodieque in provincia Galliarum Guyenne quercus iuniores ſucco turgeſcentes caedunt et in piſcina per ſex menſes iacere ſinunt, quo facto ad radios rotarum vtiliores fieri tradit Goyon de la Plombaine, cuius Diſſertatio germanice exſtat in Promtuario Hamburgenſi T. XX. p. 457. Fluuiandi hanc rationem probat etiam Le Camus de Mezieres Traité de la Force des bois. Paris 1782. Carpinum hodie Britanni ſucco liquidiſſimo turgentem menſe Iunio caeſam diſſecant in aſſeres et pontilia, atque haec per quatuor et ſex hebdomadas aqua macerata ſuffumigando exſiccant, atque ita a vermium et putredinis noxa optime defendi affirmant. Quam rationem approbauit etiam Du Roi Harbekeſche Baumzucht T. I. p. 269. Ita ſcilicet humor omnis exſugitur, et oua inſectorum deſtruuntur. De abiete (ἐλάτῃ) tradit Theophraſtus H. P. V. 5. caſu repertum in Arcadiae campis, a lacu Phenei ſubito inundatis, abietem cum germinat decorticatam in aqua manere incorruptam. Quae repetiit Plinius 16. ſect. 80. Ceterum obſeruationem Theophraſti de maiore trunci inferioris quam ligni ſuperioris grauitate confirmat locus Ariſtotelis in Mechanicis c. 2. de fraude in librae aequamento facta: ἢ τῶ ξύλω τὸ πρὸς τὴν ῥίζαν πρὸς ὃ βάλλουσαι

βέπειν

φέρειν πολλοὺς ἢ ἐὰν ἔχῃ ὄζον. βαρύτερον γὰρ ἐν ᾧ μέρος ἡ ῥίζα τοῦ ξύλου ἐστίν. ὁ δὲ ὄζος ῥίζα τίς ἐστιν. Eodem Plinii locum 16. f. 73. refert Harduinus, vbi de fago dixerat: *Lignum in longitudinem fluctuatur, vt quae pars fuit ab radice validius fidit.* Sed pessime *fluctuatur* interpretatur ex Theophrasto ταριχεύεται, i. e. maceratur, comparata sect. 76. vbi est de abiete: *Abietis quae pars a terra fuit, enodis est: haec qua diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita sapinus vocatur.* Sed de fluuianda abiete neutro in loco Plinius loquitur. In priore Bodaeus etiam malebat legi: *fluitat*, Vincentius Spec. nat. XII. 63. *fluctuat vt — validius fidat* habet. Alter Plinii locus multo minus de maceranda abiete loquitur. Sed totum eum ponam, quo manifestius Harduini error coarguatur: *Communia* inquit, *his* (lari abietique) *pinoque, vt quadripartitos venarum cursus bifidosque habeant vel omnino simplices. Ad fabrorum intestina opera medulla sectilis: optima quadripartis materies et mollior quam ceterae. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quae pars a terra fuit, enodis est: haec qua diximus ratione, fluuiata decorticatur atque ita sapinus vocatur. superior pars nodosa duriorque fusterna. Et in ipsis autem arboribus robustiores aquilonaiae partes, et in totum deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis ac diuturnae. Ideo Romae infernas abies supernati praefertur.* Quae sunt contexta ex verbis Theophrasti et Vitruuii II. cap. 9 et 10. diligenter interpretatione separanda. Ex Vitruuio sumta sunt verba: *Abietis quae pars — fusterna.* deinde iterum illa: *Ideo Romae — praefertur.* Monuit quidem idem Harduinus, sed falso verba: *qua diximus ratione:* retulit ad sect. 73. haec. *lignum in longitudinem fluctuatur.* vbi ratio fluuiandae vel macerandae aqua abietis, vti vult Harduinus, nec docetur, nec poterat eo loco doceri, vti antea monui, comparati Theophrasti exemplo, vnde ita ducta sunt. Potius expressit Plinius haec Vitruuii II. 10. *ima autem pars cum excisa quadrifluuiis disparatur eicto torulo ex eadem arbore ad intestina opera comparatur et sapinea vocatur.* quem locum similiter apposuit Harduinus, quadrifluuia inepte interpretatus de abiete in fluuio mersa, cum recte interpretes Vitruuiani doceant dissectionem abietis in partes quatuor intelligi. Plinius igitur errore memoriae lapsus est, cum dicta antea putaret a se, quae lecta in Vitruuio literis signare omisit. Nisi malis Plinium respexisse verba paulo antea de eadem re conuersa ex Theophr. cuius exemplum nunc est ponendum ex Hist. Pl. V. 2.

τὰ

τὰ δὲ κοινὰ καὶ πελέκης καὶ ἐλάτας καὶ κέτους καὶ τῶν ἄλλων. ἐστὶ γὰρ ἡ μὲν τετράξυλος, ἡ δὲ δίξυλος. καλοῦσι δὲ τετραξύλους μὲν, ὅσους ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης δύο κτηδόνας εἰσὶν ἐναντίας ἔχουσαι τὴν φύσιν. ἔπειτα καθ' ἑκατέραν τὴν κτηδόνα ποιοῦνται τὴν πελέκησιν, ἐναντίας τὰς πληγὰς κατὰ κτηδόνα φέροντες, ὅταν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης ἡ πελέκησις ἀνακρέφῃ. τοῦτο γὰρ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τὴν φύσιν τῶν κτηδόνων. τὰς δὲ τοιαύτας ἐλάτας καὶ πεύκας τετραξύλους καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐργασίας αὗται κάλλισται. πυκνότατα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα καὶ τὰς ἰνγίδας αὗται φύσει. αἱ δίξυλοι δὲ κτηδόνα μὲν ἔχουσι μίαν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης, ταύτας δὲ ἐναντίας ἀλλήλαις, ὥστε καὶ τὴν πελέκησιν εἶναι διπλῆν, μίαν δὲ καθ' ἑκατέραν κτηδόνα τὰς πληγὰς ἐναντίας. ὑπαλότητα μὲν ἐν ταύτῃ φασὶν ἔχειν τὰ ξύλα, χείρισα δὲ πρὸς τὰς ἐργασίας. διαφέρεται γὰρ μάλισα. μονοξύλους δὲ καλοῦσι τὰς ἐχούσας μίαν μόνον κτηδόνα. τὴν δὲ πελέκησιν αὐτῶν γίνεσθαι τὴν αὐτὴν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης. φασὶ δὲ μανότητα μὲν ἔχειν τῇ φύσει τὰ ξύλα ταῦτα, πρὸς δὲ τὰς διαστροφὰς ἐσφαλέστατα. διαφορὰς δὲ ἔχουσι τοῖς φλοιοῖς, καθ' ἃς γνωρίζουσιν ἰδόντας εὐθὺς τὸ δένδρον ποῖόν τι ἐστιν. τῶν μὲν γὰρ εὐκτηδόνων καὶ ἀσραβῶν καὶ ὁ φλοιὸς λεῖος καὶ ὀρθός· τῶν δ' ἐναντίων τραχύς τε καὶ διεσραμμένος. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. ἐλάττ ἐστι τετράξυλα μὲν ὀλίγα, μονόξυλα δὲ πλείω τῶν ἄλλων. vbi Plinium secutus Gaza τετραξύλους quadripartitas, reliquas bipartitas et simplices dixit. Qui nomina materiae ab opificibus lignariis inventa non meminerant, varia commenti sunt, vt Theophrastum interpretarentur. Bodaeus cum aliis τετραζώνους — διζώνους — μονοζώνους tentabat corrigere, mox recordatus Vitruuiani *quadrifluuiis disparata* propendebat in lectionem τετραρύους, διρύους, μονορύους. Iam olim in lectione τετραζύους et Aldina τετραξύους haeserat H. Stephanus Thes. Gr. L. T. II. p. 1191. recte tamen tandem τετραξύους, διξύους, μονοξύους probauit. Non nimis apte Plinius arbores τετραξύους interpretatus est *quae quadripartitos venarum cursus habent;* longe rectius cum Vitruuio dixeris *quadrifluuiis disparatas.* Διξύους licebit vertere *diffluuiatas*, auctore quidem Columella de Arboribus cap. 7. §. 5. *Sin autem*, inquit, *vitis exiguam materiam habebit, et in diuersos ordines diducenda erit, neque aliter potuerit palos, ad quos perducitur, pertingere, quam vt diffluat: curabis vt quam acutissima falce ab ea parte, qua bifurca est, et eodem ferro acuto plagam emendes.* vbi Edd. primae cum Lipsi. Codice *diffluetur*, verum *diffluuietur* liber Polit. habet, cui audacter nimis lucundus in Aldina *diffluat* substituit, eumque

eumque secuti reliqui Editores. Quanquam *diffundere* verbum Palladius I. 18. f. 2. simili fere ratione vsurpauit: *si diffuderit se cupa* i. e. se diffiderit, rupta fuerit. Sic est in Scriptt. R. R. *diffundere radices*, apud Ciceronem Or. I. 28. diffusa ramis patulis platanus; apud Plinium XII. 5. *vastis ramis diffunditur ficus*. Verbum *diffluuiare* pro diffindere nunc primum ex Columella proditum addi poterit Lexicis, quibus et Plinianum *fluuiare* inseri potest, nisi id potius in *quadrifluuiata* mutandum fuerit. Nomina Theophrastea τετράξοοι, δίξοοι, μονόξοοι fuisse ab artificibus lignariis imposita arboribus, nec ab ipso Theophrasto accommodata naturae venarum ligna percurrentium, arguit etiam vocabulum πελέκησις, quod *securis adactione* satis laxa reddere conatus est Gaza. Plinius 16. f. 83. *serrabilia ac sectilia* Theophrasti H. P. V. 8. εὔπριστα καὶ εὔσχιστα reddidit; et Theophr. ibidem cum ait: ἡ πελέκησις διὰ τῶν μαλακωτέρων φάων, docet, per ligni textum penetrare securim. Igitur vbi cap. 7. ligna ad vsum opificiorum accommodata diuidit in σχιστὰ, τρόγγυλα et πελεκητὰ, et postrema ita definit: πελεκητὰ δὲ ὅσων ἀποπελεκῶσι τὰ ἔξω. non sola ea intelligit, quae in aedificando τετράγωνα appellat et rotundis lignis opponit V. c. 1. quaeque Plinius 16. sect. 74. *tigna* vocat, *quibus aufert securis corticem*, cum quadrantur. Ex Theophrasto H. P. III. 10. καὶ τὰ ξύλα πελεκηθέντα μὲν, ὅλως ἀχρεῖα — ἀπελέκητα δὲ βελτίω. Plinius 16. sect. 8. vertit: *dolata vitiis obnoxia est: quamobrem solida vtuntur*. Sed inprimis comparari debet locus H. P. III. 10. vbi de πεύκῃ est: ἔστι δὲ τὰ ξύλα τῆς μὲν ἄρρενος περίμητρα καὶ σκληρὰ, καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις τρεῦόμενα. (Vides ἐργασίας ab vsu oecodomico differre, et opus intestinariorum significare.) τῆς δὲ θηλείας ἐυεργὰ καὶ ἀτραβῆ καὶ μαλακώτερα. σχεδὸν δὲ κοινή τις ἡ διαφορὰ πάντων τῶν ἀρρένων καὶ θηλειῶν ὡς οἱ ὑλοτόμοι φασίν. ἅπαν γὰρ τὸ ἄρρεν τῇ πελεκήσει καὶ βραχύτερον καὶ ἐπεστρεμμένον μᾶλλον καὶ δυσεργότερον, καὶ τῷ χρώματι μελάντερον, τὸ δὲ θῆλυ εὐμηκέστερον. ἐπεὶ καὶ τὴν αὐγίδα τὴν καλουμένην ἡ θήλεια τῆς πεύκης ἔχει. τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς. αἴτιον δὲ ὅτι ἀπευκοτέρα καὶ ἧττον ἐνδαδος καὶ λειοτέρα καὶ ἐυκτεανωτέρα. γίνεται δὲ ἐν τοῖς μέγεθος ἔχουσι τῶν δένδρων, ὅταν ἐκπεσόντα περισαπῇ τὰ λευκὰ καὶ τὰ κύκλῳ. τούτων γὰρ περιαιρεθέντων καὶ καταλειφθείσης τῆς μήτρας, ἐκ ταύτης πελεκᾶται. Haec postrema verba transtulit Plinius vbi ait: *ad fabrorum intestina opera medulla sectilis*. Sunt ergo ἐργασίαι fabrorum intestina opera, et πελεκητὰ ligna sectilia recte vertuntur. Quod addit Plinius: *optima quadri-*

partitis

partitis materies, et mollior quam ceterae: contrarium videtur his Theophrasti: πυκνότατα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα καὶ τὰς αἰγίδας αὗται φύουσι. sed Plinius simul alterum locum excerpsit, vbi feminam πεύκην, quae sola dicitur generare αἰγίδα, ligna habere ait ἀνεργὰ καὶ ἀτραβῆ καὶ μαλακώτερα. Possunt vero ligna recte dici mollia simul et densa seu πυκνὰ esse natura. Inepte vero in Plinio: *pectilis optima — materiis* corrigebat Bodaeus ad Theophrastum p. 515. Idem Theophr. C. P. V. 24. monet τὰ ξύλα καὶ τὰ ἔμμητρα διαφέρεται κατεργασμένα ἤδη μέχρις ἂν τελέως ἀναξηρανθῇ. διὸ καὶ ἔνσχισα καὶ ἂν ἔμμητρα ποιῶσι τὰ τῆς ἐλάτης καὶ τῆς πεύκης. Reliqua Theophrasti sic expressit Plinius sect. 19. *Lignum maribus durum et in fabrili opere contortum. feminae mollius, publico discrimine in securibus. Hae in quocunque genere deprehendunt marem: quippe respuuntur et fragosius fidunt, aegrius reuelluntur.* vbi vides πελέκησιν Plinio esse *fabrile opus.* Vt tandem ad τετραξόας arbores redeam, videtur hanc rationem respicere Plinius 16. c. 73. *Cetera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam, alioqui fragilis esset vena in orbem arboris caesa.* Denique in Theophrasto vitium verborum: τῇ πελεκήσει καὶ βραχύτερον. bene sensit et correxit Scaliger, corrigens τραχύτερον. quam emendationem plane firmant verba Plinii: *quippe respuuntur et fragosius fidunt.* Verbum fluuiare Constantinus ad Theophrastum comparauit cum Gallico verbo *feuilleter*, nescio, quam recte!

septentrionali] Eadem Plinius, cuius locum antea posui, et Theophrastus H. P. V. 2. Vitruuius II. 10. eandem tradit differentiam abietis infernatis et supernatis. Infernas abies ab apricis Italiae locis apportata melior et diuturnior censebatur. Clausulam capitis huius descripsit Compendium Architecturae, omissa tamen narratione de pino mergenda.

Tit. XVII. *sordescunt*] Geopon. IX. 19. vnde caput hoc ductum est, ὁ γὰρ ἰχὼρ ὁ ἐκ τῶν τυρήνων λυμαίνεται τὸ ἔλαιον, et de canistris: κύρτοις ἐξ ἰτέας πεπλεγμένοις, πολὺ γὰρ κάλλος ἡ ἰτέα τῷ ἐλαίῳ παρέχει.

2. *absoluat*] Rationem in Geopon. hodie desiderabis et numerum dierum. Colum. XII. 50. 12. *ea res resoluit oleum et separat ab omni vitio.*

Tit. XVIII. *inulam*] Apicius I. 5. *Oleum Liburnicum sic facies. In oleo Hispano mittes helenium et cyperum et folia lauri non vetusta, tunsa omnia et cribellata ad leuissimum*

mum pulueren redacta, et sales frictos, et tritos et per triduum vel plus permisce diligenter. Post haec aliquanto tempore patere requiescere, et liburnicum omnes putabunt. Sotion Geopon. IX. 27. *εἰς ἔλαιον ὀμφάκινον ἢ ἄλως καλὸν ἔμβαλε ἴνελαν ξηρὰν καὶ δάφνης φύλλα καὶ κύπειρον ξηρὸν, δηλονότι πάντα κοπέντα καὶ λελειωμένα καὶ διὰ κοσκίνου διηθειθέντα καὶ ἅλας πεφρυγμένους καὶ λελειωμένους. — τοῦτό ἐστι τὸ καλέμενον Λιβυρνικὸν καὶ αὐτὸ τὸ Ἰστριανόν.* Scilicet auctore Plinio 15. s. 3. de bonitate oleae, reliquum certamen inter Istriae terram et Baeticae par est. Liburniae contermina est Istria. Istrici olei meminit etiam Martialis XII. 64. Cassiodorus Var. XII. 22 et 23. Oleum ex helenii succo macerati expressique fieri, testatur Plinius 15. sect. 7. Ceterum oleum viride est *ὀμφάκινον* id est ex bacca immatura pressum. Hispanicum pro eo nominat Apicius, quod cum germinibus oleae apparari ex Galeno docuit Cornarius ad Galenum de Compos. Medic. secund. loca p. 279. Inulam Graeci quidam, ex quibus Apicius sua hausit, *ἑλένιον* appellarunt, diuersam ab helenio Dioscoridis et Plinii. In Africani Cestis p. 299. *καὶ Ἰσρικὸν δ' ἂν ἔχοις ἀμυγδαλῶν πικρῶν φύλλα χλωρὰ κόψας καὶ μᾶζαν ποιήσας καὶ εἰς τὸ σκεῦος ἐμβαλὼν ἀνακινήσας τε καὶ ἐάσας κατασῆναι.*

Tit. XIX. *sordet.*] Ex Geopon. IX. 21.

Tit. XX. *metreta*] Mensura omissa Geopon. IX. 23. tempus addunt *θερμῷ ὄντος τοῦ ἡλίου.* Sed Africanus in Cestis p. 300. *τὸ δὲ δυσῶδες οὕτως. ἐλαίας χλωρὰς συγκόψας δίχα τῶν πυρίνων ὅσον ἡμιχοίνικα (καὶ) ἔμβαλε εἰς τὸν μετρητὴν, ἀποθέμενος δὲ ἐν ἡλίῳ καὶ πυρώσας ἱκανῶς εἶτ' ἐξελὼν τὸ ἐμβληθὲν μετέρασον εἰς ἀγγεῖα πλείονα.* vnde mensura metretae confirmatur, sed duas hemichoenices edit Africanus.

breuiter figuratos] Geopon. *ἄρτους κριθίνους ξηροὺς συνθλάσαντες* vel *συνθραύσαντες.* vnde patet, h. l. legendum esse *leuiter confractos.*

2. *sales mittunt*] Geopon. *ἐμβάλλεσι χόνδρους ἁλῶν.*

3. *discusserit*] Vulgatum *decusserit* mutari in *decesserit* volebat cum Buchnero Gesner. Geopon. IX. 25. *κοριάνου δεσμὴν χειροπλήθη — ἐπιμενέσης δὲ τῆς δυσωδίας, ἅλασσε τὸ κοριάνον.*

Sed maxime — vexerunt.] Haec hodie in Geopon. non leguntur.

4. ex-

4. *excrementa*] Geopon. ἄλλοι ταφίδας ἐξελόντες τὰ γίγαρτα καὶ ταύτας ἀποτρίψαντες — ἄλλοι ταφίδας ὁμοίως τῶν γιγάρτων ληφθέντων ἐν ὅλμῳ κόψαντες ἐμβάλλουσι. Vnde apparet; in priore ratione vinacea reiici, in altera vna cum passis ipsis contundi. A sensu aberrauit Palladius, recte monente doctissimo Niclas.

Tit. XXI. *liquentem*] Geopon. IX. 22. ὡς ἔστιν ὑγρόν.

tunc sales] In Graecis diuersum hoc est remedium nec cum altero iunctum et continuatum; et, supra c. 19. eadem Palladius tradidit.

terrenis locis] Geopon. ἐν κατωγείῳ τόπῳ.

sole vel igne] Geopon. καθαρίζει ἢ πῦρ ἢ ἥλιος ἢ ὕδωρ ζεσὸν, ἐντιθεμένα εἰς αὐτὸ τὸ σκεῦος. vnde apparet, verba *si simul misceantur in vasculo* esse vitiosa.

Tit. XXII. *superfundes*] Ita scripsi pro vulgato *superfundis*, grammatica lege suadente.

2. *maturabis*]. Gesner comparabat muriam maturam Colum. XII. 6. 1. Sed ecce tibi locum ex XII. 47. 7. *cum muria dura pausea alba vbi commaturuerit, omne ius defundatur, et immissis duabus partibus defruti cum aceti vna, repleatur amphora.*

balnei vapore] Vide ad Caton. c. 117. Balnei vapor aquae calidae vsum repraesentat, qua oliuas aliqui macerabant, vt ad Columellam vidimus. Hic igitur vapor impedit, quo minus diutius durent. Aqua calida maceratis et cum sale et musto conditis tertio die vti iubet Colum. XII. 47. 1.

3. *leuabis*] *An lauabis?* In multis certe id generibus facit Columella; qui calamo incidi mauult quam frangi mola oliuas XII. 47. 3.

cineris] Hic palatum Gesneri offendit, qui *ciceris* suspicabatur substituendum. Sed hic non cernitur, nisi ante commolitus. Cinerem nec Graeci in Geoponicis nec Columella adhibet in oliuarum condituris. Si vera est lectio, salium vices gerit cinis. Sed ipse etiam vocem vitiosam esse censeo, etsi lixiuio cinere hodie in Gallia perfundi, monet Harduin. ad Plinii 15. s. 1. Modum hunc vocant *Picholini;* sed olivae lixiuio isto tam diu macerantur, dum nucleus a carne recedat, deinde separatim exemtae condiuntur in vsum longinquum, docente Bernard., Mémoire sur l'Oliuier p. 160.

semisicilicum] Hoc vocabulum vulgato *sunculum* substitui voluerunt H. Barbarus, Sylb. et Gesner; et annuunt libri scripti. Vt *sicilicus* est quarta pars vnciae seu digiti, et pars 48. pedis in mensura longitudinis, ita in mensura liquidorum sicilicus ad amphoram relatus erit pars amphorae 48. seu sextarius.

foliorum] deesse verbum *sumes* vel simile, recte monuit Gesner. Citri folium adhibent Geopon. IX. 28.

crustam] i. e. cratem, stratum.

4. *vndis*] Similiter Apicius VIII. 6. tres vndas bullire dixit. Ceterum genus oliuarum Graeci dixerunt ἰσχάδας, vt vuas passas Plinius 15. c. 1. *Sunt et praedulces per se tantum siccatae vuisque passis dulciores admodum raraе, in Africa et circa Emeritam Lusitaniae.*

refundes] Vitium his inesse puto. Malim: *super compositas baccas coniicies origani fascem admisto sale paululo, et supra ius omne perfundes.* Ita noster deinde sect. 5. *super oliuas origani surculos sternis et supra ius omne diffundes.*

5. *cyminati salis*] Qui cinerem supra in conditura fastidiebat, ad salem hunc non nauseauit Gesner. In Editt. primis est *seminati.* Lege *comminuti salis.* An fuit *cumini et salis?* vt in Geopon. IX. 22. ἅλας τετριμμένους μετὰ κυμίνου καὶ κλωνίων βαράθρου. At Graeci amarunt ἅλας θυμίτας; forte igitur simili ratione κυμινίτης fuerit tritus sal cum cymino.

deferbuerint] Quod libri antiqui omnes habent *deferverint*, probo; eamque formam in Catone restituit Victorius.

refrixerint] Ita vulgatum *refrixerit* erat corrigendum, aut cum Erf. legd. *refrigerauerit.*

AD LIBRI XIII.

Tit. I. *Septimontium*] Vide ad Columellam II. 10. 8. Deinde auctore Pontedera ex Cubae et Columellae loco laudato vulgatum *seminantur* correxi.

Tit. II. *myrtitem*] Hoc pro vulgato *myrtite* effeci ex Vincentii *mirticen.* Deinde antiquum restitui *tingemus.* Respicit Palladius dicta Ianuario 18. Februario 27.

Tit. IV.

Tit. IV. *Hypomelides*] Bruſchiana bis *Tpomelides* habet. Vincentius *Hipomelides* habet. Geſnerus in Indice legendum eſſe monuit *Epimelides*, quas Dioſcorides I. 110. meſpili genus eſſe dicat; atque etiam Bauhinum in Pinace p. 454. ad meſpilum apii folio ſilueſtrem non ſpinoſam ſeu ſorbum torminalem Plinii referre. Vitium ſcripturae antiquum eſſe, idem Geſner bene admonet comparato loco Iſidori 17. 7. vbi eſt. *Pomelida ſorbo ſimilis, mediocris arbor et flore candiduto, dicta quod dulcedine ſit eius fructus et acuto ſapore commixtus. Haec arbor aetate durat exigua.* vbi libri alii *dulcis ſit eius.* vbi video iam ab aliis emendatum fuiſſe vocabulum et lectum *Epimelis.* Cornarius ad Galenum de Compoſ. medic. p. 340. docet ex Galeni libro VI. de Simpl. medic. epimelidem eſſe veluti malum ſylueſtrem, fructu acerbo, quae plurima olim in Calabria naſceretur, ruſticis romanis fructum vnedonem appellantibus. Contra Plinius male vnedonem dici ait commarum ſeu arbutum, cuius fructum Graeci μεμάκυλον appellabant. Iterum enim Galenus Libro 2. de Alim. arbutum ſeu commarum a ſentis genere epimelide dicto, cuius fructus vnedo appelletur, diſtinxit. Ipſe Cornarius, etſi Dioſcorides ad meſpili genus referat, epimelidis fructum eſſe ait, qui vulgo *Eltzbehr* appelletur. Hi vero fructus ſunt *crataegi torminalis* Linnaei, etſi alii eodem nomine abutuntur in fructibus pruni padi Linnaei. Ab Hippocrate eandem arborem ἀμαμηλίδα dici monet ipſe Galenus. Sed de epimelide Dioſcoridis ſeu Ionum ἀμαμηλίδι, quae eſt eadem cum meſpilo ſetania Theophraſti, ſatis dixi ad Palladium Martio 10. 19. Vincentius Sp. natur. 13. c. 60. in editione Duacenſi ex h. l. habet *Hippomelides*, addens, eandem eſſe arborem, quae iuxta Iſidorum ſuperius *pomelides* dicta fuerit. Iterum c. 88. in editione Duac. habet *Hipponelides* et *vaſculis* cum in altero loco *vaſis* ſit ſcriptum. Supra ad Sept. XIV. 3. ſuſpicatus ſum, Calabricem Plinii et Palladii eandem eſſe cum epimelide, cuius fructus in Calabria frequens a ruſticis vnedo vocaretur. Addo nunc aliam coniecturam. Quid ſi ſpina appendix eadem putetur? de qua Plinius 24. c. 70. *Spina eſt appendix appellata, quoniam baccae puniceo colore in ea appendices vocantur. Hae crudae per ſe — aluum citam et tormina compreſcunt.* vbi appendices eſſe mihi videntur, quae alio nomine vniones vocabantur, quoniam auribus appendebantur. Gallicus Interpres Brotier cum Harduino interpretatur ſpinam Gallis *Aubépine* dictam, ſeu meſpilum oxyacantham C. Bauhini. R. Conſtantinus ad

Theophrasti H. P. p. 235. cum arbuto vnedone bene Palladii notitiam conuenire ait, verum obstare nucleos, et quod poma seruari dicantur a Palladio. Bodaeus ibidem p. 247. malebat h. l. *Epimelides* legi, de arbuto vnedone similiter interpretatus. Nucleos autem monet dici potuisse vt a Plinio acinorum vuae passae nucleos, hoc est, grana et semina. Verum omisit docere, quomodo arbuti vnedones fragis similes, seruari possint. Vnedonem Salmasius ab οἰνίζων deriuat, vt ab οἶνος fit, vnus. Theophrastum enim ait I. 15. Hist. P. arbutum seu comarum etiam οἴναρον a fructu vinoso vocasse. Sed isto in loco lectio κόμαρος praeferenda videtur.

2. *minutis*] Malim cum Lugd. *mundis* i. e. operculatis.

scobe] Vide ad Colum. XII. 45.

vinaceis] Vide ad Colum. XII. 43. 10.

Tit. V. *recisa*] Malim ex Pol. *incisa* aut *praecisa*. Nam cultro lunato insecantur in circulum, et incisuris inspergitur sal, docente Colum. XII. 54. vbi haec conditura exstat.

leuiter cocta] Malim *leuiter salita;* nam nec Columella nec Apicius cocta mergit sinapi, sed salsa et deinde siccata, ideo etiam inciduntur, quo melius salem recipiant.

sinapi] Vulgo ante positum *et* omisimus cum libris optimis.

Tit. VI. *turgere*] Aristoteles de Part. Anim. IV. 5. de ouis echinorum: Habent ouum, inquit, iam inde ab ortu, et pleniluniis vberius, non quia per id tempus copiosius pascuntur, vt quidam putant, sed quod noctes tepidiores sunt propter lucem pleniorem. Calorem enim desiderant, quoniam frigori obnoxii sunt, vtpote sanguine carentes. Quare aestate vbique praestant, praeterquam qui in euripo Lesbi Pyrrhaeo etiam hieme praestant. Quae eadem de echinis edulibus repetit de H. A. V. 12. vbi monet, propter ova echinos comedi. Hodieque piscatores Neapolitani echinos cum testaceis luna plena pinguiores esse affirmant, teste Swinburne Itiner. Neapolit. T. I. p. 299. vers. germ.

canas salibus] Horatius Serm. II. 8. 52. *inlutos Curtillus echinos, vt melius, muria, quam testa marina remittit* sc. condire docuit muria ex orca transmarina seu dolio salsamentario reliqua. Pauca de echinis recentibus Diphilus ap. Athenaeum III. p. 91. apparare echinos recentes et salsos docet Apicius IX. 8.

Lardum] Omne genus carnis salsae ita dici docet locus Macrobii Saturn. VII. 12. et Vegetii de Re milit. IV. 7. Laridam carnem habet Codex Theodosianus.

AD

AD PALLADIVM DE INSITIONE.

De Epistola ad Pasiphilum scripta sic commentatus est Io. Conr. Schwarzius:

Palladii libri tredecim carere putantur Epistola, quae lectoribus ostendat, ad quem illi primo sint missi. Praefatio in fronte ponitur, epistola nulla. Ad extremum libri XIII. epistola quaedam ad Pasiphilum adiicitur, quae quasi libri XIV. commendatrix quaedam sit. Et statim tamen principium libri XIV. nouam ostentat allocutionem ab Pasiphilum. Ita vnus liber duplicem habet commendatricem, reliqui omnes ne vnam quidem. Quae tamen ineptiae Palladio ipsi non sunt tribuendae. Primum enim Epistola illa, libro XIII. subiecta, tam late patet, vt reliquos etiam libros XIII. amplectatur: deinde librum XIV. vulgo dictum, tanquam superpondium, venditat, ac vix duobus versibus commemorat, cum reliqua Epistolae pars ad fata reliquorum XIII. librorum pertineat. Nam librarii opera quam multum temporis absumserit, curiose demonstrat. Quid igitur? suntne ineptiae hae tales, quae concoqui possint a sapientiae studioso? Ego quidem neutiquam putem. Teneat primum locum, quod primo in loco ipsa ratio poni iubet. Neque enim periculum est, ne tantilla commutatio Criticis et doctis viris stomachum moueat. Mihi quidem si manuscripti Codicis Bresslauiensis sequi statuam exemplum, audere aliquid licet. Is enim epistolam illam vna cum libro de insitione praemisit, ob eam fortasse causam, ne solertissimo scriptori ineptiarum notam inureret.

Contra quae monuit Gesner ea, quae sequuntur. Periit, credo, ea, quam toti operi praefixerat Palladius: haec quidem nimis aperte ad librum de insitione pertinet, nec potest toti operi, qualis nunc est, sine absurditate praeponi. Ecquid enim quisquam mortalium intelligat, si ab initio operis posita esset, illud eius principium, *Habes aliud indultae fidei testimonium.* Superiore epistola, quam periisse suspicamur, forte dixerat, quo tardiores venerint libri, tanto esse emendatiores, quin auctiores altera praelectione. Duplicem certe fuisse editionem, alteram altera pleniorem, in mentem venire alicui debet, qui creberrimas illas omissiones Medicei Codicis, optimae alioquin notae, diligenter considerauerit. Vnum v. g. *indultae fidei* (h. e. praestitae fidei a Palladio, et morae rebus excusatae) testimonium erat emendatio XIII. librorum et augmentum; altera est, quod pro quarto decimo (*bis septem* enim libros iam legerat

gerat et commendauerat, cum ista scriberentur, Pasiphilus, vid. v. 3.) qui prosa vt ceteri primum scriptus fuerat, iam carmen mittat: eadem fere ratione, vt de hortis materiem decimo libro Columella versu retractauit.

Breuiter nunc addam, quid mihi videatur. Haud mihi quidem dubium est, Epistolam hanc ad Pasiphilum cum libris omnibus quatuordecim scriptam fuisse et missam; illud vero, quod Gesnerus sumsit, retractasse Palladium hos tredecim libros eosque correctos cum hac epistola ad Pasiphilum misisse, venit in dubitationem. Argumentum opinionis huius pendet ab interpretatione verborum *aliud indultae fidei testimonium*, quae Gesnerus interpretatur: praestitae fidei a Palladio (scilicet promittente hos libros Pasiphilo) et morae rebus excusatae. Gemina haec interpretatio vereor vt simul locum possit habere; sed nouitas dictionis dubitationem fecit. De mora inter promissum Palladii et libros ipsos quatuordecim vel tredecim (vide ad versum 3.) ad Pasiphilum missos testantur sequentia; igitur de indulgentia Pasiphili Palladio praestita in exigenda promissi fide vix possis dubitare. Quam si sequaris interpretationem, concidit opinionis Gesnerianae argumentum et conualescit Schwarziana sententia, cui quanquam et ipse adstipulor, vulgo tamen assignatum Epistolae locum mutare nolui.

2. *natura haec*] seruilis, vt Codrus interpretatur, quanquam Gesner ex Cicerone Inuent. II. 1. ad vniuersam hominum naturam referre malebat.

pudorem meum] hos libros, cum pudore et verecundia tibi quos offero, vt recte Gesner.

ad has modo] Schwarzius corrigebat: *ad huiusmodi*, aut sic. *Verum nescio. Si tuum ad has modo minutias inclinetur ingenium; grande* etc. In altera coniectura *verum* interpretatur quid cuique tempori, loco, personae aptum sit.

3. *quaeret affectio*] Schwarzius corrigebat *quaerit*, nulla addita interpretatione. Gesneriana haec est: Quod tu, vir magnus, quaeres et studio tuo dignum iudicabis, illa ipsa re magnum erit, et dignitatem quandam assequetur:

Et licet] Gesnerus cum Schwarzio consentit in corrigendo: *Licet de his* etc. hoc sensu: Licet, cum primum honorifice de his nugis senties, et ipse incipiam pretium illis statuere. Schwarzius *aestimare* h. l. esse ait tralatitia aestimatione metiri, per compendiariam quandam contemplationem iudicare, nec minutias omnes curiose intueri et examinare. Quae quid ad sententiam loci aperiendam conferant,

ferant, equidem non intelligo. Mihi Gesneri interpretatio placeret, si de sententia sequentium verborum constaret, vbi spinosum Palladii acumen in nugas inanes abit. *Aestimare* si est iustum statuere pretium, modeste de suis opibus sentire, tum vulgaris lectio *Et licet* stare potest. Contra si *aestimare* interpreteris magnum statuere pretium, tum amplectenda erit correctio Schwarziana.

magni loci] hominis magni, in magno loco, in magna dignitate constituti.

puluerem] in terra? an potius puluerem pauperis domus et in eo abiectos asses adspiciendos et dinumerandos dicit? Gesnerus ita ad h. l. Cum enim non sit viri magni asses quaerere, minuta compendia et lucra sectari, ipsa tua aestimatio indicabit, hunc libellum non ad asses, non ad minuta compendia referendum. Quod vir magnus tollit humo, id magnum esse debet, et opera dignum.

notae sunt quaedam maximarum personarum] Equidem non intelligo quas notas intelligi voluerit. Compendia si dixit librorum, ea non sunt personarum sed rerum notae i. e. notationes maximarum. Contra *compendia* si lucra sunt, tum *notae* esse debent notae censoriae, ignominia, probrum.

ornatus fidei] Ornamentum, decus fidei, seu fidelitatis recte cum Codro Gesner interpretatur, male Schoettgen pro *ornate fide* dictum censet.

bis septem] Hinc recte arguit Gesner, librum decimum quartum, qui, forte de insitione hac ipsa, prosa oratione fuerat scriptus praeter tredecim illos, qui hodieque exstant, periisse. Scilicet Palladius Columellam imitari voluit etiam in hoc, quod ille cultum hortorum et carmine cecinit, et prosaica oratione fuit persecutus.

parte silente pedum] Inepte ludit ambiguitate pedum carminis et humanorum.

sollicitante] Voluit *solicito* dicere, puto; vel commouente, vt censet Wernsdorf; vt deinceps pro *exhilarandis* dixit *laetificandis* iudicio tuo.

12. *vrbanum opus*] quo rustici vrbanas seu mites ex siluestribus efficiunt, recte monente Wernsdorf. Cf. Plinii XVI. c. 19. sect. 32.

18. *et laetum*] Gesner malebat *et fetum*; interpretationem non addidit. Riuini correctionem cum Wernsdorfio adsciui. Vulgatam si mecum legas *duplicis saporis* facile intelligas; etsi sententia non satis antecedentibus accommodata. Debebat sequi *obre*, vt *confundere*.

21. *quo*] scilicet *auctore* vel *rectore*.

30. *gradum*] Equa acris pigro asello iungitur; vt inde sterilis nascatur mulus. Gradum pro coitu, societate ipse iterum versu 98. dixit; atque ita Icti gradus cognationis dicunt, qui matrimonio et nascendi actu continentur, monente Gesnero. Rectius de natiuitate, genitura, aut prole vel herede interpretatur Wernsdorf.

36. *labore*] *studiose* interpretatur Buchner.

43. *externi tumoris*] i. e. oculos gemmae externae et tumentis.

44. *stringitur*] Gesner ait debere esse *stringit gemma vda sinu lento oculos virides*. Sinum in innoculatione dixit etiam Virgilius de loco excauato, cui inseritur gemma exemta; haec deinde inserta sinu huic obstringitur vinculo. Hoc credo Palladium voluisse dicere. Idem monuit Wernsdorf et comparauit Virgilii Georg. II. 26. *qua se medio trudunt de cortice gemmae et tenues rumpant tunicas, angustus in ipso fit nodo sinus*. De quo loco dixi ad Columellam in Disputatione de Inoculatione. Plerumque gemmam in locum alterius gemmae exemtae fuisse insertam demonstrat locus clarissimus Geoponicorum X. 77. sect. 4. 5. Eandemque rationem in vite sequitur docetque Crescentius IX. c. 22.

45. *Echionii*] i. e. Thebani, ab Echione Spartanorum vno et superstite reliquis, quocum Cadmus Thebas condidit.

46. *tenditur*] i. e. tumet, distenditur.

48. *amplexum*] passiuo sensu dici monuit Wernsdorf.

49. *vestigia*] Gesner malebat *fastigia*, i. e. prosiliens ex gemma insita flagellum; ineptissima sententia. Vestigia id est caput vitis et radices degeneres vitis pampinus seu generis melioris inumbrat.

50. *pingui deo*] i. e. vino; metonymia nimis inepta.

51. *robora*] Non sunt quercus, quae ab olea diffidet, docente praeter Varronem Plinio, sed trunci siluestres oleastri. Vide nostrum April H. 1. vnde sententia huius loci pendet.

55. *niueos*] Virgilii locum Georg. II. 71. ornusque *incanuit albo flore pyri* laudauit Codrus.

56. *amore*] coniugio artis.

57. *hirsutis*] Pirus enim siluestris, achras, spinis et aculeis horret, quae tela ponit domita vel insita, etiam translata.

59. *teretem malum*] Gesner malum seu fructum dulci acumine id est turbinatum fastigiatum interpretatur. At enim

enim tam barbare locutum Palladium fuisse vix credam. Teretem malum de surculo mali malim explicare; pingue tamen acumen vel rami vel pomi non intelligo. Wernsdorf comparabat ex Antholog. latina III. 61. 4. de olea: *Palladiumque nemus pingui se vertice frangit*, acumen pingue interpretatus de pomis densis et confertis grauato. Verum oleae solenne est epitheton *pinguis*, nec in eo loco significare aliud nisi olei naturam videtur. Teretem malum piro insitam dicere videtur ob naturam pyri, quae procerior esse videtur malo. Hinc infra versu 77. *insita proceris* (piri) *pergit concrescere ramis et sociam mutat malus amica pirum.*

60. *fraxineas — manus*] i. e. ramos. Brachia vitis et siluarum comparauit Buchner. Fraxino insitam pyrum habet Virgilius Georg. II. 71. *ornusque incanuit albo flore pyri.* et noster III. 25. 6.

61. *Phyllida*] i. e. amygdalum, in quam Phyllis regina Thraciae mutata fertur. Amygdalo pirum inseri tradunt etiam Geoponica X. 24. noster III. 25. 6. Palladius pyrum amygdalo insitum ait fieri maius et duriore cute.

63. *spinos*] Vide ad III. 25. 6.

66. *confusus*] Pirum cydonio insitam ait fructum ferre odore cydonei imbutum. Mala Appiana cydonio insita rubere et odere cydoniorum commendari ait Plinius.

67. *castaneae*] Haec in loco saepius laudato omisit; nec Geoponica castaneae inserunt. Castaneae nuces teguntur cortice spinis horrente; quem echinum dixere Graeci et Latini.

70. *mala vota*] mespilum in spinas nitentem, volentem spinis horrescere reprimit pirus insita. Ita interpretatur cum Buchnero Gesner. Antea idem Buchner corrigi voluerat: *cortice tota* i. e. omnia.

71. *Creditur et*] Vulgatam *in* correxi. De piro insita punicae vide nostrum III. 25. 6. Palladius ita pira rubra nasci tradere videtur.

77. *proceris ramis*] An voluit pirum malo procerior rem intelligi?

87. *concordia Baccho*] Quia sub platani vmbra potabant antiqui; hinc genialem platanum dixit Ouidius; mero adeo adfuso quidam nutriebant.

90. *candida dona*] Num mala candida populo insita voluit dicere? An omnium malorum succum niueum vt versu 91. respexit?

91. *lapi-*

91. *lapidosque*] Vide ad Colum. X. 15. mespilus igitur fert mala rubentia, si insitum mali surculum acceperit.

93. *sudibus*] Ineptissime haec interpretatur Gesner, quem sequitur Wernsdorf. *sudes foetas* et *arma praegnantia* vocat nucem echinis et spinis horrentem tumidus et ineptus poetaster. Nihil igitur opus *pungentibus armis* Iani Vlitii ap. Burm. ad Antholog. T. I. p. 701. quem locum indicauit Wernsdorf.

94. *fulvum decus*] Fulua mala esse vult in castanea nata. *Castaneae* insita pira et mala omisit noster III. 25. 17.

97. *Phyllidis*] i. e. amygdali. Noster in Nouembri VII. 6.

100. *alterius nullo*] Non nisi in se inseritur. Noster Febr. 25. *nullo* est pro *nulli*. Sic iterum versu 102.

105. *aemula*] Mespilum in se, in piro et malo inseri testatur noster Martio X. 21. vnde h. l. malim legere: *pirum et despecti*. etsi fateor vel sic dictionem Palladii duram et ineptam manere. Siluestris piri et mali naturam aemulata, spinis etiam robustioribus induitur insita alterutri.

109. *et citrei*] Citrus et citreum pomum priorem longam syllabam habent; quare h. l. legam *nec non citrei* nisi ipse Palladius peccauit. Pignora de liberis dici monet Gesner; amoris mutui pignora dicere voluit Pontedera, insitionem intelligens.

110. *morus*] Citrum pyro et moro inseri ait noster Martio X. 16.

113. *suis*] i. e. in se inseruntur et in cognatis arboribus.

115. *exarmat*] Non facit fructus echinatos insita castaneae; sed ramos eius spinis armat. Prunum castaneae insitam nec Geoponica nec ipse Palladius alibi memorauit.

117. *Siliquae*] Vide ad Febr. XXV. 27.

120. *innasis*] i. e. ramis, quos praeter naturam innasit ficus illis insita. Ita Gesner. Noster Mart. X. 32. de fico: *inseritur in caprifico, in moro, in platano et oculis et surculis*.

124. *felicia mensis*] ministrantem potantibus vmbram ex Georgicis IV. 146. et genialem platanum Ouidii Palladius cogitabat. Vide supra ad vers. 87.

127. *moris*] De moris insitis fico, fraxino, fago, castaneae et terebintho vide ad Febr. XXV. 30.

137. *suos partus*] Ianuar. XV. 4. *sorba inseruntur in se in cydonio in spina alba vel in trunco vel cortice*. quae repetun-

petuntur April. V. 2. Ergo *suos foetus* h. l. est suos sibi insitos foetus, recte monente Gesnero.

140. *mitibus*] laeuibus, non spinosis corticibus.

144. *virginis*] Daphnae in laurum mutatae. Noster Octobr. XI. 6. de ceraso: *inseritur in se, in pruno, in platano, vt alii in populo.* vbi vide Plinii locum de cerasis lauro insitis positum in annotatione.

pudor] i. e. rubor cerasorum alienus.

146. *gemmis suis*] fructibus colore gemmarum instar per ramos sparsis eosque pingentibus.

148. *brachia cana*] i. e. ramos populi albae.

149. *Phyllis*] i. e. amygdalus inseritur pruno sub cortice. Noster Ian. XV. 6. *amygdali inseruntur in se et in persico.* vbi Crescent. addit prunum. Ineptissime h. l. interpretatur verbum *tegit* Wernsdorf, vt amygdalus pruno immissa sub cortice flores naturaliter odoratos tegere id est amittere dicatur. Longe diuerso sensu dicitur versu 140. *tegit*, quod comparauit vir doctus.

153. *siliqua tendente*] De insito tenditur vers. 46. Siliquam inseri amygdalo annotat Febr. XXV. 27. frondes ferae videntur esse h. l. siliquae, cui inseritur amygdalus, nisi amygdalus siluestris intelligatur. Verum distichon sequens satis docet, siliquae inseri velle amygdalum Palladium. Siliquae natura tendit in longum fructum, amygdali in rotundum.

158. *et meritum*] Ita scribi voluerunt Buchner et Bochart; *pretium* coniecerat Morgagni sed illud vocabulum Palladio est solenne. Ita versu 137. *merito maioris honestant seminis.* Noster Octobri XII. 3. *inseritur terebintho mense Februario vel Martio: at alii amygdalo inseri posse firmarunt.*

159. *Haec*] pistacia, fructum etiam terebinthus nutrit insita.

161. *salicem*] salici insertam castaneam tardius maturare et fructum asperiorem efferre monet Nouembri VII. 22.

163. *arbutqas*] Vide II. 16. sect. 19.

170. *rusticitate*] scribentis, vt recte monet Gesner. Vide vers. 6. Contra ad Pasiphili studium rei rusticae mite et cum amore atque humanitate coniunctum referebat Wernsdorf.

CORRI-

CORRIGENDA ET ADDENDA.

P. 9. l. 15. corrige: *ex eo Geoponica*
— l. 21. — *medulla* l. 39. — *Vide ad Caton.*
P. 12. l. 5. — *cretosaque* l. 29. — *Columella*
P. 16. l. 18. — *Vitruuio*
— l. 34—38. Verba *In Plinio mihi — etiam Vincentius:* deleta nunc malim. Animaduerti enim postea Plinium secundum morem non laudabilem verbis Vitruuii admiscuisse quaedam ex Dioscoride 5, 133. vbi calcis differentiae et qualitates ex vsu medico spectantur. Dioscorides igitur primum genus ex buccinorum testis combustis parat; addit: σκευάζεται δὲ καὶ ἐκ λίθων κοχλάκων καιομένων καὶ ἐκ τῆς χυδαίας μαρμάρου, ἥτις καὶ προκρίνεται τῶν ἄλλων. vbi interpretantur κόχλακας *silices calculos velitoreos.* Saracenus in annotatione p. 120. in Plinio corrigendam esse suspicabatur *vtiliorem calcem e marmore* vbi hodie est: *molari lapide.* Verum *molaris lapis* Plinii forte idem est cum *spongia* Palladii et *fistuloso lapide* Vitruuii. Calx *ex ripis fluminum collecta* Plinii eadem erit, quam Palladius ex *fluuiali saxo,* Dioscorides ex κοχλάκων genere coquit.
P. 17. l. 30. — *tofus vix huc* P. 18. l. 19. — *nec ante hiemem*
P. 19. l. 20. — *il cornicione* P. 20. l. antepenult. — *perticis*
P. 24. l. 25. — *suggestu* P. 32. l. vltima — *quibus*
P. 34. l. antepenult. — *appositam.*
P. 39. l. 31. — *De la Faille* P. 40. l. 31 — *Secretis*
P. 45. l. 6. post inclusit. adde: Vaporarium graece hypocauston dicitur. Plinius II. 17. *Applicitum est cubiculo hypocaustum, quod angusta fenestra suppositum colorem aut effundit aut retinet.*
P. 46. l. penult. corrige: *maltharum* P. 52. l. 2. — *scrobis.*
P. 57. l. 25. — Pontederae. Geoponica
P. 61. l. 14. — *Geoponica*
— l. 30. — *vnum* pro *fundatur* — *imum.*
P. 62. l. 30. — *tarde* l. 39. — *magis quam resiniferas*
P. 64. l. 28. — Gesneri P. 70. l. 10. — *valde cito pullulet,*
P. 80. l. 1. — *librum* l. 2. — *librum*
P. 85. l. 9. — *mediocrem* l. 10. — *mediocrem*
P. 86. l. 11. — *pastinaca* P. 87. l. 10. — *inula*]
P. 90. l. 7. — *laurum*
P. 91. l. 5. — *dulciores* l. 27. — *in moro rubra*
P. 93. l. 21. — *cum plura de piris*

P. 95.

P. 95. l. 21. corrige: *largue*] l. 28. — *notus est.*
— l. 34. — *venit calx,* l. 39. — *calicem* seu *calecem*
P. 96. l. 29. — *Mulwianum* P. 97. l. 4. — *femine fato*
P. 98. l. 20. — *altioribus* l. 40. — εὐώδης. *Struthia*
— l. 43. — *cydonia, esse* P. 100. l. 24. — *inglandem*
P. 108. l. 16. — *oleastri palum* recte l. vlt. — *solidiore*
P. 109. l. 36. — *cunelam* — P. 110. l. 24. — *melopeponibus*
— l. 30. — *vbi vides* l. 42. — *tales cucumeres*
P. 112. l. 6. adde: Num *non consistere* fuit? et *con* periit propter antecedens *non?*
P. 114. l. 4. corrige: *radices raras*
P. 117. l. 9 — *Citrium inseri* l. 22. — ἁρμογῆς
P. 119. l. 14. Cum istaec scriberem, malum punicum nondum videram; vnde factum est, vt naturam granorum et nucleorum male explicarem et hic et in annotatione ad Nicandri Alexiph. p. 238. Scilicet nucleus, πυρὴν, acinis seu granis inditus latet durus et ligneus; grana ipsa per cellas nouem distributa gemina acie concludit membrana tenuis per omnem pomi interiorem faciem expansa. Vide anatomicam mali in Commentar. Bonon. T. II. P. 2. tab. 1 — 5. descriptionem et picturam, et Indicem nostrum in *Punicum.*
P. 120. l. 12. corrige: voluerat *tectam* l. 19. — Κολοκυντῶν
P. 121. l. 4. — *vocat* l. 9. — ἀγκυρωτόμενα
— l. 35. — *tricoccum* l. 39. — *similem, non rubrum*
P. 123. l. 5. — *quam si* P. 126. l. 4. — ἐστί. τινὰς
P. 126. l. 35. — *altero demum anno* P. 128. l. 19. — *gallarum*
P. 130. l. 8. distingue: *Bernard; latebras*
P. 131. l. 21. corrige: ἀπέχοντα
P. 134. l. 37. — postea *conspargens*
P. 139. l. 29. — *ibi Plinius* P. 141. l. 27. — *plantari monent*
P. 144. l. 38. — *Omnia ducta haec ex Columella*
P. 148. l. 37. — etiam *paleas* P. 149. l. 37. — *Capreorum*
P. 151. l. 13. — *docente D. Monro*
P. 152. l. 37. — *mollium vecturae* P. 153. l. 18. — *cum apio*
P. 154. l. 41. seu penult. — *chamaemelinum*
P. 155. l. 35. — ἐν ᾧ κόπτεται
P. 156. l. 35. — *circa Idus* l. 39. — *gramen et filicem*
P. 157. l. 2. adde: *Rapa* excidisse, comparato Columella animaduerterat etiam *Koeler.*
P. 158. l. 6. corrige: *sanguini tanta vis*
P. 160. l. 6. — *eius et filice*
P. 162. l. 16. — *diuersum, certe cultura,*
P. 163. l. 18. — *praeter reliquum* P. 165. l. 18. — *rubicundam*

P. 166.

P. 166. l. 37. corrige: *lateritio trito*
P. 168. l. 23. — *graciles chiii*] Geoponica etc. postea: *officiet*] Contra in prata etc. l. 10. — *Omphacinum*
— l. 18. — Tit. I. *Septembri*] Cf. Columella II. 4. deinde annotationem: *officiet*] totam transfer post lineam 28. ante verba: *Columella*] II. 16. 1.
P. 169. l. 26. — *scriptura est Sesamum*
P. 171. l. 16. — *Paulo antea*
— l. 28. quae de nucleo granatorum dicuntur, corrigenda sunt ex superiore aliqua annotatione.
— l. 35. — Ceterum rectius Vincentius XIV. 79. In ipsa annotatione video nunc inesse, quae lectoribus intelligentibus approbare non possim. In granato malo qui nucleus dicatur superius explicaui; in pomis ceteris nuclei vocabulo abusus est interdum Plinius, cuius auctoritas ad iudicandos tuberum nucleos valere non potest.
P. 175. l. 37. — *Crescentius omisit* l. vlt. — *Commelini editio*
P. 176. l. 14. adde: Dioscorides de malua II. 144. *μαλάχη εὐώδιμωτέρα μᾶλλον ἡ κηπευτὴ τῆς χερσαίας· καποστόμαχος δὲ καὶ εὐκοίλιος καὶ μᾶλλον οἱ καυλοί.* vnde constat caules in cibo fuisse. Hos *maluaceos* vocabant teste Prisciano, vt *betaceos*.
P. 177. l. penult. — *apertae fiercus*
P. 178. l. 1. — *monuit Niclas.* l. 21. — *creditur*
— l. 31. — *cui intus* l. 33. — *Pistaciam feminam*
P. 181. l. 37. — *inseres*] P. 182. l. penult. — *pane ordeacee*
P. 185. l. 13. — *farina pro*
— l. 16. — II. 37. *Idem experimentum*
P. 187. Tit. XVIII. *De caroeno eiusque origine rectiora dabit Index sub h. v.*
P. 188. l. 16. corrige: *medicamentis Plinius*
— l. penult. — *Harduinus*
P. 189. l. 1. — *triduo ex musto*
— l. 5. — *minutos Interpretes* l. 14. — *fiebat, testante*
— l. 20. — *les expose* l. 24. — *ἐκ τῆ κλήματος*
P. 191. l. 19. — *inciletur* legi. P. 193. l. penult. — *armeniaca*
P. 194. l. 31. — *rara) sunus*
P. 195. l. 16. — *De vite* l. 39. — *Iaquarium*
P. 196. l. vlt. — *stolones*
P. 199. l. 3. — *perdrigon* l. 29. — *tosus*] — *tosum*
P. 204. l. 3. — *Galliae Iura*
— l. 29. verba; *legi debere Esculus.* pertinent ad lineam 34. post verba: pro *Cuius*

OXFORD